



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

C 551.1 (283²)

**Harvard College
Library**




FROM THE FUND GIVEN BY

Stephen Salisbury


Class of 1817


OF WORCESTER, MASSACHUSETTS

For Greek and Latin Literature









0

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. XXVIII. (SECT. III PARS ²*)

S. AVRELI AVGVSTINI

DE GENESI AD LITTERAM LIBRI DVODECIM
EIVSDEM LIBRI CAPITVLA
DE GENESI AD LITTERAM IMPERFECTVS LIBER
LOCVTIONVM IN HEPTATEVCHVM LIBRI SEPTEM

EX RECENSIONE

IOSEPHI ZYCHA.

PRAGAE
F. TEMPSKY.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESARAE VINDOBONENSIS
MDCCCLXXXIII.

SANCTI
AVRELI AVGVSTINI

DE GENESI AD LITTERAM LIBRI DVODECIM
EIVSDEM LIBRI CAPITVLA
DE GENESI AD LITTERAM IMPERFECTVS LIBER
LOCVTIONVM IN HEPTATEVCHVM LIBRI SEPTEM

RECENSIT
IOSEPHVS ZYCHA.


PRAGAE
F. TEMPSKY.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.
MDCCCLXXXIII.

~~122 1/2. 117~~
C551.1



Salsbury fund.

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

PRAEFATIO.

In hac editione adornanda eandem viam persecutus sum, quam olim in praefatione uolumini XXV inserta significauī, et ita persecutus sum, ut iis rebus quas qui illius uoluminis censuram scribebant desiderare sibi uiderentur quantum potui mederer. ex quo genere hoc est, quod ex Retractationum libris quae a re essent sub textum posui. in refingendis autem scripturarum sacrarum uerbis ita recessi, ut ad exemplaria graeca ea magis accommodarem. nam cum non solum ea opuscula, quae hoc uolumine continentur, uerum etiam Quaestionum in Heptateuchum libros, qui altera parte edentur, collatis omnium Augustini operum locis iisdemque apud Cyprianum et Ambrosium repetitis legerem et relegerem. facile intellexi nisi ad formam graecorum codicum et re et uerbis quantum per testes licet concinentem reuocarentur atque constituerentur ad genuinas interpretationis Italiae, cuius memoriam nobilis ille locus de doct. christ. II 15 prodidit, lectiones perueniri non posse. unde apparet errauisse me pag. 235, 13 *paradiso* pro *paradisi*, pag. 45, 1 *illi* pro *eius* scribentem. atque hunc locum totum a pag. 44, 23 incipientem eisdem litteris quibus pag. 156, 19 sqq. usus sum imprimendum curare debebam. in ea comparatione his editionibus C. de Tischendorf usus sum: Uetus testamentum graece iuxta LXX interpretes Lipsiae 1877 et Nouum testamentum graece ed. ster. duodecima Lipsiae 1891; ueteris testamenti editionem a Paulo de Lagarde emissam cum magno fructu potuisse me adhibere sero didici. notas locorum ab Augustino ex aliis libris laudatorum a prioribus editoribus, qui in hac operis parte satis diligenter uersati sunt, mutuari non sum ueritus. ad fontes autem unde Augustinum singulis

locis petisse uerisimile esset quia auctores eius uerbis designarentur penetrare cum huius editionis non esse apud me statuerem, id negotii negligendum duxi. etenim id agebam, utilem textum legentibus ut praeberem, non commentarium scriberem. indicem locorum alteri parti seposui. indicem uero uniuersalem nisi omnibus Augustini operibus editis scribi non posse adeo patet, ut eius hoc loco numquam mentionem facturum fuerim, nisi quidam eum depoposcissent. haec fere sunt, quae eos, qui hoc libro utentur, nescire nolui. quibus expositis iam describere memoriae testes quam breuissime potero aggressurus sum.

I. DE GENESI AD LITTERAM LIBRI DUODECIM.

E Numerus uetustiorum codicum hoc opus continentium minor est; saeculum duodecimum et proxime sequentia libris manu scriptis abundant. omnes autem et uetustate et bonitate facile uincit codex Sessorianus membranaceus saec. VII numero XIII notatus. qui olim in bibliotheca de Santa Croce asseruabatur, ante aliquot annos inde in bibliothecam Nationalem Victoris Emmanuelis translatus ibique numero 2094 signatus est. accuratam eius descriptionem A. Reifferscheid in eo libro qui inscribitur „Bibliotheca patrum Latinorum Italica I 125“ confecit. oratione auctoris folia 215 implentur. ualde autem dolendum est, quod quaternio uicesimus unus totus desideratur, id quod folio 156^a alia manu adnotatum est: *hic minus est unus quaternio*. quae uerba Augustini Geneseos a codice absint in Apparatu critico significauit. praeterea quaternionis undeuicesimi unum folium periit. quod damnum liber iam saeculo octauo uel nono traxisse uidetur. libri duodecimi autem folium ultimum posteriorum temporum iniuria lacerum euasit. liber scriptura continua saeculo septimo ab uno librario exaratus est. correcturae autem praeter scribentis manum a manu saeculi X et tertia quadam recentiore deprehenduntur. quae ab hoc correctore praebentur cum ad emendationem nihil ualeant silentio praetermitti satius est. at prior manus correctrix multa quidem peruerse illa tractat

uelut cum recte traditam formam quae est spiritalis in spiritalis omnibus fere locis commutat, in uocibus quales sunt mihi nihil e litteram littera ch restituit, praepositionum consonantes quarum genuinas formas librarius exhibet assimilationis legi subiecit; sed sunt etiam correcturas, quae restituendis auctoris uerbis usui sint. ita e. g. pag. 23, 7 *cernimus* pro *terminus*. pag. 45, 7 *aeternitatem* pro *aeterni* recte reponit; aliis locis ubi uirgulam excidisse uerisimile est consonantem *m* suppleuit ut pag. 47, 15 *ad littera*, 22, 3 *materia et forma*. bene multae eius emendationum per se bonarum ne necessariae quidem sunt. aliae locis obscuris lucem afferunt. cum et hae et illae aliis codicibus offerantur, eum non ex coniectura eas reposuisse sed ad aliquod exemplar emendasse probabile est; cf. 55, 10. 12; 100, 4; 110. 11; 333. 10 alia. scholiorum uaria genera et a librario et m. 2 et 3 passim in marginibus deprehendas. quae cum ad emendandum librum non pertineant libenter ea omisi. conspicua interpolationis uestigia duobus locis detexi, pag. 72, 14 *nec uituli marini*, 186, 7 *aridam terram*, ubi *terram* uncinare debui.

Codex Sessorianus licet uerba integerrima seruauerit tamen et ipse non liber est omni genere macularum. atque latissime ea corruptela grassatur, quod propter similiter cadentia singula uocabula et totae sententiae omissae sunt uelut pag. 7, 12; 53, 18; 287, 18. una re autem a ceteris differt; singulis enim libris capitula siue summaria praemittuntur. quam capitulationem etsi ei quam a prioribus editoribus traditam recepi saepius anteponenda uidetur tamen quominus restituerem complures causae erant quae obstarent. et earum prima atque grauissima erat, quod molestiorem numerorum diuersitatem excitari nolebam. quo quidem studio non sum temere raptus, ut nouum inciperem caput, ubi sententia non esset absoluta. quod ubi euenit, capitis numerum in margine posui. tum etiam codicis condicio id dissuadebat. is enim scriptura continua ita exaratus est, ut membratim certa quadam sententiarum serie finita capituli numerus appositus sit. qui aliis locis aut omnino omissus est aut — id quod

haud raro occurrit — tam peruerse additus est, ut orationis continuatio foedissime dilaceretur. ista summaria autem ut libro adfigerem facile a me impetraui, quoniam ab A. Maio publici iuris facta esse nemo ignorat, etsi ab librario quin sint conficta, non ad Augustinum auctorem referenda dubium non est.

Codicem intercedente beneuolentissima G. Hartelii opera E. Kalinka meum in usum contulit: cui hac occasione data quod huic labori mea causa perbenigne uacauit maximas gratias ago.

- P Codex Parisinus n. 2706 olim Colbertinus 5150 tum Regius 400. 2 membranaceus fol. 353 saeculo VII—VIII (sic enim pag. 2 in tabula codicum scribere debebam) scriptus est. codicis originem adnotatio in superiore margine folii primi impressa indicat. cuius litterarum apices quamuis praesecti sint tamen haec dispiciuntur: *iste liber est bī dion.*, i. e. beati Dionysii, ut codex in eorum numero sit habendus, quorum specimen L. Delisle in libro qui inscribitur: *Le Cabinet des manuscrits de la Bibliothèque Nationale* tabula V dedit. pagina prima enim folii primi eadem conspicua signa prae se fert quae propria esse codicum de monasterio sancti Dionysii oriundorum notum est. in singulis paginis uersus uiceni bini decurrunt. folia 7. 345. 346 mutila sunt. totus liber ab uno librario pulcherrimis litteris semiuncialibus confectus est. (cf. Bastardii opus magnifice sumptuosissime perfectum quod pag. XVIII commemorabitur.) eidem manui etiam scholia multis locis addita debentur. quod quidem inde cognoscitur, quia plerisque locis ubi talia additamenta occurrunt in margine spatia in orationem patentia relicta sunt. correcturas autem m. 2 compluribus locis expertus est. codex Parisinus in probis testibus huius Augustini operis numerandus est, ut merito aegre feras quod cum a bibliopega compingeretur plura folia de suis sedibus deturbata sunt. sicut statim in libri initio folia sic se excipiunt: 2. 4. 5. 3. 6. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353 quod folium codicis ultimum est. folii 353 oratio continuatur folio 7 et sequentibus quae iam suo ordine usque ad folium 346 decurrunt, quo auctoris uerba quattuor fere

uersibus extremis qui desiderantur exceptis concluduntur. inscriptio „*De principio Genesis*“ fol. 1 offertur; habet autem maiorem ueritatis speciem primum folium genuinam inscriptionem et libri Retractationem continens periisse. subscriptio a codice sub fine mutilo abest.

Codex Parisinus n. 1804 olim Colbertinus 894 tum Regius 3538 R a 12 membranaceus saeculi VIII folia 242 habet eorumque fol. 41. 130 non sunt integra. folio 1 *Praefatio sancti Hieronimi* offertur, quam usque ad folium 39 *eiusdem Hieronymi de Genesi* sequuntur. liber de Genesi ad litteram folia 39^b—241^b occupat, folium 242 scriptura caret. sub finem mutilus est; folio 237^b multa ab alia manu retractata inuenias, extremo folio aliquot uersus erasi, supra lituram alia manu Augustini uerba superscripta sunt. quae ab hoc folio usque ad finem habentur recentioremanum et alieno litterarum ductu et discrepanti orthographia produnt. singulae paginae lineis 29—30 implentur. hic liber quamquam ex exemplari transcriptus est quod simile fuit ei ex quo codex P originem duxit, tamen multis locis uariantes lectiones praebet. quod qui fieri potuerit cognoscere in promptu est. ibi enim scripturae a manu prima profectae ab alia manu aut correctae aut erasae in earumque locum aliae repositae sunt. quae emanationes cum ex purissimo fonte fluxerint, non est mirandum codicem R pretio codicem P adaequare.

Codices P et R ex bibliotheca Nationali huc transmissos ea qua potui diligentia ipse comparauit.

Codex Sangallensis numero 161 signatus membranaceus S in 4^o pag. 352 + 4 papyr. saeculo VIII scriptus est. in fine duo folia desiderantur. illa duo folia papyracea nescio an non sint adglutinata, in quibus quae exciderunt occasione data supplerentur. quod quidem eam ob causam a probabilitate abhorre non uidetur, quia etiam post paginam 14 ubi item unum folium intercidit, id quod in margine inferiore adnotatur: *hic ē defect'*, folium papyraceum insertum est haud dubie ad excipienda uerba quae folio perduto impressa erant. uiginti duorum quaternionum numeri in ultimae cuiusque

paginae calce adpositi sunt. codex firmissimis tegumentis roboreis inuolutus est. in tegumenti capite schedula adpicta est hunc indicem gerens: *Augustinus super Genesim*. in singulis paginis tricenae lineae ductae sunt. in margine hic illic adnotationes reperiuntur uel ad argumentum spectantes uel plausum iudiciumue scribentis exprimentes, quae ad primam et ad posteriorem manum redeunt. liber a duobus librariis confectus uidetur, qui in scribendo ita se excipiebant. ut alius alium fasciculum exararet. pagina 3 ante incipientem orationem scriptum legitur: *Incipit liber primus. sci Augustini. in Genesim*. quae si cum adnotatione in codice Berolinensi addita contuleris, facile genuinam inscriptionem deesse cognosces. unde efficitur folium primum Retractationem cum inscriptione praemissa continens aliquo casu periisse.

- C Codex Coloniensis n. 61 membranaceus miscell. saec. XII fol. 209 opusculum quod est de Genesi ad litteram fol. 1—117 continet. numerus linearum in singulis paginis inter 38—43 uariat. hunc codicem neque totum contuli neque ea quae composui in apparatus criticum plena recepi sed certas quasdam partes easque minimas selegi. sunt autem hae: libri I cap. 1—3, lib. III, lib. VI cap. 6, lib. VII cap. 1. 28, lib. VIII cap. 1, lib. VIII cap. 19, lib. X 1. 26, lib. XI 1. 42. lib. XII 1. codex Coloniensis ab S codice non multum distat.
- B Codicis Berolinensis n. 24 (Ex bibl. Meerman. cod. Philip. 1651) membranacei fol. 212 saeculo VIII—X exarati cum quo tempore adnotationem criticam apparabam in Britannia lateret neque fore ut eius comparandi occasio offerretur sperare possem lectionum uarietatem nisi in praefatione recipere non potui. is ut ad emendationem nihil fere ualet ita ad rationes quae inter codices P et R ipsumque intercedunt certius declarandas plurimum confert. unde originem duxerit folii primi pagina secunda indicatur. in margine enim inferiore hoc scriptum legitur: *liber sci vincentii. met. si quis abstulerit abnatema sit. uerba Augustini fol. 4 hac inscriptione praemissa initium capiunt: Beati Augustini in Genesim ad litteram questionum libri duodecim. de principio*

genesis; nam fol. 3 neque id totum Retractatio occupat. cui genuinus operis titulus praefixus est: *Sancti Aurelii Augustini de Genesi ad litteram libri duodecim*. singuli libri numeris distincti sunt. codex litteris pulcherrimis atque maxime conspicuis scriptus est. hic illic in margine scholia intercurrunt. codicis Berolinensis scripturam uariantem non plenam recepi sed electam. ubi enim cum PR codicibus concordat, eam misi; ubi autem difficilioribus locis illorum lectiones in diuersas partes abeunt, ubi ab iis discedit, ibi quae Berolinensis habet addidi. locis nero e scriptura sacra petitis, ne huic parti quidquam deesset. eius uarietatem plenam apposui.

Pag. 3, 16 illis 5, 5 et om. 5, 20 erat] est 8, 8 quia 8, 23 prius est om. 9, 11 qui* 9, 18 ferebatur 10, 16 ferebatur 11, 20 bona 14, 5 et om. 16, 20 ferat] fecerat 17, 8 lux in fine om. 18, 12 quarumcūque (cū s. l.) 19, 10 sedatis] sed sedatis 20, 8 aquas 20, 19 terra] terra et aqua 21, 6 et om. 26, 24 fotu] flatu 27, 21 et om. 29, 2 qui] quę 29, 17 dixerant 30, 9 uolatu ranarum 30, 21 discretionis 32, 8 factum uespere 38, 8 habitus 39, 4 permeel] permeat et 39, 24 supra 40, 6 subnixum 41, 14 insinuat 41, 22 scribentis 43, 5 repetens et dixit ds fiat lux et sic est factum et facta est lux et uidit ds lucem quia bona est sed nullo modo repetens posteaquam proposuit et dixit deus fiat lux nihil aliud sqq. 43, 14 facta est lux] fiat lux 43, 17 conformata 43, 22 quae condita] qua cognita 44, 9 in eras. 44, 18 dispicientes 45, 1 illi consiliarius eius 48, 19 uerterentur 48, 23 quae sub caelo est 48, 25 congregationes 49, 1 aquarum 49, 13 inuisibilis] inanis 50, 18 eius om. 50, 19 produxit 50, 22 in ipso] insit 51, 10 sic om. 51, 12 in alt. et tertium om. 51, 13 sic om. 51, 17 eas 53, 24 in fin. om. 54, 25 spati* mhorarum uicissitudinem 55, 24 in ante tempora om. 56, 15 ui] sui et om. 58, 7 propterea diuersis 58, 15 prius et om. 59, 16 et om. 59, 17 magna luminaria 60, 18 homines om. 61, 16 stinctu 61, 20 promittunt 62, 1 cui libet 62, 10 sanctam 64, 18 magna* 65, 16 terrarum natura narrare creata 66, 22 frigescere] feruescere 67, 16 corpora eorum 68, 15 continet 68, 25 quarum] *quarum 69, 1 in om. 69, 4 et tactu] ad tactum 71, 18 quo 71, 23 memoria in ras. et med. om. 72, 20 gentium 75, 1 omnia reptilia] uolatilia 75, 24 an ex hanc 78, 3 decedentibus] succedentibus 78, 4 nonnullo 79, 12 nullum 79, 24 qui] quia 81, 16 istae 82, 18 magnae 83, 3 seruatur

84, 4 ad om. 85, 11 facta] factum 86, 12 in eras. 86, 14 agnitione 88, 11 pie caritatis 89, 6 ita 91, 3 congregatione una 91, 6 congregationes suas 92, 6 in om. uniuersa 92, 16 in om. 93, 4 in die 95, 14 ea] est 100, 6 animae 101, 22 oculorum 101, 25 conditur in ras. 105, 16 et incommutabilis 105, 22 sps] dns 105, 25 dono] modo non 107, 12 et in 107, 14 nunc 107, 18 probabilitate 108, 4 reddidit 108, 23 nunc 110, 5 ut ea quae] utique 110, 6 in septimo 111, 12 et om. 114, 3 bono] honore 115, 8 uespere 116, 9 eius 117, 23 in—creatoris om. 123, 6 dicitur 123, 16 lucenti om. 127, 15 conditionem 129, 13 ac om. 130, 14 iidem 130, 16 procedit 130, 28 quod 131, 2 et fin. om. 131, 12 praegnoscendum 132, 22 aures 135, 16 constringens 136, 27 quod 137, 5 super terram deus 139, 10 se] siue 142, 1 ita] ista 142, 7 ea exorta 143, 19 non] non ait 145, 14 alt. tempora om. 147, 9 consequentes 148, 23 est] sunt 148, 25 accedant 154, 20 dictum 155, 2 quousque 155, 20 nec erat homo 158, 21 perspicit] perfecit 158, 23 atque 158, 24 itaque 159, 2 exortem 160, 2 illum a] illa imma 161, 14 adeo 162, 10 dispositio dispensatio 162, 13 sapientiae 163, 26 modo] nunc 166, 9 sapientiae 168, 20 terrae abyssus 169, 1 omnia 170, 27 qua 173, 26 et causaliter om. 174, 18 creata—die om. 174, 26 uocaret 175, 2 nomen est 175, 7 loco 176, 17 istos adpositos 177, 2 et intellexeret 178, 28 fundata 179, 19 reptilium 180, 8 quando] unde 180, 22 adsequi] esse qui 181, 22 pertinet 182, 7 possimus 183, 17 uel 183, 23 modo om. 184, 17 a om. m. 1 186, 18 est om. 188, 8 superferebatur 193, 18 spiritu 194, 5 ille om. 194, 14 nouissimus—uiuificantem om. 195, 24 nobis 200, 1 et om. 200, 4 dixi 201, 2 preposuimus 201, 16 insperauit 201, 17 dubitabitur 202, 11 naturam 202, 19 habitu 202, 25 quae 207, 1 facta est anima 210, 1 quidam (supra a add. e) 212, 12 in iecore et in cerebro est 213, 1 quidam (supra a m. 2. e) 213, 24 et cetera 215, 10 nec 215, 18 agi] ait (s. l. aut) 216, 18 ipsum 216, 23 ambulat ut ex ambulabat 217, 9 ipsa 218, 25 quaelibet 220, 22 aiebatne 221, 1 hae creatio 221, 10 fetum] factum 221, 21 suae] suae causae 224, 3 bona est et erit] bonae steterit 224, 18 praesciens praescius 225, 1 uiuere om. 225, 14 cum] tam B¹; s. l. cum iam 225, 24 modestia 226, 6 ostendat 226, 20 cetera] omnia 228, 1 operetur 228, 8 in om. 228, 9 natura in naturam ullu 228, 11 secundum quandam om. 229, 1 eden 229, 15 propriae 229, 16 propeccato et sicut 229, 18 ut 229, 22 genere 230, 5 dicuntur naturae natura 230, 21 fecit soles 231, 9 detractant 231, 13 magnum fontem 231, 14 secundum om. 231, 21 in om. B¹; in mg. m. 2 per 233, 13 ut] et 234, 15 seminale 235, 7 exhorta

235, 9 exstitissent 236, 15 minimo—reuerenti 236, 20 alia 237, 1
 scriptor narrauit 237, 24 multi* 238, 8 sapientia 238, 13 constat
 om. propterquod 238, 20 et figurata 239, 9 deficerent 240, 20
 fluminis secundi 241, 17 sed] sed si (s. l. add.) 241, 18 sic
 242, 14 dominus om. 242, 26 agricultura 245, 7 agricultura
 246, 16 istud 246, 24 materia 247, 1 disputauimus 247, 3 sibi
 ne] si bene 247, 27 pius] ipsius (s. l. iustus) 249, 12 a om.
 249, 26 abscescerit 250, 1 abs.ente 250, 3 abs.ente (c oras.) 250, 12
 creati om. 251, 9 ulla mala 257, 8 esca. (e m. 1 exp.) 257, 13
 facturur (us exp. et a superscr.) mulier 257, 21 quod 261, 3 quae
 262, 12 ponit 263, 24 agriculturam 266, 13 extasi in] extasi* (n
 eras.) 267, 18 consequentibus parandum 268, 3 uocauit 268, 4
 illum 268, 14 et om. 270, 21 aericaleum (supra e add. v) 271, 3
 et—mouere om. 271, 7 hominis 271, 11 praeter (s. l. & propter)
 272, 8 ulla 272, 16 currentes (corr. m. 1) 273, 12 supra est add.
 et 274, 4 erat B¹ 276, 1 concubatur 277, 11 cohercens 278, 3
 naturam mulieris 278, 11 non om. 279, 18 dy-sintericus 279, 25
 si enim] an uero si 383, 8 dicitandum 284, 5 ut om. 284, 9
 puluerem 285, 22 illius 286, 20 muliebris 287, 22 adhibe B¹
 287, 25 medicamenta 288, 22 non fin. om. 290, 26 mundis
 291, 16 quoque B¹ 292, 6 replente 292, 9 ipse] ille 293, 5 et
 omnia 294, 9 suo om. 294, 10 et] haec 294, 13 testatur 295, 22
 de fin. om. 296, 23 iam] tam 298, 7 singula 300, 8 praespiciuae
 301, 12 spira 304, 20 aufer 304, 22 emitte 307, 13 primo
 308, 5 cogemur 309, 15 ulla 309, 23 praebet 311, 15 contrarium
 312, 13 dnm 313, 20 culpabili 314, 15 peccatrici 314, 16 pa-
 cato B¹ 315, 18 cuius] cuise B¹ 315, 20 constituit 315, 22 et om.
 316, 2 ei qui 317, 23 et] uel et 319, 11 ipse 320, 5 propagine
 prius B¹ 324, 4 si] sed 321, 24 ubi B¹ 325, 3 numeros agit]
 numerosa d: 325, 25 non credam om. 326, 6 anima 326, 7 nam
 om. 326, 15 quid] qui id 327, 1 data om. 327, 2 baptisatis
 327, 26 agunt 329, 8 ipsa 329, 23 perscribere 331, 5 perhibetur
 331, 6 qui prius] opus 331, 9 proinde] ita 331, 10 incrementa
 332, 10 ambo om. 333, 1 in] ad 333, 3 alterum et om. 333, 7
 ambulantis 333, 10 Adam alt. om. 333, 15 necum] mihi 333, 24
 ipse 334, 4 edet] germinabit 334, 10 dominus om. 334, 12 co-
 gnoscendum 334, 16 est erasum 335, 16 admissi om. 335, 24
 fecit 336, 31 prope 337, 21 gratia 337, 22 esse ipse praesciebat
 altitudinem quidem consilii eius cum sqq. 338, 8 humiliabitur 338, 10
 saeculum 338, 22 quod 339, 12 Si B¹ 339, 20 debitationis
 (supra e add. v) 339, 26 proficiunt 340, 7 uellet 340, 28 esse
 341, 1 esse malū* (s eras.) 341, 3 tardi corde 342, 5 utriusque
 342, 14 sic] sicut 343, 4 caruet (s. l. ret) 343, 5 supra malum

superscr. malo 343, 7 iniquitatem (supra e add. v) si 343, 8 nullo
 344, 16 providendum 345, 3 accederet 346, 18 autem] haec
 346, 21 inuidia 347, 6 d' propter 347, 12 dirigitur 348, 20
 superbiū 349, 4 ab om. 349, 16 praescius non fuit om. 349,
 23. 24 plane 353, 1 sic 355, 8 israhel 355, 15 esset 356, 14
 inueniunt 358, 9 es tu] est ut B¹ 358, 11 posui te] posuirei] (super
 j add. v) 358, 17 ostendunt 359, 1 superbiam 359, 7 causam
 359, 8 a] ac 361, 8 ut 362, 24 paradiso 363, 12 quo 363, 13
 adaperientur 365, 12 auida] abdita (d s. l.) 366, 9 concubendi
 366, 10 ipsam—poenam 368, 3 Adam in fine om. 370, 24 inter
 ante mulierem om. 371, 10 in om. 371, 14 nam] non in 371, 24
 multiplicans om. 372, 2 filius 372, 18 conditionis 372, 24 sen-
 tentiam 373, 5 edet] det 375, 17 rumpheam 376, 14 expectanda]
 ea spectanda 377, 5 ei] et 378, 12 seduci* (in er.) illo modo quo
 illa potuit 379, 11 expeditis 379, 17 huiusmodi in fine 380, 6
 quod 381, 2 fallebat 381, 5 illos 381, 9 non scire 382, 6 ad-
 hoc 382, 12 sonent]* olent (s eras.) 382, 13 redoleant 382, 22
 per ea] praeter ea 386, 9 corporalib' (b ex t) 387, 14 karthaginem
 388, 21 in illis 389, 3 resurget 391, 19 solum 393, 22 balthasar
 394, 15 eo 394, 19 et] sed 395, 3 affectus 395, 5 accendite
 395, 6 ei] eius 398, 5 certe] cernente 398, 8 aut] ut (s. l. l
 et) 399, 8 aliquo 400, 11 cor]* cor* (o eras.) 400, 15 pre-
 starentur prestantur 401, 2 corporales B¹ 401, 3 imagines B¹
 404, 17 qui om B¹ 405, 1 at] et 405, 12 laetantium 407, 14
 istud 408, 3 corpori* (s eras.) 408, 5 amat 409, 24 se om.
 410, 22 sc' t] sit quam dum in] quantum in 413, 11 illō 414, 16
 sed] et 414, 28 affectus 415, 12 perspecta 415, 20 d' exerebatur
 416, 14 et om. 416, 25 adiacent] id agent (supra e m. i add. v)
 417, 9 iudicat 417, 29 duas 418, 5 tonitruo 418, 7 aliquod
 418, 28 sic utiq; 420, 7 deus om. 420, 11 uiderat 420, 16 re-
 uocata 421, 6 transiit 421, 15 intellegende B¹ 422, 3 praesentata
 422, 17 mundo corde 423, 26 caelum om. 424, 9 accipiuntur
 424, 17, sint 424, 22 an] ac 425, 1 post initiale siue sequitur
 426, 14 qualia saepe usque ad pag. 427, 28 sed eam; sed eam excipit
 pag. 425, 1 ex ipso usque ad 426, 14 corporibus, quod 427, 28 uoce
 spiritalem sqq. continuatur; eodem ordine et in codice P haec uerba
 currunt 426, 18 similibus sensibus 427, 10 soluta 427, 15 et om.
 428, 14 egressū 429, 7 chasma 429, 8 ne 430, 6 se om. 431, 8
 echideantur 432, 20 ipsam 433, 20 praesentiora] praestantiora uel
 praesentiora 434, 21 excellenti* e uidentia (sed e fin. cum ui coni.)
 435, 5 nostro modulo 435, 9 Explicit liber XII Aurelii Augustini
 Genesis ad litteram amen fol. 211*

His codicibus ita usus sum, ut uerba ad formam eius, qui non solum antiquissimus uerum etiam omnium longe optimus est, E codicem dico, refingerem, ubi opus erat, e ceteris quantum e fonte limpido manare mihi uidebantur in subsidium assumptis scripturas reponerem. is alios codices modo consentientes habet, modo ab iis discedit uelut *pag. 364, 22: 371, 24; 358, 7; 49, 5; 360, 13.* codices PRB coniunctos esse atque cohaerere ex eorum in maximis et minimis rebus conspiratione facile euincitur *cf. pag. 18, 1; 75, 1; 107, 22: 110, 11; 207, 1; 240, 16. 17; 260, 1.* neque tamen ex eodem exemplari ducti sunt; nam cum in P et B *pag. 425, 1* uersus transpositi sint, *378, 12* abundantia quaedam uerba codicibus R et B solis traduntur. in his manifestae interpolationis uestigia deprehenduntur *pag. 162, 10 dispositio dispensatio, 224, 18 praesciens praescius;* in B solo autem *pag. 433, 20 praestantiora uel praesentiora,* ubi EPRS *praesentiora,* codex C autem „*uel praestantiora*“ praebet; (cf. XI 45, 1). praeterea B mirum in modum *pag. 43, 5 (cf. Berol. XI 43, 5)* ab omnibus discrepat. codex S quocum C facere solet mediam quandam uiam cum aliis aliter modo conueniens modo discordans persequitur. codicis R loci e scriptura sacra sumpti multotiens ita correcti sunt, ut ex natiuis lectionibus cum P congruentibus formae codicis E exierint.

II. DE GENESI AD LITTERAM IMPERFECTUS LIBER.

Codex Vaticanus numero 445 signatus membranaceus miscellaneus forma maxima foliorum 502 orationem continentium litteris nitidis saeculi XV scriptus est. paginae bipertitae quinquagenis senis lineis implentur. litterae initiales artificiose pictae tanta magnitudine praecellunt, ut senarum linearum altitudinem superent. atque initialis littera prima imaginem monachi scribentis capite radiato illius aetatis more expressam exhibet. in margine inferiore paginae primae sigilla Pauli papae (1464—1471) cum dignitatis pontificiae insignibus impressa sunt. folio 231^b haec inscriptio habetur: *Incipit liber de Genesi ad litteram imperfectus;* subscriptum est

fol. 239: *Explicit Aurelii Augustini liber cuius titulus est de Genesi ad litteram imperfectus*. codicem Vaticanum unus librarius confecit quaeque relegentem offenderunt emendavit; praeter scribam alius aetate recentior corrigendi munere perfunctus est. cum Benedictini hunc librum suis quibus ante scateret mendis ope Vaticani manuscripti se purgasse admo-
neant, C. Vrba in eo libro qui inscribitur: *Beiträge zur Geschichte der augustinischen Textkritik*: pag. 47 ad hunc codicem illos uerba constituisse docuit.

T Codex Trecensis n. 40 uol. I membr. miscell. forma maxima fol. 203 saeculo XII exaratus est. quae praeter hunc librum opuscula contineat qui cognoscere uolent consulant Catalogue général des manuscrits des bibliothèques des départements t. II. Augustini uerba folia 198.—203 complectuntur neque integra sunt. nam a folio 197 quaternio uicesimus sextus initium capit cuius duo postrema folia perierunt; folium autem primum quaternionis subsequentis, id est ducentesimum tertium, unum ex toto quaternione reliquum cum primo eoque solo super-
stite quaternionis uicesimi octauum coniunctum est. quae uerba folio 203 — numerus 203 a manu recenti additus est; manu enim prima librarii numero CCV folium signatum erat—
praebentur, orationem non continuant; desiderantur enim uerba Augustini quae sunt pag. 483, 2 *est omnis formae principium* usque ad pag. 494, 7 *super terram uolant*. sub finem quoque a uerbis pag. 499, 22 *multo minus arbores* omnia nescio quo casu perierunt. quae supersunt ab uno librario scripta, correctae autem et ab illo et ab alio coaequali sunt.

M Codex Mazarineus qui in catalogo des manuscrits de la Bibliothèque Mazarine ab A. Molinier Parisiis 1885 confecto t. I 285 describitur numero 636 (270) signatus membr. miscell. forma magna fol. 290 saeculo XIII ortus est. orationi auctoris fol. 23 haec praemissa sunt: *decimo septimo loco inter libros sancti Augustini scribi et legi debet liber qui dicitur de Genesi ad litteram imperfectus continens unum librum. de hoc autem libro mentionem faciens idem Augustinus primo libro retetationū (sic) caplo decimo nono sic dicit: cum*

de Genesi duos libros contra Manicheos condidissem sqq. et ita finit: *admoneo ut illi 12 libri legantur quos longe postea episcopus feci et ex istis ipsis de isto iudicetur. hic liber sic incipit: De obscuris naturalium rerum que omnipotente deo artifice sentimus non affirmando sed querendo tractandum est.* inscriptio ipsa fol. 24 prostat: *Incipit liber de Genesi ad litteram ip̄fcs.* hic codex ab uno librario confectus duobus uitiorum generibus insignis est et eorum unum in repetitione et singularum uocabulorum et breuium sententiarum uersatur: quod tamen retractantis oculos non fugit. nam uoces repetitae linea perducta delendae assignantur. alii correctori ne id quidem satis fuit, sed illas uoces iam deletas punctis suppositis extinxit. alterum uitiorum genus latius patens ita ortum est, ut proximis uocabulis similiter desinentibus scriba in errorem inductus singulas uoces, saepius autem tota enuntiata omitteret. orthographia quae dicitur suae aetatis charactera prae se fert.

Codex Parisinus n. 350 (397 T. L) notatus qui in bibliotheca de l' Arsenal asseruatur membr. miscell. forma magna fol. 372 hoc opus foliis 247—265 continet. uerbis Augustini similia quaedam eis quae codex M habet praecedunt. sunt autem haec: *Augustinus in primo libro retractationum capto 17º cum de genesi duos libros contra Manicheos condidissem sqq. admoneo ut illi 12 libri legantur quos longe postea episcopus feci et ex ipsis de isto iudicetur. hic liber sic incipit: De obscuris naturalium rerum que omnipotenti artifice.* post quae uerba haec inscriptio addita est: *liber Aurelii Augustini de Genesi ad litteram yponensis epi imperfectus incipit.* totum codicem unus librarius transscripsit et emendauit; nam alius manus correctricis uestigium deprehendas nullum. unde colligere non licet librum mendorum esse expertem; nam duplici corruptelarum genere quod codicis Mazarinei proprium esse supra memoratum est, i. e. repetitione uocabulorum et enuntiatorum eorumque omissione illum longe superat. quae alia memoratu digna liber habent cognitari catalogi des manuscrits de la Bibliothèque de l' Arsenal ab H. Martin Parisiis 1885 confecti t. I adeant.

Emendatio huius opusculi ob minorem in eius modi rebus tractandis usum Augustini quippe qui tum se tanto operi impari fuisse ipse fateatur haud raro obscurioris ex uno potissimum codice Vaticano pendet. quem etsi haud scio an recentissimus sit quos adhibui omnium propter eius et integritatem et bonitatem ducem sum secutus. quo autem maior huius codicis est auctoritas eo plus laudis illi uiro praestantissimo debetur. qui eum meum in usum per E. Kalinka tunc Romae commorantem comparandum curauit. quem non rem actam egisse quiuis credo candidus harumque rerum peritus iudex concedet si opusculum hac editione publici iuris factum cum Benedictinorum curis composuerit. ad Vaticanum proxime accedit Trecensis qui ut uetustate illum praecedat ita praestantia inferior est. cum hi unam classem efficiant, ab altera parte Mazarineus et Parisinus codices stant quibuscum Amerbachii editio concordare solet.

III. LOCUTIONUM IN HEPTATEUCHUM LIBRI VII.

C Codex Corbeiensis nunc Parisinus 12168 membranaceus forma magna fol. 179 saeculo VIII—VIII litteris nitidis initialibusque tam pulchre pictis exaratus est, ut Bastard d'Estang specimen dederit in opere „Peintures et ornements des manuscrits classes dans un ordre chronologique pour servir à l'histoire des arts du dessin depuis le IV^e siècle de l'ère chrétienne jusqu' à la fin du XVI^e“ (cf. Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde uol. 8 pag. 451 sqq. et „Les Collections de Bastard d'Estang à la bibliothèque nationale. Catalogue analytique. Chartes-sceaux-peintures et ornements des manuscrits recueils divers“. Leop. Delisle Par. 1885. et habet suam et praestantiam et mendositatem. sed cum praeter hoc opusculum etiam maius opus quod est de Quaestionibus in Heptateuchum contineat, aptius et utilius in secunda huius uoluminis parte de eo exponendum erit. illud non est praetermittendum hunc codicem quos cognoui omnium unum libri primi capitula siue summaria tradidisse quae nisi ubi lectiones codicum scripturis ueriores

id quod bis euenit praerberet aut in adnotationem recipere aut typis exprimenda curare non sum ausus. illi autem loci quos in subsidium ascini in hunc modum conformati sunt: *pag. 513, 16 Et dicent quia uxor illius hæc, pag. 538, 25 Inuocabitur in eis nomen meū et nomen patrum meorum.* neque id contemnendum est, quod cum codice Trecensi solus libri tertii priores XXXI locutiones seruauit. quo magis dolendum est hunc codicem tribus postremis libris carere. neque eius condicionem iudicanti ueri simile fit eum qui codicem scribendum curauit umquam in animo habuisse tres posteriores libros addere.

Codex Nouariensis LXXXII 48 membr. in 4° saec. X N exaratus foliis 148 constat. continet autem praeter Locutiones Quaestionum quoque in Heptateuchum libros VII. quae opera non usitato ordine, ut post singulorum librorum Locutiones eorundem librorum quaestiones locum obtineant, tradita sunt sed modo ab aliis codicibus prorsus alieno, quod ex inscriptione uniuscuiusque libri apparebit; uelut fol. 53^b haec adscripta sunt: *Explicit quaestiones Exodi. Incipit locutiones de Genesi.* qua de re conf. A. Reifferscheid in *Bibl. patrum lat. Italica* II 2 pag. 245. codex Nouariensis multis locis natias scripturas unus seruauit; alii autem loci ita longe ab ea praestantia absunt, ut corruptelae quibus foedati sunt nisi hominem barbarum prorsus rudem earum rerum quas descripsit fuisse liceat conicere explicari nequeant. hoc quoque habet, ut haud ita raro siue singula siue plura uocabula relicto tamen recipiendis sufficienti spatio desint, quam rem inde, si quid diuinare permissum sit, solui posse puto, quod librarius ex exemplari difficili lectu describens alius codicis ope quae deessent se explere posse sperauerit.

Codex Sessorianus XXIII qui nunc numero 1254 signatus S in bibliotheca Nationali Victoris Emmanuelis asseruatur foliis 1—33 hoc opusculum, reliquis librum qui inscribitur Quaestiones in Heptateuchum libri VII complectitur. inscriptionem in fronte fol. 1 fert: *Exp̄l retractatio locuticnum. icip. liber lccutionū collectarū ex libro geneseos;* subscriptum est fol. 33 *Expliciunt locutiones (locu m. 2 ex quæ) iudicum qui*

est *sci augustini liber septimus*. quamvis hic liber male audiat cum A. Reifferscheid in *Bibl. patr. Lat. It.* II 113 eum non dignum esse, qui accuratius describatur dicit, tamen complures lectiones minime spernendae ibi inveniuntur.

- L Codex Laudianus n. 130 (B. Mariae in Ebirbach) membr. miscell. saeculo X ineunte confectus est. praeter Augustini Locutionum super Heptateuchum libros VII eiusdem Quaestionum super Heptateuchum libri VII eo continentur. in libris V VI VII codicis Corbeiensis testimoniis destitutus hunc librum non tamquam testem omni fide dignum sed tamen omnium qui suppeditantur optimum secutus sum.
- T Codex Trecensis n. 197 membr. forma magna saec. XII hoc opusculum et Quaestionum in Heptateuchum libros foliis 175 complectitur. is nescio quo casu sero huc transmissus est. neque in animo erat eius scripturas ad Locutiones emendandas conferre; in constituendis uerbis Quaestionum eum meum in usum sum adhibiturus. cum autem uiderem hic illic eius ope auctoris uerba ueritati reddi posse, totum quidem excussi, sed lectionum excepto libri tertii initio, quod solus cum Corbeiensi seruauit, tantum eas reposui, quae ita erant comparatae, ut quae aliis anteponerentur mihi dignae uiderentur. alias hoc certe loco addere a me impetrare non potui. quippe quae ad emendandum librum nihil ualeant.

Hi codices quos enumeraui in duas familias discedunt, quarum una codicibus *CNT* efficitur, altera libris *LS* representatur. ac prioris familiae propter multas et ueras lectiones quae in eo uno deprehenduntur principem locum *C* obtinet: multis iisque difficilioribus locis in exhibenda proba scriptura cum eo facit codex *N*; ad hos proxime accedit *T*. alterius classis *L* in uniuersum aestimanti codicem *S* pretio superat. differunt autem saepe ita ut in hoc alia manu genuina lectio restituta sit, ille correcturam non expertus peruersam seruauerit.

De editionibus Amerbachiana et Benedictinorum deque Eugippii Excerptis altera huius operis parte agetur.

Antequam praefandi finem faciam, hoc addere libet. cum eius opusculi quod Locutiones in Heptateuchum inscribitur aliquot locis biblicis uel aduersantibus codicibus aut de coniectura aut LXX interpretum uersionem secutus scripturas reposuerim, ne a prudentibus temeritatis arguar, hic mihi non alienum esse uidetur strictim exponere, qua re ut a memoria recederem commotus sim. atque quindecim loci ita sunt comparati, ut aut in aliis Augustini scriptis probe restituti legantur aut in expositione loco apposita aut in capitulis scripturae occurrant, quae traditis in codicibus mihi praeferaendae uisae sint. sunt autem hi: 508, 23; 516, 21. 24: 522, 14; 523, 3; 530, 22; 538, 25; 560, 23; 561, 1; 567. 19; 571, 14; 573, 12; 578, 25; 592, 3; 596, 22. ceteri loci — sedecim numero — uariis de causis ad graecam uersionem mihi refingendi esse uidebantur. num hos et alios aliis in operibus occurrentes feliciter restaurauerim, penes peritos harum rerum existimatores iudicium esto.

Reliquum est, ut gratias agam ministeriis publicis, academiae litterarum, bibliothecarum praefectis aliisque uiris, qui subsidia critica congerendi copiam alii opera, alii liberalitate, alii utroque mihi officio fecerunt. tum grata mente eos uiros doctos memoro, qui molestum laborem codicum examinandorum subierunt, dico E. Kalinka, F. Ladek, Fl. Weigel. quod id cum fructu suoque tempore euenerit Guilelmi Hartelii horum studiorum fautoris summae erga me beneuolentiae debere me ut profitear exigit aequitas. postremo non possum Carolo Ziwsa olim collegae meo nunc amico candido maximas gratias non agere. nam is cum Optati libris edendis occupatus aliisque negotiis operosissimis distentus esset tamen Augustini operi perpoliando semper uacauit.

Scribebam Vindobonae mense Octobri a. MDCCCLXXXIII.

Iosephus Zycha.

Corrigenda.

Pag. 37, 7 *Matth. 16, 3* 54, 11 *possibilitas* pro *possit bilitas*
64, 19 *cf. De civit. dei XV 27* 132, 19 post *uno* (.) del. est 137, 2
terrae pro *terae*; signa (?) propter sequentem expositionem addidi
184, 4 *oculto* 289, 13 in app. critico *si* pro *s* legendum est 290, 26
quam pro *uam* 338, 8 *Prou. 18, 12* pro 16, 18 397, 3 *Cicer. Lael.*
c. 20 omittendum erat 464, 27 extremo (.) del. est 492, 1 extremo
ut legas 511, 3 *Gen. 7, 14. 15* 512, 20 *Phylistim* 516, 24 in
apparatu t. II 167, 3 520, 5 *lauare* 523, 6 *diceret* 525, 5 *Gen.*
32, 17. 18 526, 10 *Gen. 34, 15* 528, 25 *cf. Matth. 6, 11* 560, 23
faciem pro *aciem*; ibidem in adnotatione scribere debebam: *ut* (ante
inducat) *scripsi: et lib.* 564, 1 pro *rursum*, quod libri praebent, haud
dubie *sursum*, scribendum est 572, 6 in adnotatione *T* intercudit;
ceterum *eam* pro *ea* scribere debebam 585, 14 *cf. Ex. .2, 21. 22*
delendum est 600, 6 *habet* 615, 9 plectitur.

Hic autem locus aptissimus uidetur quo uol. XXV quaedam corri-
genda proponam. in praefatione igitur pag. LIII in margine *S* pro *R*,
pag. LV *R* pro *C* legas. in textu autem haec emendata uelim: pag. 934, 11
inuenire nec a se ipsa nec alterius cuiuslibet accessu possis 934, 14 *in-*
dita pro *inuenta* 937, 21 *et impietati pro etiam impietate sua* 941, 18
ne si non pro qui nisi.

I.

S. Aureli Augustini

de Genesi ad litteram libri duodecim.

- E = codex olim Sessorianus n. XIII qui nunc numero 2094 signatus in
bibliotheca Nationali Vict. Emman. asservatur s. VII.
- P = codex Parisinus n. 2706 olim Colbertinus 5150 s. VIII—VIII.
- R = codex olim Colbertinus nunc Parisinus n. 1804 s. VIII.
- S = codex Sangallensis n. 161 saeculi VIII.
- C = codex Coloniensis n. 61 saeculi XII cuius testimonia aliquot parti-
bus in praefatione notatis adhibui.
- b = editio princ. Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
- d = editio Benedictinorum a S. Mauro a. 1689 sqq.
- Eug = Engippii Excerpta edit. P. Knoell a. 1886.

I.

DE GENESI AD LITTERAM LIBRI DUODECIM.

LIBER PRIMUS.

1. Omnis diuina scriptura bipertita est secundum id, quod
 5 dominus significat dicens scribam eruditum in regno dei si-
 milem esse patri familias proferenti de thesauro suo noua et
 uetera, quae duo etiam testamenta dicuntur. in libris autem
 omnibus sanctis intueri oportet, quae ibi aeterna intimentur,
 quae facta narrentur, quae futura praenuntientur, quae agenda
 10 praecipiantur uel admoneantur. in narratione ergo rerum fac-
 tarum quaeritur, utrum omnia secundum figurarum tantum-
 modo intellectum accipiantur, an etiam secundum fidem rerum
 gestarum adserenda et defendenda sint. nam non esse acci-
 pienda figuraliter nullus christianus dicere audebit, adtendens
 15 apostolum dicentem: omnia autem haec in figura con-
 tingebant in illis, et illud, quod in Genesi scriptum est:

5 cf. Matth. 13, 52 15 I Cor. 10, 11

2 Incipit li[be]r [primus] de genesi ad li[tte]ram; haec *inscriptio co-*
dicis E a m. 2 profecta est; quae uncis inclusi legi nequeunt De prin-
 cipio genesis (*litt. mai.*) fol. 1 P Beati Augustini in genesim ad librum
 quaestionum libri XII Undecimo libro utiliora inuenies fol. 36^b, fol. 37^a De
 principio genesis R Incipit liber primus sci Augustini in genesim fol.
 3 S 4 *Incipiunt Eugippii Excerpta ed. Knöll p. 139—147* scribtura E¹;
uocabulum sic semper prima manu scriptum plerumque m. 2 correctum
est, quod semel indicasse sufficet exceptis iis locis, ubi etiam alii codices
eandem orthographiam prae se ferunt; idem cadit in uocem scribtum et
 scribtor bipertita paene euanuit P bipartita b id quod dominus
 paene euanuerunt P 5 significauit P²Rd 9 pronuntientur E²S
 10 admoneantur (d s. l. m. 1) E moneantur PRSCbd Eug 11 figurarum]
 figuratum bd 12 intellectum E¹ 16 in illis] illis E²Cbd scribtum E¹;
 cf. *supra* 4

et erunt duo in carne una, magnum sacramentum commendantem in Christo et in ecclesia.

Si ergo utroque modo illa scriptura scrutanda est, quomodo dictum est praeter allegoricam significationem: in principio fecit deus caelum et terram? utrum in principio temporis, an quia primo omnium, an in principio, quod est uerbum dei unigenitus filius? et quomodo possit ostendi deum sine ulla sui commutatione operari mutabilia et temporalia? et quid significetur nomine caeli et terrae? utrum spiritualis corporalisque creatura caeli et terrae uocabulum acceperit, an tantummodo corporalis, ut in hoc libro de spiritali tacuisse intellegatur atque ita dixisse caelum et terram, ut omnem creaturam corpoream, superiorem atque inferiorem, significare uoluerit? an utriusque informis materia dicta est caelum et terra, spiritualis uidelicet uita, sicut esse potest in se, non conuersa ad creatorem — tali enim conuersione formatur atque perficitur; si autem non conuertatur, informis est — corporalis autem, si possit intellegi per priuationem omnis corporeae qualitatis, quae adparet in materia formata, cum iam sunt species corporum siue uisu siue alio quolibet sensu corporis perceptibiles?

An caelum intellegendum est creatura spiritalis ab exordio, quo facta est, perfecta illa et beata semper, terra uero corporalis materies adhuc imperfecta? quia terra, inquit, erat inuisibilis et inconposita, et tenebrae erant super

1 Gen. 2, 24 cf. Ephes. 5, 32 4 Gen. 1, 1 24 Gen. 1, 2

2 aeclesia *E* 3 quomodo] quaeramus quomodo *P²Rbd* alibi quomodo *C*
 4 praeter *in ras. m.* 2 *R* 6 omnium] omnium facta sint *PRCb* om-
 nium facta sunt *E²S* 8 ulla *om. P* 9 significet *S* caelum et
 terram *Eug* spiritalis (*m.* 2 *inter t et a s. l. u* semper fere super-
 scribit, quod semel notasse satis habeo *E* 15 terra (*m. eras.*) *E* sic-
 uti *PRSCb* *Eug* esse] uita esse *SCR¹* 16 conuersione *S*
 18 intellegi *R¹* priuationem *E¹* 19 formata *in mg. infer. addid. m.*
rec. P cum iam *seqq. usque ad uers. 1 pag. 6 a codice P* absunt
 21 perceptibiles *R¹* 28 perfecta (*p a m. 2; ante p eras. est fe*) *R*
 24 erat inquit *S*

abyssum: quibus uerbis uidetur informitatem significare substantiae corporalis. an utriusque informitas his etiam posterioribus uerbis significatur? corporalis quidem eo, quod dictum est: terra erat inuisibilis et inconposita, spiritalis autem
 5 eo, quod dictum est: et tenebrae erant super abyssum, ut translato uerbo tenebrosam abyssum intellegamus naturam uitae informem, nisi conuertatur ad creatorem: quo solo modo formari potest, ut non sit abyssus, et inluminari, ut non sit tenebrosa. et quomodo dictum est: tenebrae erant super
 10 abyssum? an quia non erat lux? quae si esset, utique superesset et tamquam superfunderet: quod tunc fit in creatura spiritali, cum conuertitur ad incommutabile atque incorporale lumen, quod deus est.

2. Et quomodo dixit deus: fiat lux? utrum temporaliter,
 15 an in uerbi aeternitate? et si temporaliter, utique mutabiliter. quomodo ergo possit intellegi hoc dicere deus nisi per creaturam? ipse quippe est incommutabilis. et si per creaturam dixit deus: fiat lux, quomodo est prima creatura lux, si erat iam creatura, per quam deus diceret: fiat lux? an non est
 20 lux prima creatura, quia iam dictum erat: in principio fecit deus caelum et terram? et poterat per caelestem creaturam uox fieri temporaliter atque mutabiliter, qua diceretur: fiat lux? quod si ita est, corporalis lux facta est ista, quam corporeis oculis cernimus, dicente deo per creaturam
 25 spiritalem, quam deus iam fecerat, cum in principio fecit caelum et terram, fiat lux eo modo, quo per talis creaturae interiorem et occultum motum diuinitus dici potuit: fiat lux.

An etiam corporaliter sonuit uox dicentis dei: fiat lux,

14 Gen. 1, 3

1 significare *E* 5 et om. *PR¹SCbd Eug* 7 solo *E¹R¹* 8 abyssos *R*
 11 superfunderetur *E²bd Eug* 12 incommutabile *R* incorporaibile (bi
exp. m. 2) E incomparabile *R¹SCb* 14 dixit] et dixit *Eug.* 16 possit *R¹*
 intelligi *S* 19 diceret (di m. 1 s. l.) *E* 20 prima creatura lux *b*
 22 adque *E¹*; m. 1 ita semper; m. 2 omnibus fere locis d in t corrigit,
 quod semel notatum sit mutabiliter *R¹* 25 fecit] fecit deus *RSd*
 26 eo *R¹*

sicut corporaliter sonuit uox dicentis dei: tu es filius meus dilectus? et hoc per creaturam corporalem, quam fecerat deus, cum in principio fecit caelum et terram, antequam fieret lux, quae in hac sonante uoce facta est? et si ita est. qua lingua sonuit ista uox dicente deo: fiat lux, quia non-
 dum erat linguarum diuersitas, quae postea facta est in aedificatione turris post diluuium? quaenam lingua erat una et sola, qua deus locutus est: fiat lux? et quis erat, quem oportebat audire atque intellegere, ad quem uox huius modi proferretur? an haec absurda carnalisque cogitatio est atque suspicio? 10

Quid ergo dicemus? an id, quod intellegitur in sono uocis, cum dicitur: fiat lux, non autem ipse corporeus sonus, hoc bene intellegitur esse uox dei? et utrum hoc ipsum ad naturam pertineat uerbi eius, de quo dicitur: in principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum? cum enim de illo dicitur: omnia per ipsum facta sunt, satis ostenditur et lux per ipsum facta, cum dixit deus: fiat lux. quod si ita est, aeternum est quod ait deus: fiat lux, quia uerbum dei, deus apud deum, filius unicus dei. patri coaeternus est, quamuis deo haec in aeterno uerbo dicente creatura temporalis facta sit. cum enim uerba sint temporis, cum dicimus „quando“ et „aliquando“, aeternum tamen est uerbo dei, quando fieri aliquid debeat, et tunc fit, quando 20

1 Matth. 3, 17 6 cf. Gen. 11, 7 14 Ioh. 1, 1 16 Ioh. 1, 3

3 fecit] fecit deus *PSCEug*, (*ds̄ er.*) *R* 5 ista uox *om. S* 7 diluuium *E*¹ erat *om. S* 8 quae (e *eras.*) *E* loquutus *P* loquutus *R*
 9 intellegere *E* uox *om. P*¹ modi *om. b* profertur *P*¹ proferetur *R*¹*S*¹
 10 carnalisquae *R*¹ cogitatio atque suspitio est *b* 11 dicimus *PR*¹*SC*
 intelligitur *post* uocis *pos. b* sono] so(*no intercidit*) *E* sona *S*¹
 12 dicitur *R*¹ cor[po]reus (po *excidit*) *E* hic *b* 13 intellegitur] accipitur *PRSCbdEug*
 esse *s. l. m. 1 R* dei] *ds̄ R* *excidit E* et *excidit E* 17 satis—facta *add. m. 2 in mg. E* lux] quod lux *C*
 facta] facta est *C* (est *eras.*) *R* facta esse (esse *corr. ex est*) *S* 18 ait] dixit *dEug* 19 aput *E*¹; *m. 2 ubique fere t in d mutat, quod hoc loco semel notetur* 20 patri (t *s. l.*) *E* quo aeternus *R* haec deo *S*
 hoc *d* 23 uerbo] in uerbo *E*²*PRSCbd* debeat aliquid *b*

feri debuisse in illo uerbo est, in quo non est quando et aliquando, quoniam totum illud uerbum aeternum est.

3. Et quid est lux ipsa, quae facta est? utrum spiritale quid an corporale? si enim spiritale, potest ipsa esse prima
 5 creatura iam hoc dicto perfecta, quae primo caelum appellata est, cum dictum est: in principio fecit deus caelum et terram, ut, quod dixit deus: fiat lux. et facta est lux, eam reuocante ad se creatore conuersio eius facta atque in-

luminata intellegatur.
 10 Et cur ita dictum est: in principio fecit deus caelum et terram, et non dictum est: in principio dixit deus: fiat caelum et terra. et facta sunt caelum et terra, sicut de luce narratur: dixit deus: fiat lux. et facta est lux? utrum prius uniuersaliter nomine caeli et terrae comprehendendum
 15 erat et commendandum, quod fecit deus, et deinde per partes exequendum, quomodo fecit, cum per singula dicitur: dixit deus, id est, quia per uerbum suum fecit, quidquid fecit?

4. An cum primum fiebat informitas materiae siue spiritalis siue corporalis, non erat dicendum: dixit deus: fiat,
 20 quia formam uerbi semper patri cohaerentis, quo sempiternae dicit deus omnia, neque sono uocis neque cogitatione temporariorum uolente, sed coaeterna sibi luce a se genitae sapientiae non imitatur imperfectio, cum dissimilis ab eo, quod summe ac primitus est, informitate quadam tendit ad nihilum,
 25 sed tunc imitatur uerbi formam semper atque incommutabiliter patri cohaerentem, cum et ipsa pro sui generis conuersione ad id, quod uere ac semper est, id est ad creatorem suae

6 Gen. 1, 1 7 Gen. 1, 3

2 illud totum *b* 3 quae] qua *E*¹ 4 esse ipsa *S* 5 que *P*¹ 8 reuocantem *E*¹ creatorem *E*¹ 12 et facta—terra *s. l. add. m. 2 E* 14 conprehendendum *E* 15 commendandum *P* 17 per *s. l. m. 1 S* quicquid *E*²*S* 18 An *excidit E* siue (sive *excid.*) *E* 20 formam (in *fn. m. 2 in ras*) *E* coherentis *ER* sempiternae *E*¹*S*¹ 21 cum uoce omnia *cap. 3 finitur b* 22 quo aeterna *R* coaeternae *S*¹ sibi *om. S* 23 imetatur *E*¹ imperfecto *b* 24 summæ (a *eras.*) *E* nihilum *E*¹ 25 forma *E*¹ 26 coherentem *ERS*

substantiae, formam capit et fit perfecta creatura? ut in eo, quod scriptura narrat: dixit deus: fiat, intellegamus dei dictum incorporeum in natura uerbi eius coaeterni, reuocantis ad se imperfectionem creaturae, ut non sit informis, sed formetur secundum singula, quae per ordinem exequitur. in qua 5 conuersione et formatione quia pro suo modo imitatur deum uerbum, hoc est dei filium semper patri cohaerentem plena similitudine et essentia pari, qua ipse et pater unum sunt, non autem imitatur hanc uerbi formam, si auersa a creatore informis et imperfecta remaneat, propterea filii commemoratio 10 non ita fit, quia uerbum, sed tantum, quia principium est, cum dicitur: in principio fecit deus caelum et terram; exordium quippe creaturae insinuatur adhuc in informitate imperfectionis . fit autem filii commemoratio, quod etiam uerbum est, in eo, quod scriptum est: dixit deus: fiat, ut per 15 id, quod principium est, insinuet exordium creaturae existentis ab illo adhuc imperfectae, per id autem, quod uerbum est, insinuet perfectionem creaturae reuocatae ad eum, ut formaretur inhaerendo creatori et pro suo genere imitando formam sempiternae atque incommutabiliter inhaerentem patri, a quo 20 statim hoc est, quod ille.

5. Non enim habet informem uitam uerbum filius, cui non solum hoc est esse quod uiuere, sed etiam hoc est ei uiuere, quod est sapienter ac beate uiuere. creatura uero quamquam spiritalis et intellectualis uel rationalis, quae uidetur esse 25 illi uerbo propinquior, potest habere informem uitam, quia non, sicut hoc est ei esse quod uiuere, ita hoc uiuere quod

8 cf. Ioh. 10, 30

3 naturam PR² eius om. E¹ quo aeterni R reuocatis R
 5 exsequitur E¹ 6 quia] qua Eug pro] per P¹ 7 coheren-
 tem E quoherentem R coerente P¹ 8 pa-ri (t eras.) PR 10 filii E¹
 filii (i fin. m. 1 superscr.) P 11 tantum] etiam b 14 filii E¹ 15 in
 eo] eo PRSCd et b 16 existentis PR 18 formaretur R¹ 19 inhe-
 rendo EP 20 sempiternae E sempiternae RS inherentem EP
 patri (t s. l. m. 2) E 21 statim] tantum E¹ statu Eug 23 est pr. om. R¹
 ei uiuere] uiuere d Eug 24 ac] et b beatæ ER 26 illo S 27 sicut non b

sapienter ac beate uiuere. auersa enim a sapientia incommutabili stulte ac misere uiuit, quae informitas est. formatur autem conuersa ad incommutabile lumen sapientiae, uerbum dei; a quo enim extitit, ut sit utcumque ac uiuat, ad illum
 5 conuertitur, ut sapienter ac beate uiuat. principium quippe creaturae intellectualis est aeterna sapientia: quod principium manens in se incommutabiliter nullo modo cessaret occulta inspiratione uocationis loqui ei creaturae, cui principium est, ut conuerteretur ad id, ex quo esset, quod aliter formata ac
 10 perfecta esse non posset. ideoque interrogatus, quis esset, respondit: principium, quia et loquor uobis.

Quod autem filius loquitur, pater loquitur, quia patre loquente dicitur uerbum, quod filius est, aeterno more, si more dicendum est, loquente deo uerbum coaeternum. inest enim
 15 deo benignitas summa et sancta et iusta et quidam non ex indigentia, sed ex beneficentia ueniens amor in opera sua. propterea priusquam scriberetur: dixit deus: fiat lux, praecessit scriptura dicens: et spiritus dei superferebatur super aquam, quia, siue aquae nomine appellare uoluit totam
 20 corporalem materiam, ut eo modo insinuaret, unde facta et formata sunt omnia, quae in suis generibus iam dinoscere possumus, appellans aquam, quia ex humida natura uidemus omnia in terra per species uarias formari atque concrecere, siue spiritalem uitam quandam ante formam conuersionis quasi

11 Ioh. 8, 25 17 Gen. 1, 3. 2

1 sapienter] sapienter uiuere *b* beatae *ER* 2 stultae *R* informitas] informitas eius *E²PRsbd* 4 existit *b* ac *om. b* 5 beatae *R* beatæ *E* 6 creature *P* 7 incommotabiliter *P¹* cessaret] cessat *E²d* cessabit *b* 9 conuertatur *d* est *E²d* 10 possit *Eug d* interrogatus] interrogatus *dns b* 11 qui* (a *eras.*) *E* qui *b* 12 quia *P¹* qui apatre (*sic con.*) *SC* 14 quodaeternum *R¹* quae a uoce „inest“ sequuntur usque ad finem cap. 7 in librum „De octo Dulcitii quaestionibus“ translata sunt 8, 2. 3; uariantes lectiones sig. Dul. instr. afferam sec. edit. Mignianam 15 quidem *R²bd* 16 beneficentia *EbdDul*; sed cf. p. 11, 6 18 dei *del. m. 2 R* *****ferebatur (super *eras.*) *P* 19 aquas *E²R²SC* 20 materiam *R¹* ut] aut *E¹* 21 sunt *E¹*: sint *PRsbdEugDul* denoscere *P¹* dignoscere *d* 22 umida *R*

fluitantem, superferebatur utique spiritus dei, quia sub-
 iacebat scilicet bonae uoluntati creatoris quidquid illud erat
 quod formandum perficiendumque inchoauerat, ut dicente deo
 in uerbo suo: fiat lux, in bona uoluntate, hoc est bono placito
 eius pro modo sui generis maneret, quod factum est. et ideo 5
 rectum est, quod placuerit deo, scriptura dicente: et facta
 6 est lux. et uidit deus lucem quia bona est, ut, quemad-
 modum in ipso exordio inchoatae creaturae, quae caeli et
 terrae nomine propter id, quod de illa perficiendum erat, com-
 memorata est, trinitas insinuat creatoris — nam dicente 10
 scriptura: in principio fecit deus caelum et terram
 intellegimus patrem in dei nomine et filium in principii no-
 mine, qui non patri, sed per se ipsum creatae primitus ac
 potissimum spiritali creaturae et consequenter etiam uniuersae
 creaturae principium est. dicente autem scriptura: et spiri- 15
 tus dei superferebatur super aquam, completam comme-
 morationem trinitatis agnoscimus —, ita et in conuersione
 atque perfectione creaturae, ut rerum species digerantur, eadem
 trinitas insinuetur, uerbum dei scilicet et uerbi generator, cum
 dicitur: dixit deus, et sancta bonitas, in qua deo placet 20
 quidquid ei pro suae naturae modulo perfectum placet, cum
 dicitur: uidit deus quia bonum est.

7. Sed cur commemorata prius quamuis imperfecta creatura
 postea commemoratur spiritus dei prius dicente scriptura:
 terra autem erat inuisibilis et inconposita, et tene- 25
 brae erant super abyssum, ac deinde inferente: et spiri-

6 Gen. 1, 3. 4 22 Gen. 1, 31 25 Gen. 1, 2

2 bone *R* uoluntati *E* quicquid *E*²*SR*² 3 inchoauerat *E*¹
 4 bono placito] in beneplacito *bdEugDul* in bono placito *PR*¹ 5 mo-
 dulo *bd* 6 rectum] dictum *Eug* lectum *b* 7 quemadmodum *P*¹*R*
 8 inchoatae *P* 9 propter] pro *E*¹ 13 patris *b* se ipsum (*in mg.*
add. m. 2 at p ipsu) *E* 14 creatorae *P* et—creaturae *om. S*¹ 15 et
om. Dul 16 superferebatur *P* ferebatur *SRd* aquas *b* 17 agnoscitur *S*¹
 19 insinuetur *dDul*: insinuat *EPRSbEug* generatio *Eug* (*Knöll*
p. 145, 26) 20 dixit—dicitur *in mg. inf. add. m. 1 S* 21 quicquid *E*²*RS*
 placet perfectum *b* 22 quia] quod *b* 24 commemoratur *P*

tus dei superferebatur super aquam? an, quia egenus atque indigus amor ita diligit, ut rebus, quas diligit, subiciatur, propterea, cum commemoraretur spiritus dei, in quo sancta eius beniuolentia dilectioque intellegitur, superferri dictus est, ne facienda opera sua per indigentiae necessitatem potius quam per abundantiam beneficentiae deus amare putaretur? cuius rei memor apostolus dicturus de caritate supereminentem uiam demonstraturum se ait et alio loco, supereminentem, inquit, scientiae caritatem Christi. cum ergo sic oporteret insinuari spiritum dei, ut superferri diceretur, commodius factum est, ut prius insinuaretur aliquid inchoatum, cui superferri diceretur, non enim loco, sed omnia superante ac praecellente potentia.

8. Ita etiam rebus ex illa inchoatione perfectis atque formatis uidit deus, quia bonum est; placuit enim quod factum est in ea benignitate, qua placuit, ut fieret. duo quippe sunt, propter quae amat deus creaturam suam, ut sit et ut maneat. ut esset ergo, quod maneret, spiritus dei superferebatur super aquam; ut autem maneret, uidit deus, quia bonum est. et quod de luce dictum est, hoc de omnibus. manent enim quaedam supergressa omnem temporalem uolubilitatem in amplissima sanctitate sub deo, quaedam uero secundum sui temporis modos, dum per decessionem successionemque rerum saeculorum pulchritudo contextitur.

9. Quod ergo dixit deus: fiat lux. et facta est lux, in

7 I Cor. 12, 31 8 Ephes. 3, 19

1 quia] quoniam *PR*¹*SbdDul* 2 indigus *S*¹ indiguus *E*²*PR*¹ indigēs *b*
 3 commemoraretur *E*¹*R*¹ 4 eius sancta *b* ueniulentia *E*¹ beneuolentia *PRd* 5 faciendo *b* 6 potius *R* habundantiam *R* beneficentiae *PbdDul* 7 super—loco *in mg. super. add. m. 1 S* 8 in loco *bd* 9 inquit *R* 10 insinuare *Eug* (ed. Knöll 146, 16) *SRb*
 12 enim] autem *b Dul* 16 ut fieret *s. l. m. 1 S* 18 ergo esset *b*
 20 bona *E*²*Rb* hoc de] hoc et de *Eug* (*K. 146, 26*) *b* 21 supergressa* (*m er.*) *E* uolubilitatem temporalem *b* 23 uero] uero mutantur *S* 24 successionem quae *R* rerum] rerum temporalium *Eug* (ed. Knöll 147, 3) 25 lux *fin. om. E*

aliquo die dixit an ante omnem diem? si enim uerbo sibi
 coaeterno dixit, hoc utique intemporaliter dixit; si uero tem-
 poraliter dixit, non uerbo sibi coaeterno, sed per aliquam
 creaturam dixit temporalem. ac per hoc non erit prima crea-
 tura lux, quia iam erat, per quam temporaliter diceretur: 5
 fiat lux. atque illud ante omnem diem fecisse intellegitur,
 quod dictum est: in principio fecit deus caelum et
 terram, ut caeli nomine intellegatur spiritalis iam facta et
 formata creatura, tamquam caelum caeli huius, quod in cor-
 poribus summum est. secundo enim die factum est firmamen- 10
 tum, quod rursus caelum appellauit. terrae autem nomine in-
 uisibilis et inconpositae ac tenebrosa abyssio imperfectio cor-
 poralis substantiae significata est, unde temporalia illa fierent,
 quorum prima esset lux. •

Quomodo autem per creaturam, quam fecit ante tempora, 15
 dici potuit temporaliter: fiat lux, inuenire difficile est. sono
 uocis enim non intellegimus dictum; nam quidquid est tale,
 corporeum est. an ex illa imperfectione substantiae corporalis
 fecit aliquam uocem corpoream, per quam sonaret: fiat lux?
 ergo aliquod uocale corpus ante lucem creatum atque formatum 20
 est. sed si ita est, iam erat tempus, per quod uox curreret sono-
 rumque spatia sibi succedentium praeterirent. quodsi iam erat
 tempus, antequam fieret lux, in quo tempore uox fieret, qua
 sonaret „fiat lux“, ad quem diem pertinebat illud tempus?
 unus enim dies idemque primus ille numerari incipit, quo 25
 facta est lux. an ad ipsum diem pertinet totum spatium tem-

1 diem *om. S* enim] ergo (*s. l. add. m. 2 at eni*) *E* 2 coaeterno]
 quo aeterno *R* uero (*ro s. l. m. 1*) *E* 3 quo aeterno *R* 4 dixit
 creaturam *PSbd* post temporalem *spat. uac. ras. neque quidquam*
desideratur S 5 erat] erat creatura *b* diceretur *s. l. m. 1 S* 10 se-
 cundo (*o m. 2 in ras.*) *R* 11 rursum *R*¹ appellauit *R* 12 incom-
 positae *E* tenebrosae abyssi *b* imperfectio *P*¹ 17 enim uocis *Rbd*
 quicquid *E²RS* tale est *bd* 21 sonorumquae *P* sonorum quae *RS*
 sonorum qui *b* 22 sibi spatio (*o m. 1 supra a*) *S* succedentia *bd*
 praeterirent (*n exp. m. 1*) *S* 23 antequam *s. l. m. 1 S* fieret uox *bd*
 qua] quae *d* 24 resonaret *d* tempus illud *S* 26 facta (*a fin. ex*
u) *S* lux in *mg. add. m. 1 S*

poris, et quo factum est uocale corpus, per quod sonaret „fiat lux“, et quo facta est ipsa lux? sed omnis talis uox propter audientis corporalem sensum a loquente profertur; ita enim factus est, ut percusso aere sentiat. numquid itaque
 5 talem habebat auditum illud quidquid erat inuisibile et inconpositum, cui sic deus personaret ac diceret: fiat lux? abscedat itaque haec ab animo cogitantis absurditas.

Utrum ergo spiritalis motus, sed tamen temporalis erat, quo dictum intellegimus „fiat lux“, expressus ab aeterno deo
 10 per uerbum coaeternum in creatura spiritali, quam iam fecerat, cum dictum est: in principio fecit deus caelum et terram, id est, in illo caelo caeli? an et ista locutio non tantum sine aliquo sono, sed etiam sine ullo temporali motu spiritalis creaturae in eius mente atque ratione fixa quodammodo a uerbo patri coaeterno et quodammodo inpressa intellegitur, secundum quam moueretur et ad speciem conuerteretur inferior illa tenebrosa imperfectio naturae corporeae et fieret lux? sed multum est ac difficillimum capere, quomodo dicatur deo non temporaliter iubente neque id temporaliter
 20 audiente creatura, quae contemplatione ueritatis omnia tempora excedit, sed intellectualiter sibimet inpressas ab incommutabili dei sapientia rationes, tamquam intellegibiles locutiones, in ea, quae infra sunt, transmittente fieri temporales motus in rebus temporalibus uel formandis uel administrandis.
 25 si autem lux, quae primum dicta est, ut fiat, et facta est, etiam primatum creaturae tenere intellegenda est, ipsa est intellectualis uita, quae nisi ad creatorem inluminanda conuerteretur, fluitaret informiter. cum conuersa autem et inluminata est, factum est, quod in uerbo dei dictum est: fiat lux.

1 quo] quod PRb 2 et] ex E quo] quod PRb 3 audientes PR^{1b}
 a] a. (d. er.) E 4 factum P sentiatur CSb 5 quicquid E³SR
 9 intellegimis R¹ 12 loquutio R 14 quodammodo R 15 patri] pari E¹ inpraesa P inpressa R subintellegitur S 18 difficillimum (pr. l. s. l. m. 1) S 20 creatura P 21 inpraessas P inpressa R¹S
 ab] sub SRb 22 loquutiones PR 23 quae] q; R fieret S temporalis S 26 primatum] prima R¹ 28 autem conuersa PRSbd

10. Uerum tamen quemadmodum sine tempore dictum est, quia in uerbum coaeternum patri non cadit tempus, utrum ita etiam sine tempore factum sit, quisquam forsitan quaerat. sed quomodo potest hoc intellegi, cum facta luce et diuisa a tenebris et inditis diei noctisque uocabulis dicat scriptura: et facta 5 est uespera, et factum est mane dies unus? unde uidentur illud opus dei factum per spatium diei, quo peracto ad uesperam uentum est, quod est noctis initium. itemque peracto nocturno spatio completus est totus dies, ut mane fieret in alterum diem, in quo die deus aliud consequenter operaretur. 10

Immo uero id ipsum permirabile est, cum deus nullo spatio syllabarum aeterna uerbi sui ratione dixerit: fiat lux, cur tanta mora facta sit lux, donec diei spatium praeteriret et uespera fieret. an forte cito quidem lux facta est, sed mora diurni temporis in eo consumi potuit, cum discerneretur a 15 tenebris, atque utrumque discretum suis uocabulis signaretur? mirum, si et hoc uel tanta mora fieri potuit a deo, quanta dicitur a nobis. discretio quippe lucis et tenebrarum in ipso utique opere, cum lux fieret, consecuta est; non enim lux esse potuit, nisi discerneretur a tenebris. 20

Quod autem uocauit deus lucem diem et tenebras noctem, quanta mora fieri poterat, etiam si hoc syllabatim per sonum uocis egisset, nisi quanta et a nobis dicitur „lux uocetur dies et tenebrae uocentur nox?“ nisi forte quis ita desipiat, ut, quia super omnia magnus est deus, putet ore dei 25 prolatas quamuis paucissimas syllabas per totum diei spatium potuisse distendi. huc accedit, quia uerbo sibi coaeterno, id est incommutabilis sapientiae internis aeternisque rationibus,

5 Gen. 1, 5 21 Gen. 1, 5

1 quemadmodum *P¹R* 2 patri coaeternum *PR**S**b**d*** 3 forsitan *R¹*
 5 indicis *b* et *om. PR**S**b**d*** 8 uesperum *R* initium noctis *b*
 12 quur *P* 15 diurni] diurni *R* diurni *E¹P* 16 suisque *S*
 19 consecrata (*s. l. m. 2 al* csecuta) *E* 22 syllaba in per sonum (in *exp.*
m. 1) *S* 25 desipiat (*prius i s. l. m. 1*) *S* 27 accedit *P¹S¹* uerbo
s. l. m. 1 S quo aeterno *R* 28 incommutabilis *E¹* internis] aeternis *E¹*

non corporali uocis sono uocauit deus lucem diem et tenebras noctem. rursum enim quaeritur, si uerbis, quibus utimur, uocauit, qua lingua uocauerit, et quid opus erat sonis transeuntibus, ubi cuiusquam non erat corporalis ullus auditus.
5 et non inuenitur.

An dicendum est, quod, cum cito peractum esset hoc opus dei, tamdiu stetit lux non succedente nocte, donec diurnum spatium perageretur, et tamdiu mansit nox luci succedens, donec spatium nocturni temporis praeteriret, et mane fieret
10 diei sequentis uno primoque transacto? sed, si hoc dixero, uereor, ne deridear et ab his, qui certissime cognouerunt, et ab his, qui possunt facillime aduertere, quod eo tempore, quo nox apud nos est, eas partes mundi praesentia lucis inlustret, per quas sol ab occasu in ortum redit, ac per hoc omnibus
15 uiginti quattuor horis non deesse per circuitum gyri totius alibi diem, alibi noctem. numquidnam ergo in parte aliqua posituri sumus deum, ubi ei uespera fieret, cum ab ea parte in aliam partem lux abscederet? nam et in libro, qui appellatur Ecclesiastes, ita scriptum est: et oritur sol, et occi-
20 dit sol, et in locum suum ducit, hoc est, in eum locum, unde ortus est. sequitur enim et dicit: ipse oriens illuc uadit ad austrum et circuit ad aquilonem. australis ergo pars cum habet solem, nobis dies est, cum autem ad partem aquilonis circumiens peruenit, nobis nox est; non tamen

19 Eccle. 1, 5 21 Eccle. 1, 6

1 sono uocis *bd* 2 rursus *R* 4 auditur (s. l. m. 1; m. 2 ex r s fecit) *E* 6 dei opus *S* 7 diurnum *E²PR**S**b^d*: diurnum *E¹* 10 primoque *R* transacto] die transacto *b* 11 iis *d* 12 quo] quod *P*
13 est**** (dies er.) *E* 14 quas (s. m. 1 s. l.) *P* 15 oris *E¹S* giri *S*
16 et alibi noctem (et s. l. m. 2) *R* numquidnam *E¹* aliqua parte *S*
19 aecclesiastes *E* occidet *E¹S* 20 sol *om. b* ducitur *E²S**b**d*; cf. *Hieronymi Comment. in Ecclesiasten Migne tom. XXIII (II) p. 1067*
21 dicit ipse. Oriens *S**b*** illud *d* 22 ad ante aquilonem *om. E*
23 ad *om. ES* 24 aquilonis partem *P**d*** circuire (e er; s. l. add. m. 2 ad circuiens peruchitur) *E* circuiens *S* peruehitur *E¹S* perhibetur *E²* peruenit *R¹*

in alia parte non est dies, ubi praesentia solis est: nisi forte poeticis figmentis cor inclinandum est, ut credamus solem mari se immergere atque inde lotum ex alia parte mane surgere. quamquam, si ita esset, abyssus ipsa praesentia solis inlustraretur, atque ibi esset dies. posset enim et aquas inlu-
minare, quando ab eis non posset extingui. sed hoc monstru-
sum est suspicari. quid? quod etiam sol nondum erat.

Quapropter, si spiritalis lux primo die facta est, numquidnam occidit, ut ei succederet nox? si autem corporalis, quae-
nam illa lux est, quam post occasum solis uidere non possu-
mus, quia nec luna erat adhuc nec aliquae stellae? aut si
semper in ea parte caeli est, in qua sol, ut non sit solis lux,
sed quasi comes eius eidem ita coniuncta, ut discerni dino-
scique non possit, ad eandem reditur difficultatem soluendae
huius quaestionis, quia et ista lux eodem modo quo sol tam-
quam comes eius ab occasu in ortum circumiens redit et est
in alia parte mundi, quo tempore pars ista, in qua sumus.
tenebrescit in noctem. ex quo cogit, quod absit, in una parte
credere deum fuisse, quam partem lux ista desereret, ut posset
ei uespera fieri. an forte in ea parte lucem ferat, in qua fac-
turus erat hominem, et ideo, cum ab ipsa parte lux disces-
sisset, uespera facta dicitur, etiam cum in alia parte lux illa
esset, quae inde discesserat, mane exortura peracto circuitu?

11. Ut quid ergo factus est sol in potestatem diei, qui lu-
ceret super terram, si lux illa diei faciendo suffecerat, quae

24 cf. Ps. 135, 8

1 aliam partem *E*¹ 5 possit *S* et *s. l. m.* 1 *P* 6 possit *S*. mon-
struosum] monstruosum (*pr. u. s. l. m.* 1) *P*, *SRbd* 7 quid? quod] *cum b*
quid quod etiam *perd. lineol. m.* 2 *del. R* 8 die *s. l. m.* 1 *P* num-
quinnam *E*¹ 9 ei *er. S* quaeenam (nam *s. l. m.* 2) *E* 11 alique *R*
13 eidem (*e. in. s. l. m.* 1) *P* 14 ad] et ad (*et add. m.* 2) *E* 16 cir-
cuiens *E* circumiens *S*¹ 18 tenebraescit *P* quod] quod (*pr. quod*
in fine uers. exp. m. 1) *P* 19 credere *om. E*¹ possit *Sb* posse *P*¹ *R*
20 eam partem *E*¹ in qua] in qua (*pr. in qua in fine uers. exp. m.*
1) *S* 21 lux illa] (illa *exp. m.* 1) *S* decessisset *SR*² *b* 22 et ue-
spera *PR* aliam partem *E*¹ 23 exortura *b* circuitu *b* 25 die *b*
suffecerat *S*¹ *R*

dies etiam uocata erat? an illa prior regiones superiores a terra longinquas inlustrabat, ut sentiri non posset in terris, atque ita oportebat solem fieri, per quem dies inferioribus mundi partibus adpareret? potest et hoc dici auctum esse fulgorem diei sole addito, ut per illam lucem minus fulgens dies, quam nunc est, fuisse credatur. etiam hoc a quodam dictum scio primum naturam lucis inductam in opere creatoris, cum dictum est: fiat lux. et facta est lux, postea uero — quod de luminaribus dicitur — quid ex ipsa luce factum sit fuisse commemoratum ordine dierum, quo uisum est creatori cuncta esse facienda: quae natura lucis quo transierit facta uespera, ut uicissim nox perageretur, nec ille dixit nec facile inueniri posse arbitror. neque enim extinctam esse credendum est, ut nocturnae tenebrae succederent, et rursus accensam, ut mane fieret, antequam hoc solis officio gereretur, quod a quarto die coepisse fieri eadem scriptura testatur.

12. Quod antequam fieret, quo circuitu sibi potuerint tres dies noctesque succedere lucis, quae primo facta est, permanente natura, si lux corporalis tunc facta intellegenda est, et inuenire et explicare difficile est. nisi forte molem terrenam et aquosam, antequam esset ab alterutro utrumque discretum, quod tertio die factum scribitur, tenebras deum appellasse quis dixerit propter crassiorem corpulentiam, quam lux penetrare non poterat, uel propter obscurissimam umbram tantae molis, quam necesse est, ut ex altera parte habeat corpus, si ex alia parte lux fuerit. ad quem locum enim cuiuslibet corporis moles lucem peruenire non sinit, in eo loco umbra

8 Gen. 1, 3

1 erat] est *R¹Pbd* illa* (e *eras.*) *E* 2 longinquas (*alt. n s. l. m.*
 1) *E* sentire *PR* possit *S* 3 adque *E¹* 5 addito] edito *S*
 9 quod] cum *PR¹bd* ex]& *R* 10 commemoratur *S* ordinē *P*
 ordinem *R* 12 ille (e *s. l. m.* 2) *R* 13 inuenire *S* 14 nocturnae]
 nocturna& *S* 15 antequam (qu *m.* 2 in *ras.*) *E* 16 cepisse *S¹*
 scribura *EP* 17 quo] quod *S* circuitu *b* 18 q; *R¹* 21 antequam
 in *mg. m.* 1 *R* alterotro *S¹* 23 dixerat *E¹* propter** (ea *eras.*) *E*
 26 alia] aliqua *Rd* fierit *P¹* fieret *R^b* 27 molis *PR* sinit] *it
 (s *eras. et in mg. sin add.*) *P*

est, quoniam locus carens ea luce, qua inlustraretur, nisi impediret corpus obpositum, hoc totum est, quod umbra dicitur. quae si pro mole corporis tam magna fuerit, ut occupet spatium terrae, quantum ex altera parte dies occupat, nox uocatur; neque enim omnes tenebrae nox. nam et in speluncis amplis, in quarum abdita lux inrumpere per obpositam molem non sinitur, sunt utique tenebrae, quia lux non est ibi, totumque illud spatium locus est carens luce; nec tamen tales tenebrae acceperunt uocabulum noctis, sed illae, quae in eam terrae partem succedunt, unde remouetur dies. sicut non omnis lux dies appellatur — nam et lunae lux est et siderum et lucernarum et coruscationum et quarumque rerum ita fulgentium — sed illa lux appellatur dies, cui nox praecedenti recedentique succedit.

Sed si primaria lux illa undique terrae molem circumfusa contexerat, siue staret siue circumiret, non erat, ex qua parte admitteret noctem sibi succedere, quia nusquam ipsa discedebat, ut ei faceret locum. an ex una parte facta est, ut ipsa circumiens etiam noctem ex alia parte consequenter circumire permitteret? cum enim totam terram adhuc aqua tegeret, nihil impediebat, ut aquosa et globosa moles ex una parte faceret diem lucis praesentia, ex alia noctem lucis absentia quae in eam partem succederet a tempore uespertino, ex qua lux in aliam declinaret.

Quo ergo congregatae sunt aquae, si totam terram prius occupauerant? illae scilicet, quae detractae sunt, ut terra nu-

1 carens omnis lux dies appellatur ea luce *sqq.* *P* post carens *septem uocab. eras.* *R* ea luce (utrimque *m* *er.*) *E* impedierit *S* 2 oppositum *E* 6 inrumpere *E¹S¹* 8 spatium illud *PRbd* luce (m *eras.*) *E* 10 partem terrae *PRbd* 12 quarumcumque *Sb* 13 nox] nos *d* praecedentique *b* recedentique *om. b* 15 primaria (im *s. l. m.* 1) *R* 16 contexerat (a *corr. m.* 2) *R* circumiret *ES* 17 ammitteret *R* succederet *R¹* numquam *E¹* 18 factura *S* est] erat *R²Sd*, (*s. l. m.* 2) *E* ut] et *E¹* ipsa *b* 19 circumiens *S¹* circuiens *P¹* circuire *S* 20 permittere & *R* 21 molis *PR¹* 23 qua] quo *S* 26 Ille *R*

daretur, in quam partem congregatae sunt? si enim erat aliquid nudum terrae, quo congregarentur, iam adparebat arida nec totum abyssus occupabat; si autem totum texerant, quis erat locus, quo colligerentur, ut terrae ariditas adpareret? 5 numquidnam in altum congregatae sunt, sicut fit, cum ad uentilandum in area messis trita subrigitur et congesta in aggerem nudat locum, quem diffusa contexerat? quis hoc dixerit, cum uideat usquequaque campos maris aequaliter fusos, quia etiam, cum aquae fluctuantis quidam uelut montes eriguntur, sedatis rursus tempestatibus conplanantur? et si qua 10 litora nudantur latius, non potest dici nulla esse alia terrarum spatia, quo accedat id, quod aliunde decedit, unde in eum locum, ex quo recesserat, iterum accedat. cum autem tota omnino terra undosa natura cooperiretur, quo cederet, ut nudaret 15 aliquas partes? an forte rarior aqua uelut nebula terras tegebat, quae congregatione spissata est, ut ex multis eas partibus, in quibus arida posset adparere, nudaret? quamquam et terra longe lateque subsidens potuit alias partes praebere concauas, quibus confluentes et conruentes aquae reciperentur, et 20 adpareret arida ex his partibus, unde umor abscederet.

Non est autem informis omni modo materies, ubi etiam nebulosa species adparuerit.

13. Et ideo quaeri adhuc potest, quando deus istas conspicuas aquarum terrarumque species qualitatesque creauerit; 25 in nullo enim sex dierum hoc inuenitur. itaque si hoc ante

2 terrae nudum *Sb* 4 terrae *om. b* appareret *E* 5 altum con] hic finit. p. 14^b *S*; extremo *mg. infer. legitur*: hic est defectus; desiderantur: gregatae—diuisit (21, 18), quo uocab. p. 17 incipit 6 surrigitur *R^{2b}* subregitur *P¹* congesta (*in mg. congregata*) *b* congestam *ER* 8 aequabiliter *PRd* 9 quia] qui *bd* fluctuantes (e *ex i*) *P, RCb* 11 nudantur, latius (*sic. distinc.*) *b* 12 eum] alium *E¹*; s. l. m. 2 at eū 13 totam *bd* 14 terram *bd* quooperiretur *R* cooperientur (n. m. 1 *exp.*) *C* cooperiret *bd* 15 tegebat] gelabat *E¹* 16 congregationi *R¹* congreptione *P¹* spissata // est (spissata *in ras. m. 2*) *R* 18 concabas *E¹* 19 corruentes *PR**S**bd* 20 apparet *d* umor *E¹* abscederet *b* 21 autem] enim *C* 22 apparet *d* 25 nullo (n. s. l. m. 1) *P* ullo *R¹*

omnem diem fecit, sicut ante istorum dierum primorum commemorationem scriptum est: in principio fecit deus caelum et terram, ut in terrae uocabulo intellegamus iam formatam terrenam speciem superfusis aquis ista iam uisibili specie sui generis declaratis, ut in eo, quod sequitur scriptura 5
 dicens: terra autem erat inuisibilis et inconposita, et tenebrae erant super abyssum; et spiritus dei superferebatur super aquam, nullam opinemur informitatem materiae, sed terram et aquam sine luce, quae nondum erat facta, suis iam notissimis qualitatibus conditas, ut ideo terra inuisibilis dicta intellegatur, quod aquis cooperta non posset uideri, etiamsi esset, qui posset uidere, ideo uero inconposita. quia nondum a mari distincta et cincta litoribus et suis fetibus animalibusque decorata: si ergo ita est, cur istae species, quae procul dubio corporales sunt, ante omnem diem factae 15
 sunt? cur non scriptum est: dixit deus: fiat terra. et facta est terra, item: dixit deus: fiat aqua. et facta est aqua. uel utrumque communiter, si una quasi lege loci infimi continentur. dixit deus: fiat terra. et sic est factum?

14. Cur non dictum est, cum hoc factum esset, „uidit deus, 20
 quia bonum est“?

Haec enim consideratio suasit, quoniam manifestum est omne mutabile ex aliqua informitate formari simulque illud et catholica fides praescribit et certissima ratio docet nullarum naturarum materiam esse potuisse nisi ab omnium 25
 rerum non solum formarum, sed etiam formabilium inchoatore deo atque creatore, de qua etiam dicit ei quaedam scrip-

2 Gen. 1, 1 6 Gen. 1, 2

1 sicut *s. l. m.* 1 *C* primorum dierum *PRSbd* 4 uisibilis specie *R*
 8 aquas *PRCbd* 9 factam *E* 11 quod *om.* *PR*¹ aquis (*a s. l.*
m. 1) *P* possit *PRC* 13 a litoribus *P* fetibus *E* factibus *PR*
 14 decorata (*de s. l. m.* 1) *E* cur] cum *E* iste *RC* 19 factum
 est *bd* 20 esset factum *C* 22 suasit. Quoniam (*sic*) *b* 23 ex] et
 ex *P* aliqua *R*¹ 24 conscribit *F* ratio] narratio *R*
 26 formarum non solum *E*¹ inchoatore *R*¹ 27 quo *E* quaedam
 (*d add. m.* 2) *R*

tura: qui fecisti mundum ex materia informi, hanc materiam illis uerbis, quibus pro spiritali prudentia tardioribus etiam lectoribus uel auditoribus congrueretur, fuisse commemoratam, quibus ante dierum enumerationem dictum est: in principio
 5 fecit deus caelum et terram et cetera, donec diceretur: et dixit deus, ut deinceps formatarum rerum ordo consequeretur.

15. Non quia informis materia formatis rebus tempore prior est, cum sit utrumque simul concreatum, et unde factum est, et quod factum est — sicut enim uox materia uerborum est, uerba uero formatam uocem indicant, non autem
 10 qui loquitur prius emittit informem uocem, quam possit postea conligere atque in uerba formare: ita et deus creator non priore tempore fecit informem materiam et eam postea per ordinem quarumque naturarum quasi secunda consideratione
 15 formauit; formatam quippe creauit materiam — sed quia illud, unde fit aliquid, etsi non tempore, tamen quadam origine prius est, quam illud, quod inde fit, potuit diuidere scriptura loquendi temporibus, quod deus faciendi temporibus non diuisit. si enim quaeratur, utrum uocem de uerbis an de uoce
 20 uerba faciamus, non facile quisquam ita tardo ingenio reperitur, qui non potius uerba fieri de uoce respondeat: ita quamuis utrumque simul qui loquitur faciat, quid unde faciat, naturali adtentioni satis adparet. quamobrem, cum simul utrumque deus fecerit, et materiam, quam formauit, et res, in quas eam
 25 formauit, et utrumque ab scriptura dici oportuerit, nec simul

1 Sap. 11, 18.

3 congrueret *bd* commemoratum *E¹P¹R¹C* 4 cōmemorationem *C¹*
 5 etc. *bd* 6 sequeretur *C¹* 7 Non (*incip. cap. XVII*) *E* 8 concreatum *R¹* 9 prius est *om.* *E¹* est uerborum *bd* 10 uero *s. l. m.*
1 C 12 et *om.* *PRCbd* creator deus *PRbd* 14 quarumque (que
s. l. m. 1) *R* 17 diuidere (iui *in fine uers. praesec. est*) *P* 18 quod
 (uod *et pars. litt. q des. est*) *P* 19 si enim (i enim *desect.*) *P* uerbis
 an de (*s an de des.*) *P* an uerba *uoce* (de *er. et m; m. 2 signa*
transposit. add. et sup. uoce scr. de) *E* 20 quisquam *desect. P*
 repperitur *EPRS* 22 quid *E¹* 23 attentioni *S* attentione *PRbd*
 utrumque] que *P* utrum *R¹* 24 et—formauit *om.* *F¹* 25 ab] a *S*
om. *PR¹b* scriptura *EP*

utrumque dici potuerit, prius illud, unde aliquid factum est, quam illud, quod inde factum est, dici debuisse quis dubitet? quia etiam cum dicimus materiam et formam, utrumque simul esse intellegimus nec utrumque simul possumus enuntiare. sicut autem in breuitate temporis contingit, cum duo ista 5 uerba proferimus, ut alterum ante alterum proferamus, ita in prolixitate narrationis alterum prius quam alterum narrandum fuit, quamuis utrumque, ut dictum est, simul fecerit deus, ut, quod sola origine prius est in faciendo, etiam tempore prius sit in narrando, quia duae res, quarum etiam altera nullo 10 modo prior est, nominari simul non possunt, quanto minus simul narrari! non itaque dubitandum est ita esse utcumque istam informem materiam prope nihil, ut non sit facta nisi a deo et rebus, quae de illa formatae sunt, simul concreata sit.

Sed si credibiliter dicitur eam significari illis uerbis: terra 15 autem erat inuisibilis et inconposita, et tenebrae erant super abyssum; et spiritus dei superferebatur super aquam, ut excepto, quod ibi positum est de spiritu dei, cetera rerum quidem uisibilium uocabula, sed ad illam informitatem, ut tardioribus poterat, insinuandam dicta intellegamus, quia duo haec elementa, id est terra et aqua, ad aliquid faciendum operantium manibus tractabiliora sunt ceteris, et ideo congruentius istis nominibus illa insinuabatur informitas: si ergo hoc probabiliter dicitur, non erat aliqua formata 16

15 Gen. 1, 2.

1 " unde illud *E* 2 debuisse (deb a m. 2 in ras.) *R* 3 materia *E*¹ forma *E*¹ 5 contigit *E*¹*P* 7 prolixitate (p litt. dimid. pars. desec- est) *P* alterum altero prius narrandum *b* 8 utrumque (ut desec- est) *P* deus (u deest) *P* 9 prius est om. *S* faciendo etiam (do eti des. sunt.) *P* 10 narrandum *P*¹ quia du desecta sunt *P* altera *P* 11 minus] magis (al minus s. l. m. 2) *E* 12 utcumque] ut cum *b* 14 formate *S* factae *PR*¹*Cbd* concreata *R*¹ 18 aquas *S* 19 cetera *E*¹ quidem rerum *b* ad s. l. m. 1 *P* 20 insinuanda *E*¹ 21 haec quia (e s. l. m. 1) *P* haec duo *Sbd* haec om. *R* 24 cum uoce si incipit cap. XVI in *bd* hoc ergo *PR*¹*Sbd* proba- liter *P*

moles, quam lux ex una parte inlustrans ex altera faceret tenebras, unde nox posset die discedente succedere.

Emissionem uero contractionemque lucis illius si uelimus diem noctemque intellegere, nec causam uidemus, cur ita fieret — non enim iam erant animalia, quibus haec uicissitudo salubriter exhiberetur et quibus postmodum exortis per circuitum solis cernimus exhiberi — nec ullum occurrit exemplum, quo istam emissionem contractionemque lucis, ut diei noctisque uicissitudines fierent, probare possimus. iactus enim radiorum ex oculis nostris cuiusdam quidem lucis est iactus et contrahi potest, cum aerem, qui est oculis nostris proximus, intuemur, et emitti, cum ad eandem rectitudinem quae sunt longe posita adtendimus. nec sane, cum contrahitur, omnino cernere, quae longe sunt, desinit, sed certe obscurius, quam cum in ea obtutus emittitur. sed tamen ea lux, quae in sensu uidentis est, tam exigua docetur, ut, nisi adiuuetur extraria luce, nihil uidere possimus; et quia discerni ab ea non potest, quo exemplo demonstrari possit emissio in diem et contractio lucis in noctem, sicut dixi, reperire difficile est.

17. Si autem spiritalis lux facta est, cum dixit deus: fiat lux, non illa uera patri coaeterna intellegenda est, per quam facta sunt omnia, et quae inluminat omnem hominem, sed illa, de qua dici potuit: prior omnium creata est

23 Eccli. 1, 4

1 prius ex om. P¹ altera parte S facit P¹R¹ 2 unde] utde E¹ posset nox PRSbd possit S diei S discedente om. S abscedente C 3 contractionem quae R 4 causam (semper dupl. s) d 5 erant iam S 6 exhiberetur R et om. P¹ 7 cernimus] terminus (s. l. m. 2 at cernimus) E exhiberi R occurret & S 8 die P¹ 9 possumus PR¹ 10 cuiusdam] eiusdem PR lucis quidem PRd quidem] euides b 11 aere PR 12 emitta P¹R¹ 13 sane (ne s. l. m. 2) P 14 sunt ομνιπ̄ο (del. m. 1) S 15 ea E¹P¹ optutus E¹PRS 16 sensum PR uiuentis P¹R docetur] uidetur b adiuuentur PR¹ adiuuemur bd 17 extranea RCbd nil S possemus PR¹b et om. b quia] quoniam (s. l. m. 2) E, PRSbd ab ea non potest discerni b 18 potes PR 19 contra...ctiq̄ (di eras.) E dix R repperire EPRS 21 uera] uerba E uero S 22 quam] quem SR¹ inluminat E¹

sapientia. cum enim aeterna illa et incommutabilis, quae non est facta, sed genita sapientia, in spirituales atque rationales creaturas sicut in animas sanctas se transfert, ut inluminatae lucere possint, fit in eis quaedam luculentae rationis adfectio, quae potest accipi facta lux, cum diceret deus: fiat lux, si iam erat creatura spiritalis, quae nomine caeli significata est in eo, quod scriptum est: in principio fecit deus caelum et terram, non corporeum caelum, sed caelum incorporeum caeli corporei, hoc est super omne corpus non locorum gradibus, sed naturae sublimitate praepositum. quo autem modo simul fieri potuit, et quod inluminaretur et ipsa inluminatio, ac diuerso tempore narranda fuerit, paulo ante diximus, cum de materia tractarem.

Sed huic luci succedentem noctem, ut uespera fieret, quo pacto intellecturi sumus? a tenebris uero qualibus talis lux diuidi potuit dicente scriptura: et diuisit deus inter lucem et tenebras? numquid iam erant peccatores et stulti decedentes a lumine ueritatis, inter quos et in eadem luce permanentes diuideret deus, tamquam inter lucem et tenebras. et lucem uocans diem ac tenebras noctem ostenderet se non operatorem peccatorum, sed ordinatorem distributione meritorum? an hic dies totius temporis nomen est et omnia uolumina saeculorum hoc uocabulo includit ideoque non dictus est primus, sed unus dies? et facta est enim uespera. et factum est, inquit, mane dies unus, ut per hoc, quod

3 cf. Sap. 7, 27 9 cf. Confess. 1. XII 2. 8. 9 16 Gen. 1. 4
24 Gen. 1, 5

1 inconmotabilis *I*¹ 2 atque *P* 3 illuminata *S* inluminat *P*¹
4 elucere *S* aelucere *P*¹ 9 cælis corporeis *b* 10 ppositum *S* 11 potuit fieri *S* quod] quo *PR*¹ inluminaretur *E*¹ 14 huic luci (*in mg.* hoc loco) *b* luci] loci *PR*¹ succedente nocte *E*¹ 15 pacto] facto *PR*¹
17 *pr.* et] ac *PRbd* 18 eandem *E*¹ eādē *P* lucem *E*¹ 19 lucem—lucem *om.* *P*¹ et] ac *PRbd* 20 et *om.* *b* ostendere *E*¹
21 peccatorem *S*¹ . distributionum *P* distribuendorum *b* 22 an hic] adhuc *P*¹ hic *om.* *Rb* 23 uocabula *S*¹ 24 *pr.* est *om.* *S* enim *om.* *S*
25 inquit *R*

facta est uespera, peccatum rationalis creaturae, quod autem factum est mane, renouatio eius significata uideatur.

Sed haec allegoriae propheticae disputatio est, quam non isto sermone suscepimus. instituumus enim de scripturis nunc loqui secundum proprietatem rerum gestarum, non secundum aenigmata futurarum. ergo ad rationem factarum conditarumque naturarum quomodo inuenimus uesperam et mane in luce spiritali? an diuisio quidem lucis a tenebris distinctio est iam rei formatae ab informi, appellatio uero diei et noctis insinuatio distributionis est, qua significetur nihil deum inordinatum relinquere atque ipsam informitatem, per quam res de specie in speciem modo quodam transeundo mutantur, non esse indispositam neque defectus profectusque creaturae, quibus sibimet temporalia quaeque succedunt, sine subplemento esse decoris uniuersi? nox enim ordinatae sunt tenebrae.

Propterea uero cum facta esset lux, dictum est: uidit deus lucem quia bona est, cum hoc posset post omnia eiusdem diei dicere, id est, ut, cum explicasset „dixit deus: fiat lux. et facta est lux. et diuisit deus inter lucem et tenebras et uocauit deus lucem diem et tenebras uocauit noctem“, tunc diceret: et uidit deus, quia bonum est, et deinceps adnecteret: et facta est uespera, et factum est mane, sicut in aliis operibus facit, quibus uocabula inponit. hic ergo propterea non ita fecit, quoniam a formata re ad hoc distincta est illa informitas, ut non in ea finis esset, sed adhuc formanda restaret per creaturas ceteras

16 Gen. 1, 4 18 Gen. 1, 3. 4. 5

1 creatura *P*¹ 3 allegorica (ca *in ras. m. 2*) *R* prophetiae *R*
 6 enigmata *EPSR* futurarum] figurarum *bd* factarum (a *alt. s. l. add. m. 1 supra eras. o*) *R* conditarumque] conditarum *b* 7 uespera *S* 8 diuisio quidem] diuino quidam *P*¹ distinctio (dist *s. l. m. 2 supra ras.*) *P* 9 formate *S* 10 inordinate *E*¹ 12 transeundo *P*¹ mutantur (n *s. l. m. 1*) *E* 13 profectusque] neque profectus *b* 14 subplemento *ERbd* 15 inordinate] *b* 17 possit *S* 18 explicasset] celum explicasset *b* 24 imponit *E* inpon& *S* propterea *om. b* 26 formanda (n *ex m*) *E* restavretur (v *s. l. m. 1*) *S*

iam corporales. itaque si, posteaquam distincta essent illa diuisione et uocabulis, tunc diceretur: uidit deus, quia bonum est, haec facta acciperemus significari, quibus iam in suo genere nihil esset addendum; quia uero lucem solam ita perfecerat, uidit deus, inquit, lucem quia bona est et diuisione ac nominibus discreuit a tenebris. neque tunc dixit: uidit deus, quia bonum est; ad hoc enim erat informitas illa discreta, ut adhuc inde alia formarentur. namque ista nox, quae nobis notissima est — facit enim eam super terras solis circuitus —, quando per luminarium distributionem a die diuiditur, post ipsam diuisionem diei et noctis dicitur: uidit deus, quia bonum est. non enim haec nox informis aliqua substantia erat, unde adhuc alia formarentur, sed spatium loci plenum aere, carens lumine diurno: cui utique nocti iam nihil addendum esset in genere suo, quo esset speciosior siue distinctior. uespera autem in toto illo triduo, antequam fierent luminaria, consummati operis terminus non absurde fortasse intellegitur; mane uero tamquam futurae operationis significatio.

18. Sed ante omnia meminerimus, unde iam multa diximus, non temporalibus quasi animi sui aut corporis motibus operari deum, sicut operatur homo uel angelus, sed aeternis atque incommutabilibus et stabilibus rationibus coaeterni sibi uerbi sui et quodam, ut ita dixerim, fotu pariter coaeterni sancti spiritus sui. nam et illud, quod per graecam et latinam linguam dictum est de spiritu dei, quod superferebatur super aquas, secundum syrae linguae intellectum, quae uicina est hebraeae — nam hoc a quodam docto christiano Syro fertur expositum — non superferebatur, sed fouebat potius in-

1 essent (n s. l. m. 1) P 3 acceperimus R¹ significare PRb
 4 addendum esset S 5 lucem inquit S 8 formaretur E¹ 9 est
 notissima b 10 terram S per om. E¹ 11 diuidetur S¹ 13 informarentur S
 spatium S 14 loci (i in ras. ex e) P deurno P¹
 18 uero] autem S 24 fotu] fotu (s. l. m. 2 a] flatu) E, P¹R¹
 flatu P²R²b 25 grecam S 26 quod] quia b 28 hebraeae ESR
 haebraeae P 29 superferebatur super aquas (in mg. a] nō habet sup aquas) b

tellegi perhibetur, nec sicut fouentur tumores aut uulnera in corpore aquis uel frigidis uel calore congruo temperatis, sed sicut oua fouentur ab alitibus, ubi calor ille materni corporis etiam formandis pullis quodammodo adminiculatur per quendam in suo genere dilectionis adfectum. non itaque per singulos dies istorum diuinorum operum tamquam temporales uoces dei carnaliter cogitemus. non enim ad hoc ipsa dei sapientia nostra infirmitate suscepta uenit ad conligendos sub alas suas filios Hierusalem quemadmodum gallina pullos suos, ut semper paruuli simus, sed ut malitia infantes mente esse pueri desinamus.

Et in rebus obscuris atque a nostris oculis remotissimis, si qua inde scripta etiam diuina legerimus, quae possint salua fide, qua inbuimur, alias atque alias parere sententias, in nullam earum nos praecipiti adfirmatione ita proiciamus, ut, si forte diligentius discussa ueritas eam recte labefactauerit, corruamus, non pro sententia diuinarum scripturarum, sed pro nostra ita dimicantes, ut eam uelimus scripturarum esse, quae nostra est, cum potius eam, quae scripturarum est, nostram esse uelle debeamus.

19. Ponamus enim in eo, quod scriptum est: et dixit deus: fiat lux. et facta est lux, alium sensisse lucem corporalem factam et alium spiritalem. esse spiritalem lucem in creatura spiritali fides nostra non dubitat; esse autem lucem corporalem caelestem aut etiam super caelum uel ante caelum,

9 cf. Matth. 23, 37 10 cf. I Cor. 14, 20 21 Gen. 1, 4

1 tomores *E*¹ 2 aquis] quis *R*¹ tempantis *b* 3 oba *E*¹ 4 quodammodo *R* amminiculatur *PR* amminiculatus *S* 5 itaque] utique *PR*¹ 6 cperum diuinorum *PR**S**b**d* 7 dei *fn. om. E*¹ 9 ierusalem *S* quemadmodum *P*¹ 10 malitiam *E*¹ pueri esse *bd* 13 scripta *om. S* diuina scriptura *S* possent *P* 14 aliis atque aliis *b* sententiis *b* 15 nullum *E* nos *om. S* 16 rectae *R* lauefactauerit *E*¹ 17 coruamus *P*¹ per sententiam *PR* 19 eam quae] eam que *R*¹ 21 et *om. PR**S**b**d* 22 aliam *Rb* 23 alium (u *ex a m. 1*) *E*, aliam *Rb* esse *om. PR*¹ spiritalem *om. PR* 24 ante fides *add.* quod *b* nostra fides *b* 25 super (*s. l. m. 2 a* supra) *E*, supra *PR**S**b**d*

cui succedere nox potuerit, tamdiu non est contra fidem, donec ueritate certissima refellatur. quod si factum fuerit, non hoc habebat scriptura diuina, sed hoc senserat humana ignorantia. si autem hoc uerum esse certa ratio demonstra-
 5 uerit, adhuc incertum erit, utrum hoc in illis uerbis sanctorum librorum scriptor sentiri uoluerit, an aliud aliquid non minus uerum. quodsi cetera contextio sermonis non hoc eum uoluisse probauerit, non ideo falsum erit aliud, quod ipse intellegi uoluit, sed et uerum et quod utilius cognoscatur. si autem contextio scripturae hoc uoluisse intellegi scriptorem non
 10 repugnauerit, adhuc restabit quaerere, utrum et aliud non potuit. quodsi et aliud potuisse inuenerimus, incertum erit, quidnam eorum ille uoluerit; et utrumque sentiri uoluisse non inconuenienter creditur, si utriusque sententiae cetera circumstantia subfragantur.

Plerumque enim accidit, ut aliquid de terra, de caelo, de ceteris mundi huius elementis, de motu et conuersione uel etiam magnitudine et interuallis siderum, de certis defectibus solis ac lunae, de circuitibus annorum et temporum, de naturis animalium, fructum, lapidum atque huiusmodi ceteris etiam
 20 non christianus ita nouerit, ut certissima ratione uel experientia teneat. turpe est autem nimis et perniciosum ac maxime cauendum, ut christianum de his rebus quasi secundum christianas litteras loquentem ita delirare audiat, ut, quemadmodum dicitur, toto caelo errare conspiciens risum tenere
 25

3 hoc non *PR* diuina scriptura *bd* 4 uerum] iterum *S* esse. (t er.) *E* 6 scribtor *E*; cum haec uox omnib. loc. b littera m. 1 offeratur. in sequentibus indicare id omitam sentire *S* aliquid om. b 8 probaberit *P*¹ 10 uoluiss&*S* scriptorem intellegi *S* 11 repugnauit *E*¹*PR*¹, repugnabit *SR*²*E*²*b* restauit *E*¹*PR*¹ 12 potuerit *bd* inuenierimus *P* 13 et] aut *b* 14 utriusque *PRb* sententia *b* cetera] certa *PRd* circumstantia *P* 15 suffragatur *SRbd* 16 accedit *E*¹ 17 conuersatione *E*¹ 18 magnitudinem (m exp. m. 1) *P* syderum *S* 19 ac] et *b* 20 fructum *R*¹ 22 autem est *b* pernitiosum *S* 24 delirare (pr. r in ras.) *E*, *P*¹ post delirare add. quilibet infidelis *bd* audiat (s. l. m. 2 a¹ de) *E* audeat *S*¹ audiat *P*¹ quemammodum *P*¹

uix possit. et non tam molestum est, quod errans homo deridetur, sed quod auctores nostri ab eis, qui foris sunt, talia sensisse creduntur et cum magno eorum exitio, de quorum salute satagimus, tamquam indocti reprehenduntur
 5 atque respuuntur. cum enim quemquam de numero christiano-
 norum in ea re quam optime norunt errare comprehenderit et uanam sententiam suam de nostris libris adserere, quo pacto illis libris credituri sunt de resurrectione mortuorum et de spe uitae aeternae regnoque caelorum, quando de his
 10 rebus, quas iam experiri uel indubitatis numeris percipere potuerunt, fallaciter putauerint esse conscriptos? quid enim molestiae tristitiaeque ingerant prudentibus fratribus temerarii praesumptores, satis dici non potest, quod, si quando de praua et falsa opinione sua reprehendi et conuinci coeperint ab
 15 eis, qui nostrorum librorum auctoritate non tenentur, ad defendendum id, quod leuissima temeritate et apertissima falsitate dixerunt, eosdem libros sanctos, unde id probent, proferre conantur uel etiam memoriter, quae ad testimonium ualere arbitrantur, multa inde pronuntiant uerba, non intellegentes
 20 neque quae loquuntur neque de quibus adfirmant.

20. Ad hoc enim considerandum et obseruandum libri Geneseos multipliciter, quantum potui, enucleauit protulique sententias de uerbis ad exercitationem nostram obscure positis.

19 I Tim. 1, 7

1 molestum (*s. l. m. a. l. tus*) *E* 2 derideretur *Pb* auctoris *H*¹
 nostri] nros *S* 3 exitio (*in mg. a. l. exercitio*) *b* 4 quorundam *S*
 repraehenduntur *E* 5 atque] et *b* 6 noŕ//// (~ *add. m. 2*) *R*
 conpraehenderint *E* deprehenderint *bd* 7 quod *E*¹ 10 percipere
 (*prius er in ras. m. 2*) *E* 11 fallagiter *P* putarent *E*¹ conscrib-
 tos *E* 12 tristitiaeque *Eb* temerari *E*¹ taemerarii *P* 13 prae-
 sumptores *SRb* quod] cum *PRSbd*, (*m. 2 s. l. a. l. cu*) *E* praba *E*¹
 praua *P* 14 oppinione *R* opinione *PSbd* repraehendi *E* 16 tae-
 meritate *P* uanitate (*uani in ras.*) *R* falsietate *E*¹ temeritate (*in*
ras. m. 2) *R* post temeritate *add. m. 2* et manifestissima falsitate
 ante dixerunt *R* 18 que *S* 19 uerba pronuntiant *PRSbd* 20 neque
om. b loquuntur *E* locuntur *S* 21 obseruandi *S* librum *b* et
Migne 23 exertitationem *R*

non aliquid unum temere adfirmans cum praeiudicio alterius expositionis fortasse melioris, ut pro suo modulo eligat quisque quod capere possit: ubi autem intellegere non potest scripturam, deo det honorem, sibi timorem. sed cum tam multis exitibus uerba scripturae, quae tractauimus, exponantur, 5
 cohibeant se tandem, qui litteris inflati saecularibus haec ita posita, ut omnia pia corda nutriant, uelut inperitum atque inpolitum aliquid exagitant, sine pennis in terra reptantes et uolaturarum auium nidos inridentes. periculosius autem errant 10
 quidam infirmi fratres, qui cum istos inpios de caelestium corporum numeris uel de quibuslibet elementorum mundi huius quaestionibus subtiliter et copiose disserere audiunt, euanescunt et eos sibi cum suspirio praeponentes et magnos putantes saluberrimae pietatis libros cum fastidio repetunt et quos dulciter haurire deberent uix patienter adtingunt, a 15
 segetis asperitate abhorrentes et spinarum floribus inhiantes. non enim uacant uidere, quam suavis est dominus, nec in sabbato esuriunt; atque ideo pigri sunt potestate a domino accepta uellere spicas et tamdiu uersari manibus contritasque purgare, donec ad escam perueniant. 20

21. Dicit aliquis: quid tu tanta tritura dissertationis huius, quid granorum exuisti? quid euentilasti? cur propemodum in quaestionibus adhuc latent omnia? adfirma aliquid eorum, quae multa posse intellegi disputasti. cui respondeo ad eum

17 cf. Ps. 33, 9 19 cf. Matth. 12, 1

1 taemere *P* preiudicio *S* 2 modulo suo *b* elegat *S* 4 scripturae dei *PRsbd* 5 tractauimus (tracta *m.* 2) *R* 6 inflati (*in mg.* at imbuti) *b* hic *b* 8 expolitum (*s. l. m.* 2 *add.* ad impolitum) *E* pennis *E¹R¹* 9 uolaturarum] uolatu ranarum *bd* uolaturarum *R* inridentes *E¹* errantes *S* erant *R* 10 inpios (*m s. l. m.* 1) *R* 12 quaestionibus *R¹* copiosae (*a er.*) *R* 13 praeponentes *S* 14 saluberrimae saluberrimae (*lu s. l. m.* 1) *P* repetunt *S* 15 haurire] aurire *E¹* audire *S* attingunt *P¹* attingant *R¹* a om. *S* 16 abhorrentes *E* inhiantes *E¹* 18 potestatem *P¹* 19 accepta] sabbati accepta (sabbati *s. l. m.* 2) *E, PRsbd* uellere (*e fin. ex &*) *S* uersare *E²PRsbd* manibus om. *S* 21 dicit *E²SP²* dissertationis *b* 22 exuisti] exilisti *b* etuentilasti *E* deuentilasti *P* quur *R* 23 questionibus *ES* eorumq; *S* 24 disputasse *S¹*

ipsum me suauiter cibum peruenisse, quod didici non haerere
 hominem in respondendo secundum fidem, quod respondendum
 est hominibus, qui calumniari libris nostrae salutis adfectant,
 ut, quidquid ipsi de natura rerum ueracibus documentis de-
 monstrare potuerint, ostendamus nostris litteris non esse con-
 trarium, quidquid autem de quibuslibet suis uoluminibus his
 nostris litteris, id est catholicae fidei contrarium protulerint,
 aut aliqua etiam facultate ostendamus aut nulla dubitatione
 credamus esse falsissimum, atque ita teneamus mediatorem
 nostrum, in quo sunt omnes thesauri sapientiae atque
 scientiae absconditi, ut neque falsae philosophiae loqua-
 citate seducamur neque falsae religionis superstitione terreamur.
 et cum diuinos libros legimus in tanta multitudine uerorum
 intellectuum, qui de paucis uerbis eruuntur et sanitate catho-
 licae fidei muniuntur, id potissimum deligamus, quod certum
 adparuerit eum sensisse, quem legimus; si autem hoc latet,
 id certe, quod circumstantia scripturae non inedit et cum
 sana fide concordat; si autem et scripturae circumstantia
 pertractari ac discuti non potest, saltem id solum, quod fides
 sana praescribit. aliud est enim, quid potissimum scriptor
 senserit, non dinoscere, aliud autem a regula pietatis errare.
 si utrumque uitetur, perfecte se habet fructus legentis; si
 uero utrumque uitari non potest, etiam si uoluntas scriptoris
 incerta sit, sanae fidei congruam non inutile est eruisse sententiam.

10 Col. 2, 3

1 cibum suauiter *PR**S**b**d* cibum *E*¹ quod] quo *PR**b**d* dici *P*¹ dedici *R*¹
 haerere] herere *E* habere *PR**b* 2 homini *d* 3 calumniare *S* adfectant *E*¹
 4 quid Quid (quid *in mg. m.* 2) *S* quidquid *E*¹ 6 suis quibuslibet *S*
 7 protulerunt *E* 8 aliquam *E* facultatem *E* 9 mediatorem (*pr. t exp.*
m. 1) *S* 10 thesauri *E* 11 phylosophiae *P* philosophiae *R* 14 intellectum *E*¹
 quae *b* et] ut *E*¹ 15 diligamus *S**b* decertum *S* 16 adparuerit] appa-
 ruerit *E* habuerit *S* eum *om.* *S*¹ sensisse *om.* *S* 19 saltim *R*¹*S* 20 pre-
 scribit *S* praesciuit (*s. l. m.* 2 *al.* *p*scribit) *E* 22 perfectae *PS* 24 sane *S*
 eruisse] tenuisse *b* Explicit liber primus. incipiunt capitula libri secundi
fol. 15 *E* Explicuit liber primus (*litt. mai.*) *fol.* 15^b *P* Explicuit liber
 primus amen (*litt. mai.*) *fol.* 24^b *S* expl. aureli augusti ni liber primus.
 feliciter dō gratias amen]incipit liber: II: (*litt. mai. color.*) *fol.* 50^a *R*

LIBER SECUNDUS.

1. Et dixit deus: fiat firmamentum in medio aquarum et sit diuidens inter aquam et aquam. et sic est factum. et fecit deus firmamentum et diuisit deus inter aquam, quae erat infra firmamentum, et inter aquam, quae erat super firmamentum. et uocauit deus firmamentum caelum. et uidit deus, quia bonum est. et facta est uespera, et factum est mane, dies secundus. de uerbo dei, quod dixit deus: fiat firmamentum et cetera et de placito eius, quo uidit, quia bonum est, et de uespera et de mane non opus est hic iterum similiterque disserere, atque ita deinceps, quotienscumque ista repetuntur, secundum superiorem inquisitionem interim considerata esse admonemus. utrum autem nunc illud caelum fiat, quod excedit aeris omnia spatia eiusque omnem altitudinem, ubi etiam luminaria stellaeque constituuntur quarto die, an ipse aer uocetur firmamentum, merito quaeri potest.

Multi enim asserunt istarum aquarum naturam super siderum caelum esse non posse, quod sic habeant ordinatum pondus suum, ut uel super terras fluitent uel in aere terris proximo uaporaliter ferantur. neque quisquam istos debet ita refellere, ut dicat secundum omnipotentiam dei, cui cuncta possibilia sunt, oportere nos credere aquas etiam tam graues,

2 Gen. 1. 6—8 18 de his et sequentibus cf. etiam De ciuit. dei lib. XIII 17. 18; XXII 11

1 Explicuerunt capitula. inç liber secundus (*litt. uncial.*) fol. 15 *E* Incipit liber II (*litt. mai. rubr.*) fol. 16^a *P* Incipit liber secundus (*litt. mai. rubr.*) fol. 24^b *S* 3 diuidens *om. S* 5 aquam et aquam (et aquam *del m. 1*) *E* intra (*s. l. m. 2 al infra*) *E* infra (*fra s. l. m. 2*) *R* 6 firmamento *S* 8 factum *PRb* uespere *PRb* 9 quod] quo *E²bd* deus *om. PRSbd* fiat *om. E¹* 10 quod *PR¹* 11 de *alt. om. PRSbd* hoc *EP* 12 ita *s. l. m. 1 S* quotiescumque *PE²bd* reppetuntur *S* 13 secundum *om. P¹* superiorem (*ri s. l. m. 1*) *P* considerandam *E¹* 14 ammonemus *P¹RS* illum *E¹* 17 quaeri merito *Pbd* 18 istam *b* sydereum *S* 19 hordinatum *R* 20 terram *PRbd* 21 deber& *S* 23 nos *s. l. m. 2 S* grauis *P¹*

quam nouimus atque sentimus, caelesti corpori, in quo sunt sidera, superfusas. nunc enim, quemadmodum deus instituerit naturas rerum, secundum scripturas eius nos conuenit quaerere, non, quid in eis uel ex eis ad miraculum potentiae suae uelit operari. neque enim, si uellet deus sub aqua oleum aliquando manere, non fieret; non ex eo tamen olei natura nobis esset incognita, quod ita facta sit, ut adpetendo suum locum, etiam si subterfusa fuerit, perrumpat aquas eisque se superpositam conlocet. nunc ergo quaerimus, utrum conditor rerum, qui omnia in mensura et numero et pondere disposuit, non unum locum proprium ponderi aquarum circa terram tribuerit, sed et super caelum, quod ultra limitem aeris circumfusum atque solidatum est.

Quod qui negant esse credendum, de ponderibus elementorum argumentantur, negantes ullo modo ita desuper quasi quodam pauimento solidatum esse caelum, ut possit aquarum pondera sustinere, quod talis soliditas nisi terris esse non possit et, quidquid tale est, non caelum sed terra sit; non enim tantum locis, sed etiam qualitatibus elementa distingui, ut pro qualitatibus propriis etiam loca propria sortirentur. aqua scilicet super terram, quae etiam si sub terra stat aut labitur, sicut in antris cauernisque abditis, non tamen ea terrae parte, quam supra, sed ea, quam infra se habet, continetur. nam si ex parte superiore fuerit terrae pars ulla delapsa, non manet super aquam, sed ea perrupta demergitur et pergit ad terram: quo ueniens conquiescit tamquam in loco suo, ut supra sit aqua, subter autem terra. unde cogno-

9 Sap. 11, 21

2 sydera *SR* superfusa *S*¹ enim *E*¹ quemadmodum *P*¹*R*
 3 nos] non *E*¹ conuenit (n s. l. m. 1) *E* 4 numquid *R*¹ admiraculum *S* ammiraculum *P*¹*R*¹ uellit *R* 7 appetendo. (s eras.) *S*
 8 se om. *R*¹ 9 conlocet *E*¹ 11 pondere *S* 14 quod] quo *E*¹ 16 quidam *E*¹ 18 posset *PR*¹ quidquid *E*¹ quicquid *PRS* 19 post qualitatibus *add.* propriis *bd* distinguuntur *b* 20 sortiantur *S* 21 sub terram *E*¹ 22 cabernisque *E*¹ 23 partem *E*¹ hab& *R*¹ 24 superiori *b* pars ulla terrae *PRbd* 25 delabsa *P* dilapsa *S* dimergitur *S*
 27 aqua. (m uidetur er.) *P* subter] subtus *d*

scitur, quod etiam super aquas cum esset non ipsis aquis portabatur, sed conpage terrae tenebatur, sicut sese habent camerae speluncarum.

Hic occurrit admonere cauendum errorem, quem in libro primo cauendum monui, ne forte, quia scriptum est in Psalmis: 5 fundauit terram super aquam, arbitretur aliquis nostrum aduersus istos de ponderibus elementorum subtiliter disserentes isto testimonio scripturarum esse nitendum, quia illi non re- tenti auctoritate litterarum nostrarum et nescientes, quemad- modum dictum sit, libros sanctos facilius inridebunt quam 10 illud repudiabunt, quod uel certis rationibus perceperunt uel experimentis manifestissimis probauerunt. illud namque in Psalmis aut figurate dictum recte accipi potest, ut, quoniam caeli et terrae nomine saepe in ecclesia spirituales carnalesque significantur, caelos ostenderit pertinere ad serenam intelle- 15 gentiam ueritatis dicens: qui fecit caelos in intellegentia, terram uero ad fidem simplicem paruulorum non fabulosis opinionibus incertam atque fallacem, sed prophetica et euan- gelica praedicatione firmissimam, quae per baptismum solidatur, et ideo subiecerit dicens: fundauit terram super aquam; 20 aut, si ad litteram cogit quisquam intellegi, non incongruenter uel sublimia terrarum, siue continentium siue insularum, acci- piuntur, quae superiora sunt aquis, uel ipsa tegmina spelun- carum, quae super aquas pendula soliditate firmata sunt.

4 cf. pag. 28, 22 sqq. 6 Ps. 135, 6 16 Ps. 135, 5.

1 quod *om.* P¹ 2 compagae E sese] se b 3 camere S 4 oc- currit *om.* S¹ ammonere P¹R 5 admonui d admonuimus b 6 aquas b 7 aduersum S elimentorum R discernentes (*s. l. m.* 2 at disse- rentes) E 8 istos (*s. fn. exp. m.* 1) E nitendum R¹ utendum R² renitendum b retenti (*alt. en s. l. del. m.* 1) E 9 quemam- modum P¹R 10 inridebunt E¹ 11 perceperunt (*sup. per m.* 2 *add.* at ac) E 13 figuratae E 14 saepe (*a er.*) E aeclesia E 15 signi- ficantur] figurantur b 16 intellegentia] intellectu S 19 predicatione S firmissima EPR¹ quae] aquae PR¹ 21 quisquam cogit PRSbd intelligi esse terrā ut possit aquā coequare non incongruentur sqq. b 22 continentia (*s. l. m.* 2 *add.* at ū) E siue *om.* P 24 pendula (*a ex e m.* 1) S firmate S

quocirca nec ad litteram quisquam potest sic intellegere, quod dictum est: fundavit terram super aquam, ut aquarum pondus terreno ponderi subportando naturali ordine quasi subiectum esse arbitretur.

2. Aerem uero aquis esse superiorem, quamuis propter ampliora sui spatia etiam aridam contegat, hinc intellegitur quod nullum uas ab ore inpressum repleri aquis potest: unde satis indicat aeris naturam locum petere superiorem. uidetur enim uas inane, sed aere plenum probatur, cum ore imo in aquam deprimitur; quia enim per superiorem partem non inuenit emicandi locum nec deorsum uersus inruptis aquis subter eas natura ire sinitur, plenitudine sua repellit eas et in uas non permittit intrare. cum autem uas ita conlocatur, ut os non habeat deorsum, sed in latus inclinatum, intrat aqua inferius exeunte aere superius. itemque si uasis erecti os pateat in caelum, cum infundis aquam, euadit aer sursum uersus ex aliis partibus, qua non infundis, et fit locus aquae deorsum uersus intrandi. quodsi ui maiore uas deprimitur, ut uel ex latere uel desuper aquae repente influant et undique os uasis obtegant, dirumpit eas aer sursum nitens, ut eis ad ima locum faciat; at ipsa disruptio singultus uasorum est, dum partibus fugit, quia totus tam cito non potest propter illius oris angustias. ita si aer super aquas ire cogitur, etiam confluentes eas dissicit, cum exilientes inpetu eius impulsae ebulliant et eum bullis crepantibus emittunt in sua pro-

1 potest] post potest P¹ sic s. l. m. 1 R 3 terr.eno* (a et n er.) E
 terraeno P 5 cap. II. E 10 aqua PR per om. b superiori
 parte b 11 emicandi] emigrandi Rb emeandi d irruptis E² minu-
 tissimis E¹ 12 naturaq E ire natura PRSbd repell& S reppel-
 lit R 15 uas E¹P¹ erectos P¹ 18 u]bi E¹ 20 dirrumpit E¹
 dirumpit b 21 at scripsi: ad E¹ et E²PRSbd dirruptio E disrupti S
 dirruptio b 22 quia (a s. l. m. 1) R totos S potest exire b
 24 post confluentes sequitur in P abdisic, sed m. 1 del. eas (a
 in ras.) S dissicit] dispicit PR¹ despicit b disiiicit d; cf. Max Bonnet
 .Le Latin de Gregoire de Tours' pag. 122, 3; 195, 3 exilientis E¹
 exsillientis P impetu R¹ impetus b impulsas S impulsu Rb
 25 ebulliant] uulliant E¹ bulliant P eum] cum S uullis E¹

perantem atque illis ad ima decidendi aditum dantem. si autem sub aquas ire cogatur ex uase, ut illo cedente uas ab ore in ima presso repleti uelis, facilius undis undique uersum cooperitur, quam per os eius ab inferiore parte intrandi gutta exigua reperit locum.

3. Iam uero ignem ad superna emicantem etiam ipsius naturam aeris uelle transcendere quis non sentiat? quandoquidem si ardentem faculam capite deorsum quisque teneat, nihilominus flammae crinis ad superiora contendit. sed quoniam circumfusi ac superfusi aeris praepollenti constipatione subinde ignis extinguitur et in eius qualitatem per abundantiam superatus subinde commutatur ac uertitur, ad uniuersam eius altitudinem transiliendam non potest perdurare. itaque super aerem purus ignis esse dicitur caelum, unde etiam sidera atque luminaria facta coniectant illius uidelicet igneae lucis in eas formas, quas in caelo cernimus, conglobata dispositaque natura: ac per hoc, sicut terrarum ponderibus et aer et aqua cedit, ut ad terram perueniant, sic aquarum ponderi et ipse aer cedit, ut uel ad terram uel ad aquam perueniat. unde intellegi uolunt hoc modo necesse fuisse, ut aer quoque, si quis eius particulam in spatiis illis sublimibus caeli posset dimittere, pondere suo caderet, donec ad aera subter spatia perueniret. quapropter conligunt multo minus esse posse aquis supra illud igneum caelum aliquid loci, cum illic aer multo aquis leuior manere non possit.

4. Talibus eorum disputationibus cedens laudabiliter conatus est quidam demonstrare aquas super caelos, ut ex ipsis uisi-

26 cf. Basilii homil. in Hexaemeron III 8 et Hom. VIII 7

1 decidendi] deducendi *PR*¹ deducendis *b* 2 cogitur *PR*¹*bd* uasae *E*
 3 compresso *S* replere *E*¹*R* 4 inferiore *E*¹ 5 reperit *EPRS*
 reperiatur *b* 6 *cap.* III *E* 7 aeris naturam *PR*¹*S**bd* uellet *P*¹
 9 flamme *S* crinibus *S* 10 constipatione *E*¹ 13 perdurare] per-
 ducere *R*¹ 14 sidera *P*¹ sydera *S* 16 percernimus *E* disposita-
 que (si *s. l. m.* 1) *S* 18 acedit *R* perueniat *S* si *R*¹ 19 acedit *R*
 perueniat *R*¹ 21 in *om.* *E*¹ spaciis *S* celi *S* possit *PR*¹*S*
 22 cadere *E* aerea *b* 24 sup *b* illuc *R*¹ 26 *cap.* IIII *E* caedens *R*

bilibus conspicuisque naturis adsereret scripturae fidem. et prius quidem, quod facillimum fuit, ostendit et hunc aerem caelum appellari non solum sermone communi, secundum quem dicimus serenum uel nubilum caelum, sed etiam nostrarum ipsarum consuetudine scripturarum, cum dicuntur uolatilia caeli, cum aues in hoc aere uolare manifestum sit; et dominus cum de nubibus loqueretur, faciem caeli, inquit, potestis probare. nubes autem etiam per proximum terris aerem conglobari saepe cernimus, cum per decliua iugorum ita recumbunt, ut plerumque excedantur etiam cacuminibus montium. cum ergo probasset et hunc aerem caelum dici, nulla alia causa etiam firmamentum appellatum uoluit existimari, nisi quia interuallum eius diuidit inter quosdam uapores aquarum et istas aquas, quae corpulentius in terris fluitant. et nubes quippe, sicut experti sunt qui inter eas in montibus ambularunt, congregatione et conglobatione minutissimarum guttarum talem speciem reddunt: quae si spissantur amplius, ut coniungantur in unam grandem plures guttae minimae, non eam patitur aer apud se teneri. sed eius ponderi ad ima dat locum, et haec est pluuiam. ergo ex aere, qui est inter uapores umidos, unde superius nubila conglobantur, et maria subterfusa, ostendere ille uoluit esse caelum inter aquam et aquam. hanc ergo diligentiam considerationemque laude dignissimam iudico. quod enim dixit. neque contra fidem est et in promptu posito documento credi potest.

5 Matth. 6, 26 7 Matth. 16, 4

1 adserere *E*¹ adseret *S* 2 fuit] esset *E*¹ ostenderet *E*¹ 3 appellare *E* 6 manifestum sit uolare *b* 7 inquit caeli *PRbd* inquit *R* 8 per *om.* *S*¹ 9 sepe *S* decliua *S*¹ declibia *P*¹*R*¹ iugorum *b* 10 ut] et *E*¹ 13 diuid& *S* 14 corpolentius *S* 15 *cap.* V *E*
 16 ambulauerunt *bd* congregationē *P* conglobationem *P* ****tissimarum *R* notissimarum (o *ex* u) *P* 17 spassantur *P* 18 minime *SRb*
 19 non *om.* *R* apud *E*¹*P*¹ pondere *S* 20 dat] tad *E*¹ plubia *I*¹
 21 humidus *E*²*PR*²*Sbd* 22 ille *eras. in* *R* 23 considerationemque (a *exp. m.* 1) *E* laudem *E*¹ dignissimam *E*¹ 24 contraſe (se *exp. m.* 1) *S* 25 promptu *PR**Sbd*

Quamquam possit uideri non impedire propria pondera elementorum, quomodo etiam super illud sublime caelum possint esse aquae per illas minutias, per quas etiam super hoc spatium aeris esse potuerunt. qui quamuis grauior et inferior summo caelo subiaceat, procul dubio leuior est aquis, et tamen, ut super eum sint uapores illi, nullo pondere prohibentur. sic ergo et super illud caelum potest minutioribus guttis leuior halitus umoris extendi, qui pondere cadere non cogatur. ipsi quippe subtilissima ratione persuadent nullum esse quamlibet exiguum corpusculum, in quo diuisio finiatur. sed infinite omnia diuidi, quia omnis pars corporis corpus est, et omne corpus habeat necesse est dimidium quantitatis suae. ac per hoc si potest aqua, sicut uidemus, ad tantas guttarum minutias peruenire, ut super istum aerem uaporaliter feratur, qui natura leuior est aquis, cur non possit et super illud leuius caelum minutioribus guttis et leuioribus inmanere uaporibus?

5. Quidam etiam nostri istos negantes propter pondera elementorum aquas esse posse super caelum sidereum de ipsorum siderum qualitibus et meatibus conuincere moliantur. idem namque adserunt stellam, quam Saturni appellant, esse frigidissimam eamque per annos triginta signiferum peragere circulum eo, quod superiore ac per hoc ampliore ambitu graditur. nam sol eundem circulum per annum complet. et luna per mensem tanto, ut dicunt, breuius quanto inferius, ut spatio loci spatium temporis congruat. quaeritur itaque ab eis, unde illa stella sit frigida, quae tanto ardentior esse deberet, quanto sublimiore caelo rapitur. nam procul dubio cum rotunda moles circulari motu agitur, interiora eius tardius eunt, exteriora celerius, ut maiora spatia cum breuioribus ad

2 quomodo] quominus *d* 6 eum] illū *b* 7 illum *E*¹ 8 alitus *S*
 habitus *E*¹*P*¹ humoris *E*²*S**b**d* 9 ipse *S* 11 infinitae *SR* 17 im-
 manere *E*¹ 18 *post* propter *inc. cap. VI E* 19 posse *om. R* sydere-
 um *S* 21 iidem *d* 22 frigidissima *E*¹ ·XXX· *R* 23 superior *Sd*
 26 spacium *S* 28 sublimior ecaelo *S* 29 rotunda (*o ex u. m. 1*) *E*
 mutu *R*¹ 30 *post* exteriora *add. eius in S* spacia *S*

eosdem gyros pariter occurrant, quae autem celerius utique feruentius. proinde memorata stella magis debuit calida esse quam frigida; quamuis enim suo motu, quoniam grande spatium est, triginta annis totum ambitum permeet, tamen
 5 caeli motu in contrarium rotata uelocius, quod cotidie necesse est patiatur — sic, ut dicunt, caeli singulae conuersiones dies singulos explicant —, calorem maiorem debuit caelo concitatio-
 10 nere, qui haec, quae breuiter dixi, de motu caeli et siderum disputant. his quidam nostri coniecturis agunt aduersus eos, qui nolunt aquas super caelum credere, et uolunt eam stellam esse frigidam, quae iuxta summum caelum circuit, ut ex hoc cogantur aquarum naturam iam non illic uaporali tenuitate.
 15 sed glaciali soliditate pendere. quoquo modo autem et qualeslibet aquae ibi sint, esse ibi eas minime dubitemus; maior est quippe scripturae huius auctoritas quam omnis humani ingenii capacitas.

6. Sed animaduersum est a quibusdam, quod nec ego
 20 dissimulandum puto, non frustra, cum dixisset deus: fiat firmamentum in medio aquarum, et sit diuisio inter aquam et aquam, parum uisum esse subiungere: et sic est factum, nisi adderetur: et fecit deus firmamentum; et diuisit deus inter aquam, quae erat super firma-
 25 mentum, et inter aquam, quae erat sub firmamento.

20 Gen. 1, 6 23 Gen. 1, 7

3 suo *om. S* quoniam] quam *b* 4 est *om. b* ·XXX· *PR* permeet] perme et *E¹* perimet (*m. 1 exp. i et s. l. inter e et t a add.*) *P* permeat *R¹* per metam *S* 5 motum *P* motum *S* uelotius *R* cotidie *ES* 6 ante sic ut *add.* quoniam *bd* sic ut] si ut *E²PS* 7 concitatio-
 10 rem *PR¹* concitare *S* 10 syderum *S* 11 nostri *in ras. a. m. 2 S* aduersum *S* 13 iuxta *om. S¹* circuit *b* 14 post naturam *add.* credere *b* non iam *PR¹S¹bd* 15 glatiali *SR* quoquo modo] quomodo *PR¹* quō *b* qualeslibet (*s. l. m. 2 a¹* quaslibet) *E* 16 ante esse *add.* cum *b* ibi eas] eas ibi *PR¹bd* minime *R* 18 capatitas *R* 22 esse] est *S* 24 erant *S* supra *P* 25 aqua *E¹*

quod quidem sic intellegunt, ut personam patris declaratam esse dicant in eo, quod scriptum est: et dixit deus: fiat firmamentum in medio aquarum, et sit diuisio inter aquam et aquam. et sic est factum, ac deinde, ut intellegatur filius fecisse, quod a patre dictum est, ut fieret, arbitrantur esse subnexum: et fecit deus firmamentum et diuisit deus et cetera. 5

Sed cum antea legitur: et sic est factum, a quo intellegimus factum? si a filio, quid opus erat iam dicere: et fecit deus et quae sequuntur? si autem quod scriptum est: et sic est factum, a patre intellexerimus factum, non iam pater dicit et filius facit, et potest aliquid pater facere sine filio, ut deinde filius non hoc, sed aliud similiter faciat: quod est contra catholicam fidem. si autem illud, de quo dicitur: et sic est factum, hoc idem fit, cum itidem dicitur: et fecit deus, quid prohibet eundem intellegere facere quod dixit, qui dixit, ut fieret? an etiam excepto eo, quod scriptum est: et sic est factum, tantummodo in his uerbis, quibus dicitur: et dixit deus: fiat, et postea dicitur: et fecit deus, patris et filii personam uolunt intellegi? 15 20

Sed quaeri adhuc potest, utrum quasi iussisse filio patrem debeamus accipere in eo, quod scriptum est: et dixit deus: fiat. sed cur non scriptura curauit ostendere personam etiam spiritus sancti? an ita trinitas intellegitur: et dixit deus: fiat. et fecit deus. et uidit deus, quia bonum est? sed non conuenit unitati trinitatis, ut filius quasi iussus fecisse intellegatur, spiritus autem sanctus nullo sibi iubente libere uidisse bonum esse, quod factum est. quibus enim uerbis iuberet filio pater, ut faceret, cum ipse sit principale 25

1 quod *om.* *P*¹ quidam *EPRb* 4 factum est *b* 6 arbitrantur
 (n s. l. m. 1) *E* subnuxum *R*¹ 8 factum est *b* 9 iam *om.* *S*
 10 sequuntur *E* secuntur *R* 11 factum est *b* 12 aliquid aliud *S*
 13 alius *P*¹ *om.* *S* 15 factum est *b* hoc] et hoc *E*¹ idem fit]
 itidem *S* 17 scriptum] dictum *b* 18 factum est *b* 20 filii *E*
 21 quere *S* 23 scriptura non *Sbd* curabit *R* ostenderae *P*¹
 etiam personam *PRbd*

uerbum patris, per quod facta sunt omnia? an eo ipso, quod scriptum est: fiat firmamentum, haec ipsa dictio uerbum est patris, unigenitus filius, in quo sunt omnia, quae creantur, etiam antequam creantur, et quidquid in illo est, uita est, 5 quia quidquid per eum factum est, in ipso uita est, et uita utique creatrix, sub illo autem creatura? aliter ergo in illo sunt ea, quae per illum facta sunt, quia regit et continet ea: aliter autem in illo sunt ea, quae ipse est. ipse enim uita est, quae ita in illo est, ut ipse sit, quoniam ipse uita est 10 lux hominum. quia ergo nihil creari posset siue ante tempora, quod quidem non est creatori coaeternum, siue ab exordio temporum siue in aliquo tempore, cuius creandi ratio, si tamen ratio recte dicitur, non in dei uerbo patri coaeterno coaeterna uita uiueret, propterea scriptura, priusquam insinuet 15 unamquamque creaturam, ex ordine, quo conditam dicit, respicit ad dei uerbum, prius ponens: et dixit deus: fiat illud. non enim inuenit ullam causam rei creandae, quam in uerbo dei non inuenit creari debuisse.

Non ergo deus totiens dixit: fiat illa uel illa creatura, 20 quotiens in hoc libro repetitur: et dixit deus. unum quippe uerbum ille genuit, in quo dixit omnia, priusquam facta sunt singula; sed eloquium scripturae descendens ad paruulorum capacitatem dum insinuat singillatim genera creaturarum per singula respicit uniuscuiusque generis aeternam rationem in 25 uerbo dei. nec illa repetita ille tamen repetit: et dixit deus. si enim uellet prius dicere: factum est firmamentum in medio aquarum, ut esset diuisio inter aquam et aquam, si quis ab eo quaereret, quomodo factum esset, recte respon-

1 cf. Ioh. 1, 3 8 cf. Ioh. 1, 3, 4

4 creantur *PRsbd* quicquid *E²P¹RS* est post illo s. l. m. 1 P
 5 quicquid *E²P²RS* 6 illo *E¹* ergo] enim *S* ergo in *ras. m. 1 E*
 illa *S¹* 7 quae quae *S* reg & *S* ea ex & *S* 8 autem] enim *S*
 9 ipsa uita *d* 12 aliquo] alico *R* 14 insinuet] insuat *P¹R* 15 quod *S*
 22 scripturae] scripture (pture in *ras. m. 2*) *R* scribentis (s. l. m. 2 ad
 scribentis) *E, bd* 23 singulatim *d* 24 respicit *E* 25 ille] illae *P*
 26 diceret *E* 28 quaereret *S* rectae *R*

deret: dixit deus: fiat, id est, in uerbo dei aeterno erat, ut fieret. inde igitur incipit narrare unumquodque factum, quod etiam post facti narrationem quaerenti, quomodo factum sit, in reddenda ratione respondere deberet.

Cum ergo audimus: et dixit deus: fiat, intellegimus, 5 quod in uerbo dei erat, ut fieret. cum uero audimus: et sic est factum, intellegimus factam creaturam non excessisse praescriptos in uerbo dei terminos generis sui. cum uero audimus: et uidit deus, quia bonum est, intellegimus in benignitate spiritus eius non quasi cognitum, posteaquam 10 factum est, placuisse, sed potius in ea bonitate placuisse, ut maneret factum, ubi placebat, ut fieret.

7. Ac per hoc manet adhuc causa requirendi, cur, posteaquam dixit: et sic est factum, ubi perfectio iam operis indicatur, addidit: et fecit deus, cum eo ipso, quod ait: 15 et dixit deus: fiat illud. et sic est factum, iam intellegatur id deum dixisse in uerbo suo, et factum esse per uerbum eius, atque ibi iam non solum patris, sed etiam filii possit adparere persona. nam si propter ostendendam filii personam repetitur ac dicitur: et fecit deus, numquid ergo 20 non per filium congregauit aquam tertio die, ut adpareret arida, quia ibi non dicitur: et fecit deus congregari aquam, aut: congregauit deus aquam? sed tamen etiam ibi, posteaquam dixit: et factum est sic, tunc repetiuit dicens: et congregata est aqua, quae est sub caelo. numquid etiam 25 lux non per filium facta est, ubi prorsus nullo modo repetiuit? potuit enim et illic ita dicere: et dixit deus: fiat lux. et sic

24 Gen. 1, 9

2 igitur] ergo *Rbd* inquit *E*¹ unumquidque *E*¹ 3 narratio-
nem] rationem *E*¹ quaerente *S* 5 et *om.* *E*¹ 6 uero] uerbo (b
er.) *E* 8 praescriptos *E* perscriptos *SR*, (*in ras.*) *P* 10 benigni-
tate. (*m. er.*) *E* 12 manere *E*¹ 14 operis iam *Sbd* 16 illud] lux *E*
18 ubi *d* filii *E* 19 filii *E* 23 aquas *ES* 25 post caelo *sequitur*
in congregationē undarū *in S* 26 prorsus *E*¹ prorsus *R* nullo (*n*
in ras. m. 2) *E* 27 et ante dixit *om. S*

est factum. et fecit deus lucem. et uidit quia bona est, aut certe, sicut in aquarum congregatione, ut non diceret: et fecit deus, sed tamen iterum repeteret: et dixit deus: fiat lux. et sic est factum . et facta est lux. et uidit deus lucem quia bona est. sed nullo modo repetens, posteaquam proposuit: et dixit deus: fiat lux, nihil aliud intulit nisi: et facta est lux, ac deinceps de placita luce et diuisa a tenebris et utroque appellato nominibus suis sine ulla repetitione narrauit.

8. Quid sibi ergo uult in ceteris illa repetitio? an eo modo demonstratur primo die, quo lux facta est, conditionem spiritalis et intellectualis creaturae lucis appellatione intimari — in qua natura intelleguntur omnes sancti angeli atque uirtutes — et propterea non repetiuit factum, posteaquam dixit: facta est lux, quia non primo cognouit rationalis creatura conformationem suam ac deinde formata est, sed in ipsa sua conformatione cognouit, hoc est inlustratione ueritatis, ad quam conuersa formata est, cetera uero, quae infra sunt, ita creantur. ut prius fiant in cognitione rationalis creaturae ac deinde in genere suo? quapropter lucis conditio prius est in uerbo dei secundum rationem, qua condita est, hoc est in coaeterna patri sapientia, ac deinde in ipsa lucis conditione secundum naturam, quae condita est: illic non facta, sed genita, hic uero facta, quia ex informitate formata . et ideo dixit deus: fiat lux. et facta est lux, ut, quod ibi erat in uerbo, hic esset in opere. conditio uero caeli prius erat in uerbo dei secundum genitam sapientiam, deinde facta est in creatura spiritali, hoc est in cognitione angelorum secundum creatam in illis sapientiam; deinde quod caelum

1 post uidit add. ds SE² aut — u. 6 deus om P¹ 3 tamen] tantum d tamen iterum om. P 4 lucem om. E¹ 5 post est duo uersus uacui rel. R 6 et init. om. E¹ 8 nulla E 9 cap. VII E 10 prima b quod E¹ 11 appellate P¹ intimare PR¹ 12 angeli sancti PRbd 14 racionalis R 16 inlustratione R¹ 19 creature S creaturae—suo in ras. P 20 rationemq: S qua] que S 21 patris E²Sb 22 qua PRbd 23 hic in ras. m. 2 E 25 esset] ess.& (e s. l. m. 2) R 28 creaturam E quod om. d

factum est, ut esset iam ipsa caeli creatura in genere proprio. sic et discretio uel species aquarum atque terrarum, sic naturae lignorum et herbarum, sic luminaria caeli, sic animantia orta ex aquis ac terra.

Neque enim sicut pecora solo sensu corporis uident angeli haec sensibilia; sed si quo sensu tali utuntur, agnoscunt ea potius, quae melius nouerunt interius in ipso dei uerbo, a quo inluminantur, ut sapienter uiuant, cum sit in eis lux, quae primo facta est, si lucem spiritalem in illo die factam intellegimus. quemadmodum ergo ratio, qua creatura conditur, prior est in uerbo dei quam ipsa creatura, quae conditur, sic et eiusdem rationis cognitio prius fit in creatura intellectuali, quae peccato non tenebrata est, ac deinde ipsa conditio creaturae. neque enim sicut nos ad percipiendam sapientiam proficiebant angeli, ut inuisibilia dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspicerent. qui ex quo creati sunt, ipsa uerbi aeternitate sancta et pia contemplatione perfruuntur atque inde ista respicientes secundum id, quod intus uident, uel recte facta adprobant uel peccata inprobant.

Nec mirum est, quod sanctis angelis suis in prima lucis conditione formatis prius deus ostendebat, quod erat deinceps creaturus. neque enim intellectum dei nossent, nisi quantum ipse monstrasset. quis enim cognouit intellectum domini?

15 cf. Rom. 1, 20 22 cf. Rom. 11, 34—36

1 iam] etiam *PR*Sbd generi *E* 2 et] ut et (*in ras. m. 2*) *E*
 species *R* 3 natura *S* herberum *S* 6 sed *om. b* si (*in mg. m.*
 2 al sic) *E* 7 que *E* 8 sit] fit *ER*¹ 10 intellegamus *PSR*¹b^d
 quemammodum *PRS* qu. *R*¹ quae *S* conditor *S* 12 in *om. P*
 13 tenebrata non *bd* conditio] cognitio *b* 14 creaturae] creare *P*¹
 post creaturae *add.* postea in genere proprio *b* di sapientiam *S*
 16 creati] facti *b* uerbi *om. b* 17 contemplatione (*one add. m. 2*) *S*
 18 respicientes] respicientes (*s. l. m. 2 al de*) *E* despicientes *PR*³Sbd
 dispicientes *R*¹ 19 rectae *R* 21 deus *om. E*¹ 22 creaturus
 (*u fin. m. 1 supra i*) *S* 23 intellectum] sensum *S* domini]
 di *PR*

aut quis consiliarius illi fuit? aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. ex ipso ergo discebant angeli, cum in eis fieret cognitio creaturae deinceps faciendae, ac deinde fieret in genere proprio.

5 Quapropter iam luce facta, in qua intellegimus ab aeterna luce formatam rationalem creaturam, cum in ceteris creandis rebus audimus: et dixit deus: fiat, intellegamus ad aeternitatem uerbi dei recurrentem scripturae intentionem. cum uero audimus: et sic est factum, intellegamus in creatura intellectuali factam cognitionem rationis, quae in uerbo dei est, condendae creaturae, ut in ea natura prius quodam modo facta sit, quae anteriore quodam motu in ipso dei uerbo prior faciendam esse cognouit, ut postremo, cum audimus repeti et dici, quod fecit deus, iam intellegamus in suo
15 genere fieri ipsam creaturam. porro cum audimus: et uidit deus, quia bonum est, intellegamus benignitati dei placuisse, quod factum est, ut pro modo sui generis maneret, quod placuit, ut fieret, cum spiritus dei superferebatur super aquam.

20 9. Quaeri etiam solet, quae forma et figura caeli esse credenda sit secundum scripturas nostras. multi enim multum disputant de his rebus, quas maiore prudentia nostri auctores omiserunt ad beatam uitam non profuturas discentibus et occupantes, quod peius est, multum pretiosa et rebus salu-
25 bribus inpendenda temporum spatia. quid enim ad me pertinet, utrum caelum sicut sphaera undique concludat terram in media mundi mole libratam, an eam ex una parte desuper

1 illi] eius *PR¹Sbd* dedit ei et retribuetur illi (*sigma adscr. m. 2*) *E*
 2 in *om. P er. R* 5 *qu·app̄* (*p ex p m. 2*) *R* 7 audiuius *E¹*
 aeternitatem *PR¹Sbd*, (*s. l. m. 2 add.*) *E*: aeterni *E¹* 8 scri-
 turae *E* 9 audiuius *exp. m. 1 E* 10 factam] facta *E¹* 11 con-
 dendae] conditae *PR¹* natura] creatura *SE²* 13 faciendae] *EPS*
 audiuius *E¹* 14 et] ac *bd* 21 nostras] sc̄as *S* 22 his] iis *d*
 23 profutura *P¹* dicentibus *P* 24 pretiosa] proluxa *b* praetiosa *EPRS*
 26 sphaera *EPRS* sphaera *b* undi que *P* terra *E¹* 27 ea *E¹*

uelut discus operiat? sed quia de fide agitur scripturarum, propter illam causam, quam non semel commemorauimus, ne quisquam eloquia diuina non intellegens, cum de his rebus tale aliquid uel inuenit in libris nostris uel ex illis audierit, quod perceptis a se rationibus aduersari uideatur, nullo modo eis cetera utilia monentibus uel narrantibus uel praenuntiantibus credat, breuiter dicendum est de figura caeli hoc scisse auctores nostros, quod ueritas habet; sed spiritum dei, qui per eos loquebatur, noluisse ista docere homines nulli salutis profutura.

Sed, ait aliquis, quomodo non est contrarium his, qui figuram sphaerae caelo tribuunt, quod scriptum est in litteris nostris: qui extendit caelum sicut pellem? sit sane contrarium, si falsum est, quod illi dicunt; hoc enim uerum est, quod diuina dicit auctoritas. potius quam illud, quod humana infirmitas conicit. sed si forte illud talibus illi documentis probare potuerint, ut dubitari inde non debeat, demonstrandum est hoc, quod apud nos de pelle dictum est, ueris illis rationibus non esse contrarium; alioquin contrarium erit etiam ipsis in alio loco scripturis nostris, ubi caelum dicitur uelut camera esse suspensum. quid enim tam diuersum et sibimet aduersum quam plana pellis extensio et camerae curua conuexio? quodsi oportet, sicut oportet, haec duo sic intellegere, ut concordare utrumque nec sibimet repugnare inueniatur, ita oportet etiam utrumlibet horum illis non aduersari dispositionibus, si eas forte ueras certa ratio declarauerit; quibus

13 Ps. 103, 2 20 cf. Es. 40, 22

1 operiant *E*¹ agitur (a *in ras.*) *R* scribaturarum *E* 2 semel] simul *b* 3 intellens *S*¹ 5 a se rationibus] assertionibus *b* 6 momentibus *E*¹ pronuntiantibus (anti *s. l. m.* 1) *S, d* 8 spiritus *E* 9 eos] ipsos *PRSt d* 11 his] iis *d* 12 sperae *E* sphaerae *PS* spēre *b* litteris] libris *Sb* 13 extendet *S* sit] sit (*t m.* 1 *super c scr.*) *P* sic *E*¹ sanae *R* 16 sed si forte *om. P*¹ 18 apud *E*¹ *R* 22 est de pelle dictum *b* ueris (e *supra i m.* 1) *P* 21 camerā *PR* 22 camere *P*¹ curba *E*¹ conuexio *E*¹ conuexio (*v s. l. m.* 1) *P* 23 sic-uti *PRSt d* 26 eas *om. l*¹

docetur caelum sphaerae figura undique esse conuexum, si tamen probatur.

Et illa quidem apud nos camerae similitudo etiam secundum litteram accepta non impedit eos qui sphaeram dicunt. bene
 5 quippe creditur secundum eam partem, quae super nos est, de caeli figura scriptura loqui uoluisse. si ergo sphaera non est, ex una parte camera est, ex qua parte caelum terram contegit; si autem sphaera est, undique camera est. sed illud, quod de pelle dictum est, magis urget, ne non sphaerae, quod
 10 humanum est forte commentum, sed ipsi nostrae camerae aduersum sit. quid autem hinc allegoriae senserim, Confessionum nostrarum liber tertius decimus habet. siue igitur ita, ut ibi posui, siue aliquo alio modo intellegendum sit caelum sicut pellis extentum, propter molestos et nimios
 15 exactores expositionis ad litteram hoc dico, quod, sicut arbitrator, omnium sensibus patet. utrumque enim fortasse, id est et pellis et camera, figurate intellegi potest, utrumque autem ad litteram quomodo possit, uidendum est. si enim camera non solum curua, sed etiam plana recte dicitur, profecto et pellis non solum in planum, uerum etiam in rotundum sinum extenditur. nam et uter et uesica pellis est.

10. De motu etiam caeli nonnulli fratres quaestionem mouent, utrum stet ane moueatur. quia, si mouetur, in-

11 Confession. XIII 15

1 sphaera EPS sphaere R sperę b figuram E¹ undequę P¹
 2 probatur et illa (sic con.) b 3 camere E 4 acceptam E¹ sphaeram S speram EPR sperą b 5 ea parte E¹ nos (s. m. 1 s. l.) E
 6 scripturam RSbd spera E sphaera PRS sperą b 8 conteget S contigit PR¹ spera E sphaera SR sperą b undequę P¹ 9 urget S sphaera E sphaera PRS sperę b 10 nostri E¹ camere R 11 allegorice PS allegorice E²Rbd 13 alio aliquo S 15 littera E¹ 16 fortasse] forse P¹ id est om. b 17 intellegi figurate E 18 autem] enim S 19 curba E¹ rectae R 20 rotundum E¹ 21 post uter add. sicut bd uessica R ues P¹ ante pellis add. sicut P, quod in R eras. est 22 cap. VIII E etiam ante nonnulli add. E questionem S 23 mobunt E¹ ane] an bd mouetur] moueatur b

quiunt, quomodo firmamentum est? si autem stat, quomodo sidera, quae in illo fixa creduntur, ab oriente usque ad occidentem circumeunt septentrionibus breuiores gyros iuxta cardinem peragentibus, ut caelum, si est alius nobis occultus cardo ex alio uertice, sicut sphaera, si autem nullus alius cardo est, uelut discus rotari uideatur. quibus respondeo multum subtilibus et laboriosis rationibus ista perquiri, ut uere percipiatur, utrum ita an ita sit: quibus ineundis atque tractandis nec mihi iam tempus est nec illis esse debet. quos ad suam salutem et sanctae ecclesiae necessariam utilitatem cupimus informari. hoc sane nouerint nec nomen firmamenti cogere, ut stare caelum putemus — firmamentum enim non propter stationem, sed propter firmitatem aut propter intransgressibilem terminum superiorum et inferiorum aquarum uocatum intellegere licet — nec, si ueritas caelum stare persuaserit, inpediri nos circuitu siderum, ne hoc intellegere possimus. et ab ipsis quippe, qui haec curiosissime et otiosissime quaesierunt, inuentum est etiam caelo non moto, si sola sidera mouerentur, fieri potuisse omnia, quae in ipsis siderum conuersionibus animaduersa atque comprehensa sunt.

11. Et dixit deus: congregetur aqua, quae est sub caelo, in congregationem unam, et adpareat arida. et factum est sic. et congregata est aqua, quae est sub caelo, in congregationem suam, et adparuit arida. et uocauit deus aridam terram et congregationem

21 Gen. 1, 9. 10

2 sydera *S* in *om.* *P*¹ 3 septentrionalibus *b* gyros *S* 5 sphaera *PRS*
 spera *E* spera *b* 6 cardo est alius *S* 8 an] an non *bd* adque *P*
 9 iam mihi *d* 10 salutem suam *PRbd* aeclesiae *E* 12 caelum
om. *b* 13 firmitatem] firmamentum *S* 15 intellegere. Licet nec *P*
 ueritas (u s. l. m. 1) *E* 16 inpedire *S* inpedire *P*¹ circuitu *b*
 nec *SR*^{2b} ne* (c er.) *E* 17 possumus *PR*^{1b} haec (s. l. m. 2 ad hoc) *E*
 hoc *b* 18 quaesierunt *PRbd* 19 mouerentur] uerterentur *R*^{1b}*bd*
 20 conpraehensa *ER* 21 quae sub caelo est *Rbd* 22 congregatione
 una *E*¹ 23 sub caelo est *PRbd* 24 congregatione *E*¹ suam] sua *E*¹
 unam *bd* 25 congregationes *PR*^{1b}*bd*

aquae uocauit mare. et uidit deus, quia bonum est.
 iam de hoc opere dei propter alterius rei quaerendae necessi-
 tatem in primo nostro uolumine satis tractauimus. hic itaque
 breuiter admonemus, ut, quem forte non mouet, quando
 5 species aquarum terrarumque creata sit, quaerere, accipiat
 isto die non esse factum, nisi ut secernerentur haec duo
 elementa inferiora. quem uero mouet, cur in diebus facta
 sit lux et caelum, extra dies autem uel ante omnes dies
 aqua et terra, et cur ad dei uerbum facta sint illa dicente
 10 deo: fiat, haec autem deo quidem dicente discreta, non autem
 deo dicente facta inueniantur: habet, quod salua fide intellegat.
 scilicet id, quod dictum est ante dierum enumerationem:
 terra erat inuisibilis et inconposita, cum commendaret
 scriptura, cuiusmodi terram fecerat deus, quia praedixerat:
 15 in principio fecit deus caelum et terram, nihil aliud
 his uerbis quam materiae corporalis informitatem insinuare
 uoluisse, eligens eam usitatius appellare quam obscurius, si
 tamen tardo intellectui non subrepat, ut, materiam et speciem
 quia uerbis scriptura separat, conetur haec duo etiam tempore
 20 separare, tamquam prius fuerit materia et ei temporis inter-
 uallo interposito postea sit addita species, cum deus haec
 simul creauerit materiamque formatam instituerit, cuius in-
 formitatem usitato, ut dixi, uocabulo uel terrae uel aquae
 scriptura praedixit. terra enim et aqua etiam suis qualitatibus
 25 id existentia quod uidemus tamen propter facilem corruptionem

3 lib. I 12. 13 13 Gen. 1, 2 15 Gen. 1, 1

1 aquarum *PR¹Sbd* 3 nostro *s. l. m. 1 R* 4 ammonemus *P¹R*
post mouet *add.* quaerere *E²PRSbd* 5 species *R* sint *E¹* quae-
 rere *om. PRSbd* 7 uero] enim *b* 8 autem *om. E¹* 9 aquarum
 (rum *exp. m. 2) E* 10 dicente quidem deo *SRbd* dicente deo *P* qui-
 dem *om. P* discreta (*a er.*) *P* 11 dō *s. l. m. 1 P* 12 scilicet (*e*
sup. i a m. 1) P enumerationem dierum *b* 13 inuisibilis] *in P*
inanis R inconposita *EPRbd* 16 his *s. l. m. 1 R* informitate
 (*m er.*) *R* 17 elegens *P¹R¹* 18 materiam (*s. l. m. 2 at em) E*
 19 qua *S* duo haec *PR¹bd* 22 materiam quae *R* 24 praedixit *S*
 25 id *om. S* existentia (*pr. i m. 2 ex t, s in ras., i er.) E*

propinquiora sunt eidem informitati quam caelestia corpora. et quoniam per enumerationem dierum iam ex informi quaeque formata numerantur et ex ista corporali materia iam factum caelum narrauerat, cuius multum distat species a terrenis, iam, quod ex ea formandum in rerum infima parte restabat, noluit sub his uerbis in rerum creaturarum ordinem inserere, ut diceretur: fiat, non acceptura ista residua informitate talem speciem, qualem acceperat caelum, sed iam inferiorem et infirmiore atque informitati proximam, ut his potius uerbis, cum dicitur: congregentur aquae. et: adpareat arida, acceperint haec duo species proprias istas notissimas nobisque tractabiles, aqua mobilem. terra immobilem: ideo de illa dictum est: congregetur, de hac: adpareat: aqua enim est labiliter fluxa, terra stabiliter fixa.

12. Et dixit deus: germinet terra herbam pabuli 15 ferentem semen secundum genus et secundum similitudinem et lignum fructiferum faciens fructum, cuius semen eius in ipso in similitudinem suam super terram. et factum est sic. et eiecit terra herbam pabuli semen habentem secundum suum genus et secundum similitudinem et lignum fructiferum faciens fructum. cuius semen eius in ipso secundum genus super terram. et uidit deus, quia bonum est. et facta est uespera, et factum est mane dies tertius. hic moderamen ordinatoris aduertendum est, ut, quoniam distincta 25

15 Gen. 1, 11—13

2 quoniam (am *in ras.*) R 3 iam *er.* R 4 distant E¹ 5 infirma PR¹
 6 uoluit b creaturam E¹ creaturarum E²PS creādarum b ordine S
 9 infirmiore (in *exp. m.* 1) E 11 duae PS proprias S 12 nobis
 quae R aquā P aqua R terram EPS immobilem EPR
 13 ante ideo *add.* et SRbd ante adpareat *add.* autem d 14 la-
 uitur E¹ 15 pabuli E¹ 16 genus suum S 18 eius *addidi sec.* LXX
 in ipso] sit in ipso bd sit ipsius (sit *s. l. m.* 2) E ipsius SR post ipso
 tres *litt. er.* P in] secundum bd om. PS 19 eiecit terra] eiecit ds ER²
 proiecit ds S produxit terra PR¹bd 20 suum om. d genus suum b
 similitudinem P¹ 22 in ipso] in sit EPRS insit b in eo sit d 25 ordi-
 natores R¹

quaedam creatura est herbarum atque lignorum ab specie
 terrarum et aquarum, ut in elementis numerari non possint,
 seorsum de illis diceretur, ut exirent de terra, et seorsum
 illis redderentur illa solita, ut diceretur: et factum est sic,
 5 ac deinde repeteretur, quod factum est, seorsum quoque in-
 dicaretur deum uidisse, quia bonum est, tamen, quia fixa
 radicibus continuantur terris et conectuntur, ista quoque ad
 eundem diem pertinere uoluerit.

13. Et dixit deus: fiant luminaria in firmamento
 10 caeli, sic ut luceant super terram in inchoationem
 diei et noctis et ut diuidant inter diem et noctem,
 et sint in signa et in tempora et in dies et in annos; et
 sint in splendorem in firmamento caeli, sic ut luceant
 super terram. et factum est sic. et fecit deus duo
 15 luminaria magna, luminare maius in inchoationem
 diei et luminare minus in inchoationem noctis, et
 stellas: et posuit ea deus in firmamento caeli. sic ut
 luceant super terram et ut sint in inchoationem diei
 et noctis et ut diuidant inter lucem et tenebras. et
 20 uidit deus, quia bonum est. et facta est uespera, et
 factum est mane dies quartus. in hoc quarto die quae-
 rendum est, quid sibi uelit ista ordinatio, ut prius uel fierent
 uel secernerentur aqua et terra priusque terra germinaret,
 quam in caelo sidera fierent. neque enim possumus dicere
 25 electa esse quaeque meliora, quibus dierum series ita distin-
 gueretur, ut finis et medium maxime ornatius emerent;

9 Gen. 1. 14—19

1 quedam *R om. E*¹ creaturam (in *exp. m. 1*) *R* 4 illis
s. l. m. 1 R 10 sicut *SR*² ut *bd* luceat *E*¹ 11 ut *om. S* 12 in *ante*
temp. om. EPSbd in dies] dies *E* in annos] annos *ES* 13 splendo-
E splendore. *R* sic ut] sicut *PSR*² ut *bd* 15 inchoationem *E*¹*S*¹
 16 et *pr. om. b* 17 eas *ESR*²*b* firmamentum *S* sicut *SPR* ut *bd* 18 in-
 choatione *E* 19 ut *s. l. m. 1 P* 20 factum (a) *s. l. m. 2* *E, PRSb*
 uespere *SR*²*b* uespera. *P* 22 quod *E* fieret. *R* 23 aquae *PSb*
 et] a *Pb* et (in *ras. m. 1*) *R* priusque] prius quae *R* prius quippe *S*
 26 fines *ER*² emerent *S*

septem quippe dierum medius quartus est. occurrit enim illud, quia septimo die non est facta ulla creatura. an forte lux primi diei magis respondet ad quietem septimi, ut eo modo concinentibus finibus iste rerum ordo texatur eminentibus de medio luminibus caeli? sed si primus dies septimo concinit, debet ergo et secundus sexto concinere. quid autem simile habet firmamentum caeli cum homine facto ad imaginem dei? an quia caelum totam superiorem mundi partem occupat, et homini in totam inferiorem potestas dominandi tributa est? sed quid agimus de pecoribus et bestiis, quas ipso die sexto in sua genera terra produxit? quae illis cum caelo potest esse conlatio?

An potius, quoniam primo facta intellegitur lucis nomine spiritalis creaturae formatio, consequens erat, ut corporalis quoque creatura, id est mundus iste uisibilis fieret, qui factus est biduo propter duas partes suas maximas, quibus constat uniuersus, caelum scilicet et terram? secundum hanc rationis conlationem, qua et ipsa uniuersa creatura spiritalis et corporalis saepe caelum et terra nominatur, ita ut globus quoque iste turbulentioris aeris terrenae parti deputetur — exhalationibus quippe humidis corporascit — si quid uero tranquillius aeris est, ubi uentosi atque procellosi motus non possunt existere, ad caelestem partem pertineat, post hanc uniuersitatem molis corporeae fabricatam, quae uno loco tota est, quo conlocatus

2 VII^{mo} (mo *add. m. 2*) *P* 3 diei *s. l. P* respondet *E*¹ post quietem *add. diei PRSbd* 4 concinentibus] continentibus *E*¹ concinnat *P*¹ concin[n]antibus *R*¹ concinentibus *S* finibus *om. P*¹ rerum *om. PRSbd* tessatur *E*¹ 5 de] e *S* 6 concinnet *PR*¹ concinere (n *er.*) *R* 8 qui *R*¹ caelo *R*¹ 9 post totam *add. m. 2 s. l. partē E* 10 ante bestiis *add. de PSR¹bd* 11 suo genere *PRbd* 12 conlatio *E*¹ collatio *PR* 13 primū *b* 16 uiduo *E*¹ 17 uniuersum *E*¹ uniuersus mundus *b* terra *E* hanc] hanc ergo *S* 18 conlationem *E*¹*S* collationem *PR* qua] quae *S om. P* et *eras. R* ipsa *om. P*¹ uniuersa *om. S* 20 turbo lentiōris *S*¹ terreni *b* terrænae (a *pr. exp. m. 1*) *E* exalationibus *EPRS* 23 perteneat *P*¹*R*¹ 24 corporae *E*¹ corporae *S* conlocatus *E*¹*S* locatus *b*

est mundus, consequens erat, ut inpleretur partibus intra uniuersum, quae de loco in locum congruis motibus agerentur. cuius generis herbae atque arbores non sunt. radicibus quippe istae fixae sunt terrae et, quamuis habeant motus incrementorum suorum, de locis tamen propriis non mouentur nisibus suis, sed, ubi fixa sunt, ibi aluntur et crescunt; propterea magis pertinent ad terram quam ad genera rerum, quae in aquis et terris mouentur. quia ergo uisibili mundo constituendo, hoc est caelo et terrae, duo sunt adtributi dies, restat, ut his mobilibus et uisibilibus partibus, quae creantur intra illum, tres dies reliqui deputentur; et quia, sicut caelum prius factum est, ita prius est ordinandum huiusmodi partibus suis, quarto die fiunt sidera, quibus super terram lucentibus habitatio quoque inlustretur inferior, ne habitatores eius in habitationem tenebrosam inducantur. et ideo, quia infirma corpora inferiorum habitatorum succedente motibus quiete reparantur, factum est, ut circumeunte sole diei noctisque uicissitudine propter uicissitudinem dormiendi et uigilandi potirentur, nox uero illa non indecora remaneret, sed lunae ac siderum luce et ipsos consolaretur homines, quibus plerumque operandi est nocturna etiam necessitas, et quibusdam animalibus, quae lucem solis ferre non possunt, ad sufficientiam temperaretur.

14. Illud autem, quod dictum est: et sint in signa et in tempora et in dies et in annos, quis non uideat, quam obscure positum sit quarto die coepisse tempora, quasi supe-

24 Gen. I, 14

3 haerbae *R* 4 ista *PRsbd* fixa *PRsbd* 6 aluntur *E* 8 aquis (a s. l. m. 1) *P*¹ 9 atributi *E* 10 uisibilibus *R*¹ 11 prius caelum *PRsbd* 12 ornandum *Rbd* 13 suis. Quarto (*sic distinguit*) *b* 15 inducantur *R*² 16 quietae *E*¹ 17 reparatur *b* 18 propter uicissitudinem *om. E*¹ 19 poterentur *P*¹ ante non s. l. m. 2 *add. ut E* non *S*¹ 21 etiam est *b* etiam nocturna *PRsbd* quidam *P*¹ 23 temperarentur *PR*¹ 24 c. VIII *E* in *fn. om. PRsbd* 25 et in annos et in dies *E* in ante annos *om. S* 26 obscura *PR*

rius triduum sine tempore praeterire potuerit? quis igitur
 animo penetrat. quomodo illi tres dies transierunt, antequam
 inciperent tempora, quae quarto die dicuntur incipere. uel
 utrum omnino transierint dies illi? an circa speciem factae
 rei dies appellatus sit et circa priuationem nox? ut nondum
 specie formata materia nox dicta sit, unde formanda erant
 cetera, sicut potest quamuis in rebus formatis intellegi tamen
 ex ipsa mutabilitate informitas materiae; non enim spatiis
 uel locorum quasi remotior uel temporum quasi anterior
 discerni potest. an potius in ipsa re facta atque formata
 eadem mutabilitas, hoc est deficiendi, ut ita dixerim, possit
 bilitas, nox appellata sit, quia inest rebus factis, etiamsi non
 mutantur. posse mutari? uespera autem et mane non quasi
 per temporis praeteritionem et aduentum, sed per quendam
 terminum, quo intellegitur, quousque sit naturae proprie modus.
 et unde sit naturae alterius consequenter exordium? an aliqua
 alia ratio sit horum uerborum diligentius uestiganda?

Quis in tantum secretum facile inrumpat et quae signa
 dicat, cum dicit de sideribus: et sint in signa? neque enim
 illa dicit, quae obseruare uanitatis est, sed utique utilia et
 huius uitae usibus necessaria, quae uel nautae obseruant in
 gubernando uel omnes homines ad praeuidendas aeris quali-
 tates per aestatem et hiemem et autumnalem uernalemque
 temperiem. et nimirum haec uocat tempora, quae per sidera
 fiunt, non spatia morarum, sed uicissitudines adfectionum
 caeli huius. nam si aliquis uel corporalis uel spiritalis motus
 conditionem istorum luminarium praecessit, ut aliquid a futura
 expectatione per praesens in praeteritum traiceret, sine tem-

1 tridum *E* igitur] ergo *bd* 2 penetret *b* transierint *E²P¹Rbd*
 transire potuerint *S* 3 iniquiperent *E¹* 5 sit] est *S* priuationem *E¹*
 nox] nos *E¹* 6 nox] nos *E¹* 7 formatis (ati *in ras.*) *R* tamen]
 cū *b* 8 ex] in *PSbd* ex (*in ras.*) *R* mutabilitatem *E¹* 10 relecta *S¹*
 12 rebus] in rebus *Pb*, (*in eras.*) *R* 13 uesperae *S* 15 quod *S*
 propriae *PR¹Sb* proprius *d* 18 inrumpat *E¹* 20 et *om.* *PR¹b*
 22 homines omnes *E* praeuidendos *b* aeris *om.* *S* 23 hiemem *R*
 24 nimirum *P¹* uocat *R¹* 25 uicissitudine *P* 28 traicerit *S*

pore esse non potuit. et quis obtineat non fuisse nisi ab exordio siderum conditorum? sed certae horae et dies et anni, quos usitate nouimus, non fierent nisi motibus siderum. itaque si hoc modo intellegamus tempora, dies et annos, ut
 5 articulos quosdam, quos per horologia computamus, uel in caelo notissimos, cum ab oriente usque in meridianam altitudinem sol insurgit atque inde rursus usque in occidentem uergit, ut possit deinceps aduerti uel lunam uel aliquod sidus ab oriente statim post occasum solis emergere, quod
 10 item cum ad meridianam caeli uenerit altitudinem, medium noctis indicet, tunc scilicet occasurum, cum sole redeunte fit mane; dies autem totos solis ab oriente usque ad occidentem circuitus; annos uero uel istos usitatos solis anfractus, non cum ad orientem, quod cotidie facit, sed cum ad eadem loca
 15 siderum redit — quod non facit nisi peractis trecentis sexaginta quinque diebus et sex horis, id est quadrante totius diei, quae pars quater ducta cogit interponi unum diem, quod Romani bissextum uocant, ut ad eundem circuitum redeatur, uel etiam maiores et occultiores annos; nam con-
 20 pletis aliorum siderum spatiis maiores anni fieri dicuntur — : si ergo ita intellegamus tempora, dies, annos, nemo dubitat haec sideribus et luminaribus fieri. ita enim positum est, ut incertum sit, utrum ad omnia sidera pertineat, quod dictum est: sint in signa et in tempora et in dies et in annos.

1 quid (s. l. m. 2 at s) E optineat EP 2 sed certae] secute S certe EP ore E¹ 3 usitate (a er.) P fierint d nisi E¹ 4 itaque om. R¹ si hoc in ras. R dies] et dies S et annos om. S 5 ante articulos add. tempora bd, m. 2 add. id est sicut R orologia E¹S¹ computamus E 6 notissimos] notamus S 7 insurgit (it ex & m. 1) S 8 uergit (it ex & m. 1) S luna PRSbd 9 sidus S 10 meridianam] mediam E²PRSbd 11 occurrurum P¹ 12 totos E¹. in ras. R totus S occidentem] orientem E²P¹d 13 istos om. S anfractos S¹R¹ anfractus b 14 cottidie ES 15 trecentos P¹R 16 sex] tribus S oris R 17 pars s. l. m. 1 R 18 bissextum b eundem] eum P¹ 19 completis Eb 21 ante annos add. et E²Sbd dubitat a(t in ras.) R 24 in tempora] tempora E¹PR¹bd et in dies] et dies E¹R¹ in ante annos om. S

an signa et tempora ad cetera, dies uero et anni ad solem tantummodo.

15. Qualis etiam luna facta sit, multi loquacissime inquirunt. atque utinam inquirentes loquantur ac non potius docere conantes! dicunt enim ideo plenam factam, quia non decebat, ut deus imperfectum aliquid illo die faceret in sideribus, quo scriptum est, quod facta sint sidera. qui autem resistunt, dicunt: ipsa ergo debuit prima luna dici, non quarta decima; quis enim incipit ita numerare? ego autem medius inter istos ita sum, ut neutrum adseram, sed plane dicam, siue primam siue plenam lunam deus fecerit, fecisse perfectam. ipsarum enim naturarum est deus auctor et conditor. omnis autem res quidquid progressu naturali per tempora congrua quodammodo prodit atque explicat etiam ante continebat occultum, si non specie uel mole corporis, ui tamen et ratione naturae. nisi forte arbor, quae per hiemem pomis uacua foliisque nudata est, tunc imperfecta dicenda est, aut uero in primordiis etiam suis, cum adhuc nullum fructum dedisset, imperfecta erat illa natura. quod non tantum de arbore, sed nec de ipso eius semine recte diceretur, ubi omnia, quae progressu temporis quodammodo procedunt, modis inuisibilibus latent. quamquam si aliquid deus imperfectum fecisse diceretur, quod deinde ipse perficeret, quid reprehensionis haberet ista sententia? iure autem displiceret, si id. quod ab illo inchoatum esset, ab alio perfectum esse diceretur.

Qui ergo de terra non queruntur, quam fecit deus, cum in principio fecit caelum et terram, quia inuisibilis erat et inconposita et postea tertia die conspicua redditur atque con-

3 cap. X E 6 quo] quod E¹ 7 est om. b sunt b 8 debuit ergo S 9 inquit E¹ enumerare Sb^d 10 adseram E¹ 11 perfectum E¹ 13 quicquid E²SR progressu (u in ras. m. 2) R 14 etsi E²PRSb^d 15 ui] sui R¹Pb^d et om. R¹b^d 20 quae] q; R 22 fecisse (i sup. e m. 1) P 23 repraehensionis EPR sententia R sententia E¹ 24 esset] esse S 25 diceretur (dicerentur P) esse perfectum PRSb^d 26 quid S quaeruntur EPR¹ 27 ante caelum add. deus PRSb^d terra E¹ inconposita EPb^d 28 tertio PRSb^d componitur EPRb^d

ponitur, quid sibi de luna tenebras faciunt quaestionum? aut si, quod de terra dictum est, non temporis interuallo, cum simul deus materiam rebus concreauerit, sed narrationis distributione intellegunt dictum, cur in hoc, quod etiam oculis
 5 uideri potest, non intuentur integrum corpus habere lunam et tota sua rotunditate perfectum, etiam cum lumine corniculato siue incipiens ad terras lucere siue desinens fulget? si ergo lumen in ea crescit uel perficitur uel minuitur, non luminare ipsum, sed illud, quod accenditur, uariatur; si autem ex una
 10 sphaerulae suae parte semper lucet, sed, dum eam partem conuertit ad terram, donec totam conuertat, quod a prima usque ad quartam decimam fit, crescere uidetur, semper est plena, sed terrae habitatoribus non semper adparet. haec eadem ratio est, et si solis radiis inlustratur. non enim potest etiam
 15 sic, cum soli proxima est, nisi lucidis cornibus adparere, quia cetera pars, quae tota in orbem inlustratur, non est ad terras, ut uideri possit, nisi cum soli contraria est, ut totum terris adpareat, quod eius inluminat.

Non desunt tamen, qui non eo se arbitrari dicunt lunam
 20 primitus a deo quartam decimam factam, quia plena facta credenda est, sed quia in scripturis dei uerba sic habent: lunam factam in inchoationem noctis; tunc autem noctis exordio uidetur, cum plena est, alias uero et per diem incipit uideri ante plenitudinem et in progressu noctis tanto ampliore
 25 quanto minuitur. sed qui per inchoationem noctis non intellegit nisi principatum — nam et graecum uerbum hoc magis indi-

22 Ps. 135, 9

1 tenebras de luna PR 3 materiam rebus] res b 4 distributionem E¹P¹
 distributionem R 5 uidere S 6 rotunditate E¹ corniculato P
 corniculato (nicu in ras. m. 2) R 7 incipiens E¹ 8 crescit P¹R
 9 accenditur S 10 sphaerulae ER sphaerulae PS sphaerulae b partem
 (item m. 2 in ras.) E 11 conuertet S quod in ras. m. 2 E 12 ad
 om. b fit] fecit S 14 si] cum S sol b 16 totam S inlustrata P¹
 17 possit (t s. l. m. 1) P 18 illuminatur d 23 incipiunt E¹
 24 ampliore S 25 minuetur S 26 et hoc b magis hoc S

cat, cum dictum est: ἀρχήν, et in Psalmis apertius scriptum est: solem in potestatem diei, lunam et stellas in potestatem noctis — non cogitur a quarta decima numerare et credere lunam factam primo esse non primam.

16. Quaeri etiam solet, utrum caeli luminaria ista conspicua. 5
id est sol et luna et stellae, aequaliter fulgeant, sed, quod diuersis interuallis distent a terra, propterea diuersa claritate magis minusque nostris oculis adpareant. et de luna quidem qui haec dicunt, non dubitant eam minus lucere quam solem, a quo etiam perhibent inlustrari. multas autem stellas uel 10
aequales soli uel etiam maiores audent dicere, sed longius positas paruas uideri. et nobis quidem potest fortasse sufficere. quoquo modo se ista res habeat, artifice deo condita sidera. quamquam teneamus auctoritate apostolica dictum: alia gloria 15
solis et alia gloria lunae et alia gloria stellarum; stella enim ab stella differt in gloria. sed quia possunt adhuc dicere. etiamsi non resistant apostolo: differunt quidem in gloria. sed ad oculos terrenorum, aut, quia hoc propter resurrectionum similitudinem dicebat apostolus, qui non utique ad oculos aliter erunt et in se aliter, differunt quidem et in se 20
ipsis sidera in gloria, sed tamen nonnulla sunt etiam sole maiora, ipsi uiderint, quemadmodum soli tam magnum tribuant principatum. ut eum radiis suis quasdam stellas et eas quidem principales, quibus amplius supplicant isti quam ceteris, et tenere dicant et retro agere a cursu proprio. non enim fit uerisimile 25

2 Ps. 135, 8. 9 14 I Cor. 15, 41

1 arcim *E*¹ archin *E*²*PRS* 3 a quartâ decimâ *R*¹ numerari *E*¹*S*
5 cap. XI *E* 6 quod *om.* *b* 7 distenta *S* 8 minusque] minusquod *S*
appareant (n. s. l. m. 1) *S* 9 hoc *S* minus eam *PRSbd* solem]
solet *E* 10 illustari *b* autem] etiam *in ras. m.* 2 *R* 12 paruas]
possint *S* 13 quoquo] qui quoquo *b* artifice] scimus artifice *b*
15 *pr.* et *om.* *EPRbd* 16 ab] a *b* 17 resistunt *S* 18 terrae-
norum *R* resurrectionum *S* 19 qui] quia *P* 20 aliter. Differunt
(sic!) *b* 22 quemadmodum *P*¹ tam magnum soli *S* 24 amplius
isti quam ceteris supplicant *PRSbd* supplicant *EP* temere (s. l.
m. 2 *supra* me *scr.* ne) *E* 25 a *om.* *F*

maiores aut etiam aequales uiolentia radorum eius posse
superari. aut si superiores signorum stellas uel septentrionum
maiores esse adserunt, quae nihil tale a sole patiuntur, cur
istas per signa circumeuntes amplius uenerantur? cur
5 eas signorum dominas perhibent? etsi enim regradationes illas
siderum, uel fortasse tarditates, non a sole fieri quisque con-
tendat, sed aliis occultioribus causis, soli tamen istos in suis
deliramentis, quibus uim fatorum a ueritate deuii suspicantur,
praecipuam tribuere potestatem ex libris eorum certe mani-
10 festum est.

Sed dicant quod uolunt de caelo alieni a patre, qui est in
caelis; nobis autem de interuallis et magnitudine siderum
subtilius aliquid quaerere talique inquisitioni rebus grauioribus
et melioribus tempus necessarium impendere non expedit nec
15 congruit. et melius credimus esse ea ceteris maiora luminaria,
quae sancta scriptura ita commendat: et fecit deus duo
luminaria magna, quae tamen non sunt aequalia. nam con-
sequenter dicit, cum ea ceteris praeposuerit, inter se ipsa
differre. ait enim: luminare maius in inchoationem diei
20 et luminare minus in inchoationem noctis. certe enim
uel hoc concedent oculis nostris, ut ea manifestum sit amplius
ceteris lucere super terram nec diem clarere nisi luce solis
nec noctem tot stellis adparentibus ita lucere, si luna desit,
quemadmodum praesentia illius inlustratur.

25 17. De fatiis autem qualeslibet eorum argutias et quasi

16 Gen. 1, 16

3 adserunt *E*¹ solo *R* 4 ista *PRd* signa] singula *S* 5 pro-
hibent *S* 8 factorum *ES* deuiis *S* deui^{septem} (septem *exp. m. 2*) *E*
suspiciuntur *P*¹ 9 tribuē (*fn. uers.*) *R* 14 necessarium tempus *PRsbd*
non] nec *PRsbd* 15 congruet *S* ea esse *PRsbd* 16 et *om. EPR*
17 magna luminaria *EPRb*; *sed cf. pag. 51, 15* aequalia (*e s. l. m.*
1) *E* 19 differe *E*¹ inchoatione *S* 20 inchoationem (*m exp. m. 1*) *S*
21 concedat *b* manifesta *S* 22 caeteris *R* clarere] clarere super
terram *S* 24 quemadmodum *P*¹*R* inlustratur *E*¹ 25 *cap. XII E*
*fa-tis R post autem add. siderum bd qualeslibet E*¹ argutias]
angustias *PR*¹, *in marg. b*

de mathesi documentorum experimenta, quae illi ἀποτε-
 λίσματα uocant, omnino a nostrae fidei sanitate respuamus;
 talibus enim disputationibus etiam orandi causas nobis auferre
 conantur et inopia peruersitate in malis factis, quae rectissime
 reprehenduntur, ingerunt accusandum potius deum auctorem
 siderum quam hominem scelerum. sed quod animae nostrae
 non sint natura corporibus ne quidem caelestibus subditae,
 audiant et philosophos suos; quia uero terrenis corporibus
 illa corpora superiora non ad ea, quae ipsi tractant, potentiora
 sunt, uel hinc aliquando cognoscant, quia, cum multa corpora
 diuersorum generum, uel animantium uel herbarum et arbusto-
 rum, uno simul puncto temporis seminentur unoque puncto
 temporis innumerabiliter multa nascantur, non tantum diuersis,
 sed etiam isdem terrarum locis tantae sunt uarietates in pro-
 gressibus, in actibus et passionibus eorum, ut uere isti, sicut
 dicitur, perdant sidera, si ista considerent.

Quid autem insulsius et hebetius quam, cum istis rebus
 conuincuntur, dicere ad solos homines sibi subiciendos fatalem
 stellarum pertinere rationem? in quibus tamen etiam ipsi de
 geminis conuincuntur, quorum diuerse uiuentium, diuerse
 felicium uel infelicium diuerseque morientium easdem plerumque
 constellationes accipiunt, quia, etsi interfuit aliquid, cum de
 utero funderentur, in nonnullis tamen tantum interest, quantum

19 cf. Gen. 25, 25

1 matesi *P om. ES eras. in R* experimentum *Pb* experimenta (a
in ras. R apotelesmata *ESb* apotelismata *P* aputuesmata (tueles
m. 2 in ras. quae in mg. add. ad apotelesmata) R 2 nostre *S* re-
 spuimus *S* 4 impia *E* 5 repraehenduntur *ER* accusandum] ad
 causandum (*in mg. ad accusandū*) *b* 6 hominum scelera *b* scelerum]
 scelerum commissorum *S* 7 sit *E*¹ nature (*e in ras. m. 2) R* nec *Eb*
 subdite *S* 8 philosophos *S* suos (*s init. s. l. m. 1) S* quia]
 quid *R*¹ 10 quia *om. PR*¹ 12 unoquoque *R* 14 hisdem *EPR*
 iisdem *bd* tante *R* progressibus] professionibus (oni *exp. m. 1) E*
 15 possessionibus *PR*¹ uere isti] uesti *S* 16 considerant *d* 17 quam
*om. E*¹ 18 sibi *om. b* subitiendos *R* 19 ipsis *SR*² 20 gminis *E*¹
 diuersae *ESPR* uiuorum *PR* diuersae *EPR* 21 uel infelicium
*om. P*¹ diuersaeque *EPRS* 23 in *om. E*¹

ab istis comprehendi computatione non possit. manus sequentis Iacob, dum nascerentur, inuenta est pedem fratris praecedentis tenens; usque adeo sic nati sunt, quasi unus infans in duplum prolixior nasci uideretur. horum certe constellationes, quas
 5 appellant, nullo modo dispaes esse potuerunt. quid ergo uanius, quam ut illas constellationes intuens mathematicus ad eundem horoscopum, ad eandem lunam diceret unum eorum a matre dilectum, alterum non dilectum? si enim aliud diceret, falsum profecto diceret; si autem hoc diceret, uerum quidem, sed
 10 non secundum suorum librorum ineptas cantuunculas diceret. quodsi huic historiae, quia de nostris profertur, nolunt credere, numquid et naturam rerum delere possunt? cum ergo se minime falli dicant, si horam conceptionis inuenerint, saltem sicut homines non dedignentur conceptum considerare gemi-
 15 norum.

Ideoque fatendum est, quando ab istis uera dicuntur, instinctu quodam occultissimo dici, quem nescientes humanae mentes patiuntur. quod cum ad decipiendos homines fit, spirituum seductorum operatio est: quibus quaedam uera de temporalibus
 20 rebus nosse permittitur partim subtilioris sensus acumine, quia corporibus subtilioribus uigent, partim experientia callidior propter tam magnam longitudinem uitae, partim sanctis angelis, quod ipsi ab omnipotente deo discunt, etiam iussu eius sibi reuelantibus, qui merita humana occultissimae iustitiae
 25 sinceritate distribuit. aliquando autem idem nefandi spiritus etiam quae ipsi facturi sunt uelut diuinando praedicunt. quapropter

1 conprehendi ER posset b 2 nascerentur (n fin. s. l. m. 1) E
 5 esse] se P poterunt Pb potuerunt (pr. u in ras. m. 2) R 7 oro-
 scopum E¹ ad] et ad b matre] mare E¹ 9 uerum] et uerum S
 10 canticulas S 11 storiæ E¹ proferuntur P 13 horam (h in ras.
 m. 2) R saltim PSR¹ 14 hominis R¹ 16 cap. XIII E stinctu R¹
 17 mentis PR 18 spiritum E¹S 19 operatio est (o est in ras. m. 2) E
 uero P 20 rebus om. P¹ permittunt P permittuntur b promittitur R
 partim] partim quia Sbd 21 ante quia add. partim bd subtilibus ES
 partim—partim in mg. inf. m. 1 R 22 partem R a sanctis b 24 occul-
 tissime PS 25 iidem d 26 ipsi quae S sunt om. P¹ uelud S
 praedicunt (sup. u. m. 2 add. a) E predicunt P quapropter (i del. m. 1) P

bono christiano siue mathematici siue quilibet iupie diuinantium, maxime dicentes uera, cauendi sunt, ne consortio daemoniorum animam deceptam pacto quodam societatis inretiant.

18. Solet etiam quaeri, utrum caeli luminaria ista conspicua corpora sola siut an habeant rectores quosdam spiritus suos, 3
et, si habent, utrum ab eis etiam uitaliter inspirentur, sicut animantur carnes per animas animalium, an sola sine ulla permixtione praesentia. quod licet non facile comprehendere possit, arbitror tamen in processu tractandarum scripturarum oportuni-
ora loca posse occurrere, ubi nobis de hac re secundum sanctae 10
auctoritatis regulas etsi non ostendere certum aliquid, tamen credere licebit. nunc autem seruata semper moderatione pie grauitatis nihil credere de re obscura temere debemus, ne forte, quod postea ueritas patefecerit, quamuis libris sanctis
siue testamenti ueteris siue noui nullo modo esse possit ad- 15
uersum, tamen propter amorem nostri erroris oderimus. nunc ad librum operis nostri iam tertium transeamus.

LIBER TERTIUS.

1. Et dixit deus: educant aquae reptilia animarum uiuarum et uolatilia super terram secundum firmamentum caeli. et factum est sic. et fecit deus cetos magnos
et omne animal reptilium, quae eduxerunt aquae secun- 20

19 Gen. 1, 20—23.

1 quilibet (q *in ras. m.* 2) *R* 2 daemoniorum *S* 3 inretiant *E*¹
4 cap. XIII *E* 5 quosdam rectores *S* 8 permixtione *R* praesentia
R om. b post licet *add.* in praesenti *bd* facile non possit
comprehendi *b* conpraehendi *ER* 11 regulas] litteras *b* certam *P*
12 pie *PRS* 13 de re] debere *E*¹ taemere *P* 17 iam *om. E*¹
Explicit liber secundus. Incipiunt capitula libri tertii *fol. 30 E* Explicit
liber secundus. Incipit liber tertius (*litt. mai. color.*) *fol. 39^b P* Explicit
liber secundus. Incipit liber tertius (*litt. mai.*) *pag. 50^b S fol. 63^b R*
fol. 16 C

18 Explicuerunt capitula. Incipit liber tertius *fol. 31 E* Incipit liber
tertius (*litt. mai. rubr.*) *fol. 40^a P* 20 secundum] secundum (*pr. u sup.*
e m. 1) *P* et secundum *b* 21 coetos *ER*¹ coetus *P¹SR²* 22 quae
(*e s. l. m. 1*) *E*

dum genus eorum. et omne uolatile pennatum secundum genus. et uisit deus, quia bona sunt. et benedixit ea deus dicens: crescite et multiplicamini et implete aquas in mari, et uolatilia multiplicentur super terram.
 5 et facta est uespera, et factum est mane dies quintus. nunc in inferiore parte mundi ea, quae spiritu uitae mouentur, fiunt, et primum aquarum, quod aeris qualitati proximum elementum est, quia huic caelo, in quo sunt luminaria, ita uicinus est aer, ut et ipse caeli nomen acceperit; sed nescio,
 10 utrum etiam firmamentum possit uocari. dicuntur autem caeli pluraliter in una eademque re, quae dicitur unum caelum. nam cum in hoc libro singulari numero dicatur caelum, quod diuidit inter aquas, quae supra, et eas, quae infra sunt, in illo tamen psalmo, et aquae, inquit, quae super caelos sunt,
 15 laudent nomen domini. et caelos caelorum si bene intelligimus sidereos aeriorum, tamquam superiores inferiorum, et hos in eodem psalmo accipimus, ubi dictum est: laudate eum, caeli caelorum, satis adparet hunc aerem non solum caelum, sed etiam caelos dici, sicut dicuntur et terrae, nec
 20 aliud significatur quam illa quae singulariter terra dicitur, quando dicimus orbem terrarum et orbem terrae.

2. Hos etiam aeries caelos quondam perisse diluio in quadam earum, quae canonicae appellantur, epistula legimus. neque enim umida illa natura, quae ita concreuerat, ut cubitis
 25 quindecim altissimorum montium transcenderet uertices, potuit

14 Ps. 148, 4. 5 17 Ps. 148, 4 22 cf. II Petr. 3, 6 25 cf. Gen. 7, 20; cf. De ciuit. dei lib. XX 18

1 pinnatum *E¹P¹* 2 genus suum *b* 3 deus *om.* *R* implete] implete *EPR* replete *Sbd* 4 in mari] maris *ER²* 6 eaq; *R* 7 et fiunt *b* qualitate *R* 9 nomen caeli *S* nomine *E¹* 10 uocari *S¹* cap. I *E* 13 eas] eadem *b* easq; *R* 14 inquit *P* caelos (*s. l. m. 1*) *R* 15 intellegamus *PR* intelligamus *b* 16 sidereos *E¹* syderios *E²S* aereorum *b* 18 post hunc *lit. 3 litt. P* aerem *P* 20 aliut *R* dicitur terra *S* 22 cap. II *E* aereos *Pb* periisse *bd* diluio *E* 23 appellantur (*n in ras. m. 2*) *R* epistula* (*e er; ex u m. 2 fec. o*) *E* 24 humida *Ebd* 25 potui *E¹*

ad sidera peruenire. sed quia huius aeris umidioris, in quo aues uolant, uel tota uel prope tota spatia compleuerat, perisse, qui fuerant, caelos in illa epistula scribitur. quod nescio quemadmodum possit intellegi nisi in aquarum naturam pinguioris huius aeris qualitate conuersa; alioquin non perierunt tunc isti caeli, sed sublimius erecti sunt, cum locum eorum aqua occuparet. itaque facilius eos secundum illius epistulae auctoritatem perisse credimus et alios, sicut ibi scribitur, repositos extentis uidelicet exhalationibus, quam sic erectos, ut eis superioris caeli natura loco suo cederet.

Oportebat itaque, ut in creandis habitatoribus inferioris huius mundi partis, quae saepe terrae nomine tota commemoratur, prius producerentur ex aquis animalia, postea uero de terra, quod ita sit aeri aqua similis, ut eius exhalationibus pinguescere probetur, ut et spiritum procellae faciat, id est uentum et nebula contrahat, et possit uolatus auium sustinere. quapropter etiamsi uerum dixit quidam saecularium poetarum: nubes excedit Olympus, et: pacem magna tenent, quia perhibetur in Olympi uertice aer esse tam tenuis, ut neque nebulis obumbretur nec turbetur uento nec sustentare alites possit nec ipsos, qui forte ascenderint homines, crassioris

7 cf. II Petr. 3. 5—7 18 Lucani Pharsalia 2, 271. 273 19 cf. Aug. De ciuit. dei XV 17

1 quia* (m er; i s. l. m. 1) P humidioris ESbd 2 uolant E' uolitant E²PRsbd compleuerat Ebd periisse bd 3 illa] ipsa C 4 quemadmodum EPR 5 pinguioris (i med. s. l. m. 1) E non] nono (o fin. exp. m. 1) E 7 occupauerat d epistulae E¹ 8 periisse bd credimus periisse b 9 extentis] extenuatis R²bd exhalationibus E¹PRSC erectos (a er.) P ei PRC 10 superiori- bus b cederet S succederet b 11 oportet b 12 partis (i ex e) E, (i sup. e m. 1) S sepe SR terra PR¹ commemoratur P 14 aeri (i sup. e m. 1) P exalationibus E¹P exalationibus (t er.) R 15 et s. l. m. 1 R procellae (a s. l. m. 1) P 16 abium P 18 nubis Weber Luc. Phars. excedet S magna cod. Luc. in ed. Weber: magnam EPRSCb summa d tenet PR¹C 19 perhibentur S¹ prohibetur R¹ tinuis P¹ 20 nebulis] nubibus PR¹Cbd nec] neque (bis) bd alites (s in ras. m. 2) R 21 neque bd ascenderent PR crassiores S

aurae spiritu alere, sicut in isto aere consuerunt, tamen et ipse aer est, unde aquis uicina qualitate diffunditur, et propterea ipse quoque in humidam naturam conuersus diluuii tempore creditur. neque enim arbitrandum est aliquid de
5 spatiis siderei caeli usurpasse, cum omnes etiam altissimos montes aqua transcenderat.

3. Quamquam de conuersione elementorum etiam inter ipsos, qui haec otiosa cura subtilissime perscrutati sunt, non parua quaestio est. alii enim dicunt omnia in omnia posse
10 mutari atque conuerti; alii uero esse aliquid omnino proprium singulis perhibent elementis, quod in alterius elementi qualitate nullo modo uertatur. unde suo loco fortasse, si dominus uoluerit, diligentius disputabimus; nunc autem, quod ad praesentem sermonem adinet, haec commemoranda existimauimus,
15 ut intellegamus seruatum esse ordinem rerum, quo prius oportuit aquarum animalia quam terrarum creata narrare.

Et nullo modo arbitrandum est praetermissum esse in hac scriptura ullum mundi huius elementum, cum quattuor notissimis eum constare persuasum sit, quia uidetur hic caelum
20 et aqua et terra commemorari, de aere autem taceri. consuetudo quippe nostrarum scripturarum est aut caeli et terrae nomine mundum appellare aut interdum addere et mare. aer itaque uel ad caelum pertinere intellegitur, si qua sunt in eius superioribus partibus tranquillissima et pacatissima spatia,
25 uel ad terram propter hunc turbulentum et caliginosum locum,

1 consueuerunt *bd* et tamen *P^b* 3 humidam *PR* diluuii (*b* in *u* *mut.*) *E* dilui *R¹* 4 aliquid] aliud *b* 5 siderei (*ei in ras. m. 2*) *E* siderii *R¹* 7 *cap. III E* 8 hic *b* odiosa *E¹* cura] curiositate *SC* subtilissime *E¹* praescrutati *PRSC* 11 elementis *PR¹* 12 fortasse (*fortassis bd*) suo loco *PRbd* 13 disputauimus (*m. 2 u med. in b mut. et s. l. add. ad declarabimus*) *E, S* ad (*d s. l. m. 1*) *R* 14 hic *b* commemoranda* (*m er.*) *P* 15 quo] quod *E¹* 16 post terrarum *add.* natura *P*, quae uox *er. est in R* narrare (*narrari d*) creata *PRCbd* 17 Et nullo] nec ullo *PRsbd* 19 costare *E¹* 20 aquam et terram *PR^b* commemorare *b* tacere *PR^b* 21 nostrarum (*no s. l. m. 1*) *E* aut] aut *ut* (*ut exp. m. 1*) *S* et] aut *b* 22 addere (*re s. l. m. 1*) *P* 24 et pacatissima *om. F¹* 25 turbulentum *S*

qui humida exhalatione pinguescit, quamuis et ipse saepius caeli nomine nuncupetur. ac per hoc non scriptum est: producant aquae reptilia animarum uiuarum, et producat aer uolatilia uolantia super terram, sed utrumque hoc animantium genus ex aquis productum esse narratur. quidquid ergo aquarum siue labiliter undosum et fluidum est siue uaporaliter tenuatum atque suspensum, ut illud reptilibus animarum uiuarum, hoc uolatilibus adpareat distributum, utrumque tamen humidae naturae deputetur.

4. Ideoque sunt etiam, qui subtilissima consideratione quinque istos manifestissimos corporis sensus secundum quatuor usitata elementa ita distinguant, ut oculos ad ignem. aures ad aerem dicant pertinere. olfaciendi autem gustandique sensum naturae humidae adtribuunt: et olfactum quidem istis exhalationibus humidis, quibus crassatur hoc spatium, in quo aues uolitant, gustatum uero istis fluxibilibus et corpulentis humoribus. nam quaecumque in ore sapiunt, ipsius oris humori commiscentur, ut sapiant, etiamsi arida cum acciperentur fuisse uideantur. ignis tamen omnia penetrat, ut motum in eis faciat. nam et humor priuatione caloris congelascit et, cum possint feruescere elementa cetera, ignis frigescere non potest; facilius quippe extinguitur, ut ignis non sit, quam frigidus manet aut fit alicuius frigidi contactu tepidior. tactus autem, qui est quintus in sensibus, terreno

1 exalatione *E¹PRSC* sepius *S* 2 nuncupetur] appelletur *C* est] esse *in ras. m.* 2 *R* 4 sed et *E* 5 quicquid *E²SR* 6 fluidum *PRSC* uaporabiliter *C* 9 umidae *S* deputatur *PRSCbd* 10 *cap. III E* qui. (b *er.*) *R* subtilissima *E¹*, (s *init. s. l. m.* 1) *R* 12 ut] et *E* 13 olfaciendi *E*, (post 1 *er. e*) *PR* 14 "naturae" sensum *E* umidae *S* olfactum *R* quidam *R¹* 15 exalationibus *E¹RS* 16 gustum *E²R²Cl* corpulentis *S* 17 umoribus *S* +oris (h *er.*) *S* 18 umori *S* sapiunt *P* 19 *cap. V E* 20 umor *S* priuatione *E¹* 21 cetera *leg. ante feruescere in S* feruescere] frigescere *b* cetera elementa *PRbd* ignis frigescere] ignescere *P¹* 22 frigescere *in ras. m.* 2 *R* 23 frigidus] frigus *E¹* manet *E¹P¹*: maneat *E²P²RSbd* fit] sit *Rbd* fiat *SC* 24 terræno *E*

elemento magis congruit; proinde per totum corpus animantis, quod maxime ex terra est, quaeque tacta sentiuntur. dicunt etiam nec uideri sine igne posse aliquid nec tangi sine terra, ac per hoc elementa omnia in omnibus inesse, sed unum-
 5 quodque eorum ex eo, quod amplius habet, accepisse uocabulum; ideo autem caloris priuatione, cum corpus nimie frigescit, obtundi sensum, quia motus pigrescit, qui ex calore inest corpori, dum ignis aerem et aer humida et humor terrena quaeque adficit, subtilioribus scilicet crassiora pene-
 10 trantibus.

Quanto autem quidque subtilius est in natura corporali, tanto est uicinius naturae spiritali quamuis longe distante genere, quandoquidem illud corpus est, illud non est.

5. Ac per hoc, quoniam sentire non est corporis, sed animae
 15 per corpus, licet acute disseratur secundum diuersitatem corporeorum elementorum sensus esse corporis distributos, anima tamen, cui sentiendi uis inest, cum corporea non sit, per subtilius corpus agitat uigorem sentiendi. inchoat itaque motum in omnibus sensibus a subtilitate ignis, sed non in
 20 omnibus ad idem peruenit. in uisu enim peruenit represso calore usque ad eius lucem, in auditu usque ad liquidiorum aerem calore ignis penetrat; in olfactu autem transit aerem purum et peruenit ad humidam exhalationem: unde crassior haec aura subsistit. in gustatu et hanc transit et peruenit
 25 usque ad humorem corpulentiorum: quo etiam penetrato atque

2 tacta] acta *E*¹ post dicunt *add. m. 2 in ras.* eni *E* 4 aelementa *P*
 unumquodque (d s. l. m. 1) *E* 6 priuatione *E*¹ priuatione. (m er.) *P*
 nimi.e (a er.) *EP* nime *S* 7 obtundi *E*¹ 8 ignis (gn m. 2 in ras.) *E*
 umida *E*¹ 9 terr.e (a er.) *E* subtilioribus *E*¹ scilicet & crassi-
 ora *S*¹ 11 quique *E*¹ subtilius *E*¹ 12 est om. *S* 13 illud *fm.* *P*¹
 14 cap. VI *E* ac] ad *E*¹ 15 diseratur *E*¹*R* corporeorum (a er.) *PR*
 18 subtilius *E*¹ sentiendi id est per ignem *S* inchoat. Itaque *S*
 19 motu *S* subtilitate *E*¹ 20 represso *R* 22 calorem (m cap. m.
 1) *P* calore. (m er.) *S* calore (a ex o m. 1) *R* olfacto *PR*¹ 23 ad]
 usque ad b umidam *E*¹ exhalationem *E*¹*SR* exhalationem (t er.) *P*
 24 gustum *E*² gustu *Cb* et hanc] autem b 25 umorem *E*¹
 corpulentiorum *S* penetrato (o in ras. m. 2) *E*

traiecto, cum ad terrenam grauitatem peruenit, tangendi ultimum sensum agit.

6. Non igitur ignorabat naturas elementorum eorumque ordinem, qui cum uisibilium, quae intra mundum in elementis natura mouentur, conditionem introduceret prius caelestia luminaria, deinde aquarum animantia. terrarum autem postrema narrauit, non quod aerem praetermiserit, sed quod purissimi et quietissimi aeris, ubi uolare aues non posse dicuntur, si qua sunt spatia caelo superiori coniunguntur et caeli nuncupatione in scripturis ad superiorem mundi partem pertinere intelleguntur, ut terrae nomine uniuersaliter hoc totum significetur, ex quo incipit deorsum uersus: ignis, grando. nix, glacies, spiritus tempestatis et omnes abyssi, donec perueniatur ad aridam, quae proprio nomine terra dicitur. aer itaque superior ille, siue quod ad caelestem mundi pertinet partem, siue quod nullum habet uisibilem habitatorem. de qualibus nunc sermo narrantis est, neque praetermissus est caelo nominato neque adnumeratus in creandis animalibus; iste uero inferior, qui excipit exhalationes humidas, maris ac terrae et ad sustinendas aues quodammodo crassatur, nonnisi ex aquis accipit animalia. quod enim eius humidum est, hoc portat alitum corpora, quae ita nituntur pennis uolantes, quemadmodum pisces quibusdam suis alis natantes.

7. Proinde scienter tamquam spiritus dei, qui scribenti aderat, ex aquis dicit producta uolatilia. quarum natura bipartitum locum sortita est: inferiorem scilicet in unda labili,

12 Ps. 148, 8. 9

3 Non igitur om. E¹ 6 postremo C 9 spatia R 11 ut] et (s. l. m. 2 at ut) E 12 inquit E¹ 13 glacies SR 15 ille superior PRSbd 16 post quod duo uocab. er. R 18 caelo] de celo b annumeratus e b 19 exceptit E exalationes E¹SR 21 accepit E¹ 22 alitum P¹ pinnis E¹P 23 quemammodum P¹RS 25 quarum] aquarum (a insi. s. l. m. 1) P .quarum (a eras.) R aquarum enim b aquarum que C quorum d; cf. de Genesi contra Man. cap. 15 et de Genesi ad litteram libri imperfecti cap. 14 bipartitum bd 26 inferiori E¹ labili E labili (la in ras.) R labi S

superiorem uero in aura flabili, illum deputatum natantibus, istum uolantibus. sicut huic elemento congruos duos etiam sensus animalibus datos uidemus: olfactum explorandis uaporibus, gustatum explorandis liquoribus. quod enim et tactu
 5 aquas uentosque sentimus, hoc est, quod terrae solidum omnibus admiscetur elementis; sed in his crassioribus sentitur amplius, ita ut etiam tangendo contrectari ualeant. ideoque et ista in duabus maximis mundi partibus generali terrae nomine complectuntur, sicut ille psalmus ostendit, omnia
 10 superiora ab illo principio enumerans: laudate dominum de caelis. omniaque inferiora ab alio principio: laudate dominum de terra: ubi et spiritus tempestatis nominantur et omnes abyssi et ignis iste, qui urit tangentem, quia de terrenis et humidis motibus ita existit, ut subinde uertatur
 15 in aliud elementum. et quamuis naturae suae sursum nitendo indicet adpetitum, in caelestem tamen superiorem tranquillitatem non possit euadere, quia multo aere superatus et in eum conuersus extinguitur. ac per hoc in ista rerum parte corruptibiliore atque pigriore turbulentis motibus agitur ad
 20 temperandum eius rigorem et ad usus terroresque mortalium.

Quia ergo etiam tactu, qui ad terram proprie pertinet, sentiri possunt et fluctus undarum et flatus aurarum, prop-

10 Ps. 148, 1 11 Ps. 148, 7

1 in om. P¹, s. l. m. 1 R fluili E¹P¹ 2 cap. VII E hoc b
 aelemento P 3 olfactam P¹ olfactum (c s. l. m. 1) R explorandis
 (s s. l. m. 1) P 4 gustum E²Cb et er. E¹, in ras. m. 2 R tactu]
 ad tactum Pb tactu* (m er.) R 5 cum uoce hoc inc. cap. VIII E
 solida R¹b 6 in omnibus b ammiscetur R ammixetur P¹ ae-
 lementis P 7 etiam] iam R contractari PR¹ 8 et ista om. E¹
 maximis] maxime Pbd maxime R generali E¹ generalis... (ter er.) S
 generaliter PRbd post generali add. celi et b 11 omniaquae EPR
 12 et omnes abyssi nominantur PRSbd 13 cum et inc. cap. VIII E
 de] om. E¹ 14 motibus] humoribus b uertatur P 15 alium E
 aelementum P 16 adpetitum E¹ 17 possit] potest d superatus
 (s fin. ex r) R 19 pigriore] pinguiore SC turbulentis S 21 tac-
 tum E 22 fluctus (us in ras. m. 2) R flatus (us in ras. m. 2) R

terea ipsa quoque aquatiliū animalium corpora et terrenis
 uescuntur et, maxime aues, in terra etiam requiescunt fetus-
 que propagant; pars enim humoris, quae uaporaliter exhalatur,
 etiam super terras extenditur. ideoque, cum dixisset scriptura:
 educant aquae reptilia animarum uiuarum et uola-
 tilia, inquit, super terras, addidit sane dicens: secundum
 firmamentum caeli, in quo potest aliquanto manifestius
 adparere illud, quod ante uidebatur obscurum. non enim ait:
 in firmamento caeli, sicut de luminaribus, sed, uolatilia,
 inquit, super terras secundum firmamentum caeli. id 10
 est iuxta firmamentum caeli, quia uidelicet hoc caliginosum
 et humidum spatium, in quo aues uolant, illi spatio contiguum
 est ubi uolare non possunt, quod iam merito tranquillitatis
 et quietis pertinet ad firmamentum caeli. in caelo ergo uolant
 aues, sed in isto, quod ille psalmus etiam terrae nomine in- 15
 cludit: propter quod caelum uocantur multis locis uolatilia
 caeli, non tamen in firmamento, sed secundum firmamentum.

8. Nonnulli putant propter sensus tarditatem non animam
 uiuam, sed reptilia animarum uiuarum appellata. sed si
 propterea sic appellarentur, daretur auibis nomen animae 20
 uiuae. cum uero et ipsa uolatilia dicta sunt. sicut illa reptilia,
 ut subaudiatur animarum uiuarum, fatendum est, ut arbitror,
 ita dictum, ac si diceretur: quae sunt in animabus uiuis
 reptilia uel uolatilia, sicut dici posset: ignobilia hominum,
 ut intellegeremus, quicumque sunt in hominibus ignobiles. 25

5 Gen. 1, 20

1 corpora (a ex e) P terrænis E¹ 2 etiam requiescunt] et in
 mare (mari C) quiescunt SC setusque E¹ foetusque S fetus quoque b
 3 propagans E¹ qui b exalatur E¹SR 4 terram S 6 terram bd
 7 aliquando E manifestus R¹ 8 antea E²PRSbd 9 luminibus S
 uolantia PSCd uolancia R 10 terram bd 12 uolitant SR² con-
 tiguum] congruum E¹ 14 caeli om. b 15 in om. ES includet S
 16 uocatur E¹ uocantur (c ex l) P 17 in firmamentu R 18 nonnullis E
 20 auibis daretur PRSbd 21 sint C 23 in s. l. m. 1 E ani-
 malibus S uiuis om. S 24 possit S 25 ignobilibus E¹

quamquam enim sint et animalia terrestria, quae repunt super terram, tamen ex multo maiore numero pedibus mouentur; et tam pauca fortasse in terris repunt, quam pauca in aquis gradiuntur.

5 Nonnulli autem putauerunt propterea non animam uiuam, sed reptilia animarum uiuarum pisces esse appellatos, quod eis memoria nulla sit nec aliqua uita uelut rationi uicinior; sed fallit eos experientia minor. nam quidam scripserunt, quae animaduertere potuerunt in uiuariis piscium,
 10 multa miranda. sed etiamsi forte falsa scripserunt, memoriam tamen pisces habere certissimum est. quod ipse sum expertus, et experiantur, qui possunt et uolunt. nam fons quidam magnus Bullensium regionum fere plenus est piscium. solent autem homines desuper intuentes eis aliquid iacere, quod sibi uel
 15 praeripiant confluentes uel inter se diripiant concertantes. quo pastu adsuefacti deambulantibus super oram fontis hominibus ipsi quoque cum eis gregatim natando eunt et redeunt, expectantes, unde aliquid iacent, quorum praesentiam sentiunt. non itaque frustra mihi uidetur aquarum animalia sic appella-
 20 lata reptilia, quemadmodum aues uolatilia; nam si uel nulla memoria uel sensus tardior animae uiuae nomen repulisset a piscibus, uolatilibus certe adhiberetur, quorum uita in oculis nostris est et memor et garrula et in nidis construendis educandisque fetibus sollertissima.

25 - 9. Nec ignoro ita quosdam philosophos sua cuiusque ele-

1 et om. E¹ repunt R 2 maiori C 3 tam** (en er.) R
 5 cap. X E nonnulli (i s. l. m. 1) R 7 nec] uel b aliquam uitam E¹
 rationi (ni s. l. m. 1) E 8 fallit S experientia R scribserunt E
 9 animaduertere E¹ 10 forte post scripserunt legitur in b memoria E
 13 uullensium E bulensium R regionum P²Rd piscium om. P¹
 15 praeripiant S 16 adsuefacti S assuefacti in ras. m. 2 R ad-
 sucti Pd oram (h er.) E 17 congregatim PRSbd 18 unde] ut
 inde b quo (in fine uers.) R 20 quemammodum EPR et aues b
 si uel E¹ 21 reppulisset SC 22 uolatilibus (li s. l.) E adhibe-
 retur E¹ 23 et memor et garrula] memoratu garrula b memor et]
 memorat R¹ 24 foetibus ES factibus PRC sollertissimam P
 25 cap. XI E ita] ista b quosdam (uo in ras. m. 2) R

menti distribuisse animalia, ut terrena esse dicerent non tantum, quae in terra repunt atque gradiuntur, sed aues etiam, quod et ipsae in terra requiescant uolando fatigatae, aeria uero animalia daemones esse, caelestia deos: quorum quidem nos partim luminaria, partim angelos dicimus. idem 5 tamen aquis pisces et sui generis beluas adtribuunt, ut nullum elementum suis animalibus uacet: quasi uero sub aquis terra non sit, aut probare possint pisces non in ea requiescere ac reparare natandi uires sicut uolandi aues, etsi forte rarius pisces id faciunt, quod ad gestanda corpora sit unda quam 10 aura ualidior, ita ut terrena quoque animalia natantia ferat, siue usu docta, ut homines, siue natura, ut quadrupedia uel serpentes. aut si propterea non putant, quia non insunt piscibus pedes, [nec uituli marini] nec phocae aquarum sunt nec colubri cocleaeque terrarum; nam et illae pedes habent et 15 haec genera sine ullis pedibus, non dico, requiescunt in terra, sed ab ea uix aut numquam recedunt. dracones autem sine pedibus et in speluncis requiescere et in aerem sustolli perhibentur: qui quamquam non facile noti sint, litterae tamen non tantum nostrae, sed etiam gentilium nequaquam de 20 istorum animantium genere tacuerunt.

10. Quapropter, etsi daemones aeria sunt animalia, quoniam corporum aeriorum natura uigent, et propterea morte non dissoluuntur, quia praeualet in eis elementum, quod ad faciendum est quam ad patiendum aptius, duobus subterpositis. 25

1 cf. Apulei de deo Socratis cap. 8 edit. Goldbacher p. 12 22 cf. De ciuit. dei lib. VIII 15

3 ipse SC 4 aerea PCb demones S deos] ds S 5 iidem PSbd
6 et] ex E ueluas E¹P attribuunt (prim. t s. l. m. 1) E 7 ae-
lementum PR 8 ea] terra b 10 ad s. l. m. 2 S 12 siue alt. (s. l. m. 2
al seu) E seu R 13 insunt] sunt E¹ pedes piscibus bd 14 uituli
marini nec om. PRSCbd focae E focae PRSC 15 colubri S co-
cleae quae R cochleaeque bd terram S habet S 16 ullis in ras.
m. 2 E 17 sed] sed et E numquam (quam s. l.) E dracones E¹
dracones (con in ras.) R 18 aere PR 19 quamquam] quam S
22 demones SR aerea PR¹Cb 23 aereorum b 24 aelementum PR
25 est om. bd post patiendum add. est bd

aqua scilicet et terra, uno autem superposito, id est igne sidereo — distribuuntur enim elementa ad patiendum duo: humor et humus, ad faciendum autem alia duo: aer et ignis — si ergo haec ita sunt, non impedit ista distinctio nostram
 5 scripturam, quae non ex aere, sed ex aquis producta indicat uolatilia, quia subtilioris quidem et in auras exhalati atque distenti, sed tamen humoris locus uolatilibus datus est. aer autem a confinio luminosi caeli usque ad aquarum fluuida et
 10 halationes humidae infuscant, sed usque ad eum finem, unde incipit iam terra nominari secundum illum psalmum, ubi dicitur: laudate dominum de terra. superior uero pars aeris propter puram tranquillitatem caelo, cui conlimitatur, communi pace coniungitur et eius uocabulo connuncupatur.
 15 in qua fortassis parte si fuerunt ante transgressionem suam transgressores angeli cum principe suo, nunc diabolo, tunc archangelo — nam nonnulli nostri non eos putant caelestes uel supercaelestes angelos fuisse —, non mirum, si post peccatum in istam sunt detrusi caliginem, ubi tamen et aer sit
 20 et humore tenui contextatur, qui commotus uentos et uehementius concitatus etiam ignes ac tonitrua et contractus nubila et conspissatus pluuiam et congelantibus nubilis niuem et turbulentius congelantibus densioribus nubilis grandinem et distentus serenum facit occultis imperiis et opere dei a
 25 summis ad infima uniuersa, quae creauit, administrantis. unde

12 Ps. 148, 7.

1 aquas *E* 2 sidereo *E*¹ aelementa *P* 8 umor *EP* humos *P*¹
 autem *om. b* 4 haec ergo *PRSC* istam *S* distinctio *om. S*
 6 subtilioris *E*¹ exalati *E*¹*RSC* 7 umoris *P* 8 fluida *bd*
 9 exalationes *E*¹*S* exalationis *PR*¹ 10 umidae *PR* 11 inquit *E*¹
 iam] etiam *PRbd* 12 post terra *add. dracones SC* 13 collimitatur *Ebd*
 conlimitatur *S*¹ 14 coniungitur (*alt. n s. l. m. 1*) *E* eius *om. P*¹
 eius suo *E*¹ uocauulo *E*¹ nuncupatur *PR**Sbd* 15 in-qua (*i er.*) *E*
 16 diabulo *PRS* 19 istam] hanc *b* 20 umore *PR* cum motus *S*
 uentus *S* uentis *R*¹*C* 21 ac (*in ras. m. 2*) *R* et *PR*¹*bd* 22 pluuiia *E*¹
 23 turbulentius *S* congelantis *P*¹ 25 amministrantis *PRC*

in illo psalmo, cum commemorata essent: ignis, grando. nix, glacies, spiritus tempestatis, ne talia sine diuina prouidentia fieri mouerique putarentur, continuo subiecit: quae faciunt uerbum eius.

Si autem transgressores illi, antequam transgrederentur, 5 caelestia corpora gerebant, neque hoc mirum est, si conuersa sunt ex poena in aeriam qualitatem, ut iam possint ab igne, id est ab elemento naturae superioris aliquid pati; nec aeris saltem spatia superiora atque puriora, sed ista caliginosa tenere permissa sunt, qui eis pro suo genere quidam quasi 10 carcer est usque ad tempus iudicii. et si quid de his transgressoribus angelis diligentius requirendum est, alius erit adcommodatior scripturae locus. proinde nunc quod satis est: si haec spatia turbida et procellosa propter aeris naturam usque ad undas terrasque porrectam possunt aera corpora 15 sustinere, possunt et auium, quae productae sunt ex aquis, propter aquarum tenues halitus: qui scilicet eidem aeri iuxta undas et terras circumfuso atque ob hoc infimae et terrenae parti deputato uaporaliter inseruntur et auras intexunt, quae nocturnis rigoribus adgrauatae sereno etiam rore destillant, 20 si autem uehementius frigus est, etiam gelu candidius inalbescunt.

11. Et dixit deus: educat terra animam uiuam secundum genus: quadrupedia et reptilia et bestias terrae secundum genus et pecora secundum genus. 25 et factum est sic. et fecit deus bestias terrae secun-

1 Ps. 148, 8 23 Gen. 1, 24. 25

1 in] et in b 2 glacies SR prouidentia diuina b 6 gerabant (ne er.) E 7 poena (e s. l. m. 1) E aeream b 9 saltim SC spatia R atque puriora add. in mg. inf. m. 1; ra in ras. m. 2 R 10 permissa (a in ras. m. 2) R permissi Pbd 11 transgressoribus (i er.) E 12 adcommodatior E¹ quod nunc PRd quod om. E¹ 13 porrecta b 14 producta PRSbd 15 tenuis R¹ alitus E¹ PRSC eiusdem S 16 infimae S infimae PR¹ et] ac PRSbd 17 adgrauate b distillant E² RSbd 18 inalbescunt E¹ 19 et factum — 75, 2 genus om. b

dum genus et pecora secundum genus et omnia reptilia terrae secundum genus. et uidit deus, quia bona sunt. iam nunc consequens erat, ut alteram partem, quae proprie terra dicitur, infimi huius loci, quem totum cum
 5 omnibus abyssis et nebuloso aere uniuersaliter uocabulo terrae alibi scriptura complectitur, ornaret animalibus suis. et manifesta quidem sunt animalium genera, quae in uerbo dei terra produxit. sed quia saepe nomine pecorum uel nomine bestiarum animalia omnia rationis expertia solent intellegi, merito
 10 quaeritur, quas nunc proprie bestias et quae pecora dicat. et repentia quidem siue reptilia terrena non est dubitandum quod omnes serpentes intellegi uoluit, quamquam et bestiae dici possint; pecorum autem nomen non usitate serpentibus conuenit. rursum leonibus et pardis et tigrilibus et lupis et
 15 uulpibus, canibus etiam et simiis atque id genus ceteris usitate conuenit uocabulum bestiarum. pecorum autem nomen his animalibus adcommodatius aptari solet, quae sunt in usu hominum, siue adiuuandis laboribus, ut boues et equi et si qua talia, siue ad lanicium uel ad uescendum, ut oues et sues.
 20 Quid ergo sunt quadrupedia? quamquam enim haec omnia praeter quaedam serpentina quattuor pedibus gradientur, nisi tamen hoc nomine proprie quaedam uellet intellegi, non utique hic etiam quadrupedia nominaret, quamuis de his in repetitione tacuerit. an cerui et damae et onagri et apri — quia
 25 neque illis bestiis, ubi leones sunt, coniungi possunt; similes

1 et pecora—genus in mg. m. 1 R omnia reptilia] uolatilia PR
 4 quem S propria S proprię PR terra (e er.) P 5 abyssis (y
 m. 1 ex i) E uocabulo E¹ 6 complectitur E¹ 8 sepe SRC
 10 queritur R proprię PS propriae R post quae add. s. l. m. 1
 nunc R, E² pec[pecora S dicat et repentia (sic) b 11 repti[re]a (corr.
 m. 1) R reptia S 12 repentes Rb 13 possunt S usitatae E¹ P¹
 14 rursum ex sursum m. 1 E tigrilibus E² S 15 usitatae E 17 ad-
 commodatius E¹ S¹ usum (in exp. m. 1) P 18 adiubandis E¹
 19 lanitium EPSC lanicium R lanificium bd; cf. Rönisch Itala p. 31
 21 preter S 22 proprio nomine b propriae P¹ RS 24 damulae E²
 dammuli PR dammulae C dammę S damulę bd

enim sunt illis pecoribus neque tamen sub cura humana sunt — proprie quadrupedia nuncupata sunt, quasi reliqua essent haec animalia, quibus ista appellatio generalis quidem cum multis propter numerum pedum, sed tamen speciali significatione tribueretur? an, quia ter dixit: secundum genus, tria quaedam genera nos inuitat adtendere? primo secundum genus quadrupedia et reptilia: ubi arbitror significatum, quae quadrupedia dixerit, scilicet quae in genere sunt reptilium, sicut sunt lacerti, steliones et si quid huiusmodi est. ideoque in repetitione quadrupedum nomen non iteravit, quia reptilium uocabulo fortasse complexus est: unde ibi non simpliciter ait: reptilia, sed addidit: omnia reptilia terrae; ideo terrae, quia sunt et aquarum, et ideo omnia, ut illic intellegantur, quae quattuor etiam pedibus nituntur, quae superius quadrupedum nomine significata proprie sunt. bestias autem, de quibus item ait: secundum genus, quidquid ore aut etiam unguibus saeuit exceptis serpentibus. pecora uero, de quibus tertio ait: secundum genus, quae neutra uel lacerant, sed aut de cornibus aut ne hoc quidem. praedixi enim et quadrupedum nomen quam late pateat ipso pedum numero facile agnosci et nomine pecorum uel bestiarum omne irrationale animal aliquando comprehendi. sed etiam ferarum uocabulum solet in latina lingua tantumdem ualere; non ideo tamen neglegenda fuit consideratio, quomodo possint haec nomina, quae non frustra in hoc scripturarum loco posita sunt, etiam speciali distinctione discerni, quod in usu loquendi cotidiano facile animaduerti potest.

12. Non frustra etiam lectorem mouet, utrumne passim et

1 humana cura *bd* 2 propriae *P¹RS¹* 3 quidem] *ē* quidē *b*
 4 speciali (i. m. 1 *sup.* e) *P* 6 adtendere *E¹S* 9 stiliones *PR* stel-
 liones *bd* 11 uocabulum *b* 12 addit *PRbd* 15 proprie (propriae *R*
 propriae *PS*) significata *PR**S**bd* 16 quicquid *E²S* 17 unguibus *P*
 seuit *SC* 19 lacerat *E¹* de om. *PR**S**bd* 20 quadrupedum (i. *er.*) *E*
 ipsa *E¹* 21 nomen *S* omnem *P* 22 conpraehendi *E¹PR* 23 uoca-
 uulum *E¹* 25 nomina] omnia *C* hoc] hoc libro *S* 26 speciali]
 spiritali *b* loquendi om. *S¹* 27 cotidiano *E¹* 28 cap. XII *E*

quasi fortuito an aliqua ratione dicatur: secundum genus, tamquam fuerint et antea, cum primo creata narrentur. an genus eorum in superioribus rationibus intellegendum est, utique spiritalibus, secundum quas creantur inferius? sed si
 5 ita esset, hoc de luce, hoc de caelo, hoc de aquis et terris, hoc de caeli luminaribus diceretur. quid enim eorum est, cuius non aeterna et incommutabilis ratio in ipsa dei sapientia uigeat, quae attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter? incipit autem hoc dici de herbis et lignis
 10 usque ad haec terrena animantia. nam et in eis, quae ex aquis creata sunt, quamuis in prima commemoratione dictum non sit, in illa tamen iteratione dictum est: et fecit deus cetos magnos et omnem animam animalium reptilium, quae eduxerunt aquae secundum genus eorum, et omne
 15 uolatile pennatum secundum genus.

An quia haec ita exorta sunt, ut ex eis alia nascerentur et originis formam successione seruarent, ideo dicuntur secundum genus propter propagationem prolis, qua permansura creabantur? sed cur de lignis et herbis non solum dicitur:
 20 secundum genus, uerum etiam secundum similitudinem, cum et animalia siue aquarum siue terrarum secundum similitudinem suam generent? an, quia genus sequitur similitudo, noluit eam ubique repetere? nam et semen non ubique repetiuit, cum tam herbis et lignis insit quam animalibus etsi
 25 non omnibus. obseruatum est enim quaedam ita nasci ex aquis uel terra, ut sexus eis nullus sit, et ideo semen eorum

8 cf. Sap. 8, 1 12 Gen. 1, 21

1 fortuito *E²R¹SCb* 2 prima *b* narrentur *PRC* 4 inferius *P*
 5 esset] est (*in ras. m. 2*) *R* 7 aeterna] est aeterna *E¹* sapientia *R*
 8 attingit *E* 9 suaviter *P* inquit *E¹* de lignis *C* 10 terræna *E¹*
 12 cetos *ER* caetus *SC* coetus *P¹* 14 aquae (*e sup. exp. m. add. m.*
 1) *P* 14 eorum] suum *S* 15 pinnatum *E¹PR¹* 16 alię *S* 18 genus
 suum *SC*. propter *om. S* 19 creabantur (*corr. m. 1 ex credebantur*) *P*
 creabantur (*pr. a s. l. m. 1*) *R* herbis et lignis *bd* erbis *S*
 23 noluit *b* ubique (*b ex t*) *E* repetiuit *P* 24 insint *P* insit
 (*t in ras. m. 2*) *R* quam] quae *E¹* 25 quedam *R*

non sit in eis, sed in elementis, ex quibus oriuntur. hoc est ergo secundum genus, ubi et seminum uis et similitudo intellegitur succedentium decedentibus, quia nihil eorum ita creatum est, ut semel existeret, uel permansurum uel nullo succedente decessurum.

Cur ergo et de homine non ita dictum est: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram secundum genus, cum et hominis propago manifesta sit? an quia non ita deus fecerat hominem, ut moreretur, si praeceptum seruare uoluisset, et ideo non erat necessarius decessori successor? sed post peccatum comparatus est pecoribus insensatis et similis factus est eis, ut iam filii saeculi huius generent et generentur, quo possit mortalium genus seruata successione subsistere. quid sibi ergo uult post hominem factum illa benedictio: crescite et multiplicamini et inplete terram, quod utique generando fieri posset? an nihil hinc temere dicendum, donec ad eum scripturae locum perueniamus, ubi diligentius ista requirenda atque tractanda sunt? potest enim nunc fortasse sufficere propterea de homine non dictum esse: secundum genus, quia unus fiebat, de quo etiam femina facta est. non enim multa genera hominum, sicut herbarum, lignorum, piscium, uolatilium, serpentium, pecorum, bestiarum, ut sic dictum accipiamus: secundum genus, ac si diceretur generatim, ut inter se similia atque ad unam originem seminis pertinentia distinguerentur a ceteris.

13. Item quaeritur, quid tantum aquarum animalia de creatore meruerint, ut sola benedicerentur sicut homines. nam et ipsa benedixit deus dicens: crescite et multiplicamini

11 cf. Ps. 48, 13 14 Gen. 1, 22

3 succedentium de succedentibus *b* decedentibus (de *sup. exp. suc m. 1*) *P* 4 semel] sem eorum *C* post uel *fn. lit. 2 litt. R* 9 seruare *R*¹ 10 decessore *Pb* decessori (i *ex e m. 1*) *R* post] propter *S* 11 pecoribus] iumentis *C* 13 possint *E*¹ 14 uult ergo *Sb* 15 generando *P* 16 fieri posset generando *PRbd* an] ad *E*¹ 23 accipiamus (a *alt. s. l. m. 1*) *R* si] sic *E* 26 *cap. XIII E* queritur *R* 27 meruerunt *S*

et inplete aquas maris, et uolatilia multiplicentur
 super terram. an in uno genere creaturae dicendum fuit,
 ut in ceteris consequenter intellexeretur, quae generationibus
 crescunt? prius ergo diceretur in eo, quod primum tale
 5 creatum est, in herba scilicet atque ligno. an forte quae
 nullum haberent propagandae prolis adfectum ac sine ullo
 sensu generarent indigna iudicauit illis benedictionis uerbis:
 crescite et multiplicamini, ubi autem talis inesset ad-
 fectus, ibi primum hoc dixit, ut in terrenis animalibus etiam
 10 non dictum intellexeretur? necessarium autem fuit hoc in
 homine repetere, ne quisquam diceret in officio gignendi filios
 ullum esse peccatum, sicut est in libidine siue fornicandi
 siue ipso coniugio inmoderatus abutendi.

14. Nonnulla etiam de quibusdam minutissimis animalibus
 15 quaestio est, utrum in primis rerum conditionibus creata sint,
 an ex consequentibus rerum mortalium corruptionibus. nam
 pleraque eorum aut de uiuorum corporum uitis, uel purga-
 mentis uel exhalationibus aut cadauerum tabe gignuntur,
 quaedam etiam de corruptione lignorum et herbarum, quaedam
 20 de corruptionibus fructuum: quorum omnium non possumus
 recte dicere deum non esse creatorem. inest enim omnibus
 quoddam naturae sui generis decus, ita ut in his maior sit
 admiratio bene considerantis et laus uberior omnipotentis
 artificis, qui omnia in sapientia fecit, quae a fine usque ad
 25 finem pertendens et suauiter cuncta disponens nec ea ipsa
 rerum nouissima, quae pro sui generis ordine dissoluntur,
 et quarum dissolutionem ex poena nostrae mortalitatis horre-
 mus, relinquit informia, sed creat minima corpore, acuta

24 cf. Ps. 103, 24 25 cf. Sap. 8, 1

2 in om. E¹ creaturae (creature P) genere PRSbd 6 propa-
 gande R 7 generaret E¹ illis S¹ 11 gignandi P 12 libide E¹
 14 cap. XIII E quibusdam om. b 15 est om. S conditionibus]
 compactionibus S 18 exalationibus E¹PRSC 20 fructum E¹ 21 di-
 cere om. S¹ 22 ita] sic Sbd ita (in ras. m. 2) R 23 ammiratio E³PRC
 considera^otis (n er.) R 24 artificis om. P¹ quae] qui PRb 25 sua-
 biter P 27 quorum b dissolutione E¹ 28 informia (i fin. s. l. m. 1) R

sensu animantia, ut maiore adtentione stupeamus agilitatem muscae uolantis quam magnitudinem iumentu gradientis ampliusque miremur opera formicularum quam onera camelorum.

Sed utrum, ut dixi, in primis rerum conditionibus, quae isto sex dierum ordine creata narrantur, haec quoque minima instituta credamus, an postea consequentibus corruptibilium corporum solutionibus, hoc quaeritur. et potest quidem dici ea minutissima, quae ex aquis uel terris oriuntur, tunc creata: in quibus etiam illa non absurde intelleguntur, quae nascuntur ex his, quae terra germinante orta sunt, et quia praecesserant conditionem non solum animalium, sed etiam luminarium, et quia terrae continuantur per radicum conexione, unde illo die, quo adparuit arida, exorta sunt, ut potius ad supplementum habitationis quam ad numerum habitatorum pertinere intellegerentur. cetera uero, quae de animalium gignuntur corporibus, et maxime mortuorum, absurdissimum est dicere tunc creata, cum animalia ipsa creata sunt: nisi quia inerat iam omnibus animatis corporibus uis quaedam naturalis et quasi praeseminata et quodammodo licitata primordia futurorum animalium, quae de corruptionibus talium corporum pro suo quaeque genere ac differentiis erant exortura per administrationem ineffabilem omnia mouente incommutabiliter creatore.

15. De generibus quoque animalium uenenosis et perniciosis quaeri solet, utrum post peccatum hominis ad uindictam creata sint, an potius, ut iam creata essent innoxia, nonnisi

1 maiori *R²C* adtentione *E¹* 4 in primis ut dixi *PR¹S¹b^d* conditionibus *S* 5 isto sex] istos ex *S* isto ex *C* creatae *P¹S¹C^d*
 7 potest (tes in ras. m. 2) *R* 8 quae ea *E* ex] uel ex *PC^b* ***ex *R*
 10 iis *d* praecesserat *E¹* 11 conditione *E¹* 12 conexione *E¹*
 13 supplementum *E¹P* 15 intellegentur (m. 2 s. l. al gantur) *E* intellegantur *d* 16 maximae *R* 18 iam (m. 2 s. l. al etiā) *E* om. *S*
 omnibus] in omnibus *S^b* uis] suis *S* naturalia *S* et om. *R*, sed lit.
 2 litt. 19 praeseminata materia *b* licitata (ex licebat m. 1) *R* liciat *P*;
 cf. *De ciuit. dei* XXII 14 aprimordia *P* 21 amministrationem *PR¹S¹C*
 22 incommutabili *PR¹S¹b^d* creator.e (a er.) *S* 23 cap. XV *E* benenosis *E¹*
 24 utrum] quomodo *b* uindicta *E¹* 25 sint (i ex u) *P*
 ut] cum *PR¹S¹b^d*

postea peccatoribus nocere coeperunt. neque hoc mirum est, quandoquidem etiam temporibus huius uitae laboriosae atque aerumnosae, cum sit nemo ita iustus, ut perfectum se audeat dicere fideliter adtestante apostolo et dicente: non quia iam
 5 acceperim aut iam perfectus sim, cumque adhuc exercendae atque in infirmitate perficiendae uirtuti necessariae sint temptationes et molestiae corporales eodem rursus apostolo manifestante, qui ait, in magnitudine reuelationum ne extolleretur, datum sibi esse stimulum carnis, angelum satanae,
 10 ut eum colaphizaret, rogatumque a se dominum tertio, ut discederet ab eo, respondisse sibi: sufficit tibi gratia mea; nam uirtus in infirmitate perficitur, tamen et sanctus Danihel inter leones saluus atque intrepidus uixit, qui non utique deo mentiens in oratione non tantum peccata populi
 15 sui, sed etiam sua fatetur, et in ipsius apostoli manu mortifera uipera inhaesit nec laesit. potuerunt ergo ista etiam creata nihil nocere, si causa non extitisset uel terrendorum puniendorumque uitiorum uel probandae perficiendaeque uirtutis, quia et exempla sunt demonstranda patientiae ad profectum ceterorum, et ipse sibi homo in temptationibus certius
 20 innotescit, et iuste salus illa perpetua, quae turpiter amissa est per uoluntatem, fortiter recipitur per dolorem.

16. Dicit aliquis: cur ergo inuicem bestiae nocent, quibus nec peccata ulla sunt. ut uindicta ista dicatur, nec ullam
 25 recipiunt tali exercitatione uirtutem? ideo nimirum, quia

4 Phil. 3, 12 8 cf. II Cor. 12, 7. 8 11 II Cor. 12, 9 13 cf. Dan. 6, 22 14 cf. Dan. 9, 4—19 16 cf. Act 28, 3. 5

1 coeperint *Rd* 3 erumnose *ESC* sit ita nemo *PRC* ita sit nemo *bd*
 4 adtestante *E*¹ 5 iam] etiam *PRbd* 6 in *om. P, s. l. m. l S*
 uirtutis *b* 7 temptationes *ERSbd* corporalis *P* 8 manifestat *E*¹
 10 colafizaret *E*¹*S* colafizaret (*h er.*) *P* 11 eo] illo *b* 13 Daniel *bd*
 14 deo mentiens in oratione *S* 15 sui *om. S* fateretur *PR*¹*Cb*
 16 inhesit *PR* adhesit *b* laesit *SRC* 18 puniendorum quae *R*
 perficiendae (*om. que*) *S* 19 profectum (*pro ex per m. l*) *P* 20 cercius *R*
 21 iuste *S*¹ 22 uoluptatem *E*²*R*²*d* recipitur *P*¹ 23 *cap. XVI E*
 dicit *S* quer *S* 24 ullam] ullum *R*¹

scilicet aliae cibi sunt aliarum. nec recte possumus dicere: non essent aliae, quibus aliae uescerentur. habent enim omnia, quamdiu sunt, mensuras, numeros. ordines suos: quae cuncta merito considerata laudantur nec sine occulta pro suo genere moderatione pulchritudinis temporalis etiam ex alio in aliud ⁵ transeundo mutantur. quod si stultos latet, subluceat proficientibus clarumque perfectis est. et certe omnibus talibus inferioris creaturae motibus praebentur homini salubres admonitiones, ut uideat, quantum sibi satagendum sit pro salute spiritali et sempiterna, qua omnibus inrationalibus animantibus ¹⁰ antecellit, cum illa uideat a maximis elephantis usque ad minimos uermiculos pro salute corporali et temporali, quam pro sui generis inferiore ordinatione sortita sunt, siue resistendo siue cauendo agere quidquid ualent: quod non adparet, nisi cum quaedam refectionem corporis sui ex aliorum corporibus ¹⁵ quaerunt, alia se uel repugnandi uiribus uel fugae praesidio uel latebrarum munimine tuentur. nam et ipse corporis dolor in quolibet animante magna et mirabilis animae uis est, quae illam conpagem ineffabili permixtione uitaliter continet et in quandam sui moduli redigit unitatem, cum eam non indifferenter, sed, ut ita dicam, indignanter patitur corrumpi atque dissolui.

17. Illud etiam fortasse aliquem moueat, si animalia noxia uiuos homines aut poenaliter laedunt aut salubriter exercent aut utiliter probant aut ignoranter docent, cur in escas suas ²⁵ dilacerant etiam corpora hominum mortuorum. quasi uero

1 cui *E*¹ aliarum] alia sunt *S* recte *R* 3 quandiu *P* numerus *P* et ordines *b* 4 nec] ne *b* 6 etsi *E*²*PR**S**b**d* 7 clarum *b* 8 prebentur *S* ammonitiones *E*³*PC* ammonitionis *R*¹ 9 uideant (*n exp. m. 1*) *E* 10 inrationabilibus *EP* 11 elephantis *E*¹ 13 sint *S* 14 quicquid *E*²*S* apparet *E*¹ apparent *S*¹ 16 *pr. u* (*l s. l. m. 2*) *E* fuge *SR* 17 tuerentur *PR* tuerentur (*re exp. m. 1*) *S* tueantur *b* 18 animante *E*¹ 19 conpagem *E*¹ conpagem *P* conpagem *bd* 20 quandam (*n s. l. m. 1*) *PS* moduli *R*¹ indifferenter *R*¹ 21 patiatu *b* 22 dissolui *R* 23 *cap. XVII E* 24 laedant *E*¹ ledunt *SC* exercent *E*¹*P* exercent (*n er.*) *R*

quidquam intersit ad nostram utilitatem, ista caro iam ex-
 animis in naturae profunda secreta per quos transitus eat,
 unde mirabili omnipotentia creatoris reformanda rursus eruatur.
 quamquam et hinc fiat quaedam prudentibus admonitio, ut
 5 se ita commendent fideli creatori omnia, maxima et minima,
 occulto nutu administranti, cui nostri etiam capilli numerati
 sunt, ne propter inanes curas exanimatorum corporum suorum
 ulla genera mortium perhorrescant, sed pia fortitudinis neruus
 ad omnia praeparare non dubitent.

10 18. Talis etiam quaestio de spinis et tribulis solet oboriri
 et de quibusdam lignis infructuosis, uel cur uel quando creata
 sint, cum deus dixerit: producat terra herbam pabuli
 seminantem semen et lignum fructiferum faciens
 fructum. sed qui ita mouentur, non intellegunt saltem de
 15 usitatis formulis humani iuris, quemadmodum appelletur usus-
 fructus. utilitas enim quaedam fruentium in fructus nomine
 consideratur. quantae autem sint utilitates, siue manifestae
 siue occultae, omnium, quae terra gignens radicitus alit, et
 ipsi quaedam intueantur et ab expertis cetera inquirent.

20 Et de spinis quidem ac tribulis absolutior potest esse
 responsio, quia post peccatum dictum est homini de terra:
 spinas et tribulos pariet tibi. nec tamen facile dicendum
 est tunc coepisse ista oriri ex terra. fortassis enim quoniam
 in ipsis quoque generibus seminum multae reperiuntur utili-

6 cf. Luc. 12, 7 12 Gen. 1, 11 22 Gen. 3, 18

1 quicquam *E³PRSC* 2 e=at (r er.) *R* 3 mirabilis *R* rursus *S*
 eruatur] seruatur *ESCb* =eruatur (s er.) *R* 4 ammonitio *E³PRC*
 5 maxima (a *fn. ex e m.* 1) *P* 6 etiam nostri *S* post capilli *add.*
m. 2 s. l. capitis *E* 8 mortuum *SR¹* perhorrescant *E¹* pi-e (a
 er.) *P* 10 cap. XVIII *E* Tales *P* tribulis *E¹* aboriri *P* obo-riri
 (o *init. m.* 2 *in ras.*) *R* 11 quor *S* creatæ sunt *S* 12 erbam *S*
 post herbam *sequitur* uirentem *in SC* pauuli *E¹* 13 faciens fructum
om. *E¹* 14 saltim *P²SRC* 15 quemadmodum *PR* appellaretur *P*
 appell=etur *R* usitatus fructus *C* 17 quant=æ (æ *m.* 2 *in ras.*) *P*
 utilitatis *PR* 18 occulte *S* alet *S¹* 20 tribulis *E¹* absoluta *b*
 22 tribolos *E¹* dicendum (end *sup. exp. t m.* 1) *R* 23 forsis *P¹*
 24 seminum *om.* *E¹* reperiuntur *PSR²C*

tates, poterant habere locum suum sine ulla poena hominis. sed ut in agris, in quibus iam poenaliter laborabat, etiam ista nascerentur, hoc ad cumulum poenae ualere credi potest, cum possent alibi nasci uel ad auium pecorumque pastus uel ad ipsorum hominum aliquos usus. quamquam et ille 5 sensus non abhorret ab his uerbis, quo ita intellegitur dictum: spinas et tribulos pariet tibi, ut haec etiam antea terra pariens non tamen homini pareret ad laborem, sed cuiusque modi animalibus conuenientem cibum — sunt enim, quae his generibus, et mollioribus et aridioribus, commode suauiterque 10 uescantur — tunc autem coeperit ista homini parere ad aerumnosum negotium, cum post peccatum coepit in terra laborare, non quod aliis locis haec antea nascerentur et postea in agris, quos homo ad capiendas fruges coleret, sed et prius et postea in isdem locis, prius tamen non homini, post autem 15 homini, ut hoc significetur, quod additum est: tibi, quia non est dictum: spinas et tribulos pariet, sed: pariet tibi, id est, ut tibi iam ista nasci incipiant ad laborem, quae ad pastum tantummodo aliis animalibus antea nascebantur.

19. Et dixit deus: faciamus hominem ad imaginem 20 et similitudinem nostram; et dominetur piscium maris et uolatilium caeli et omnium pecorum et omnis terrae et omnium reptilium repentium super terram. et fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit eum: masculum et feminam fecit eos. et benedixit eos deus 25 dicens: crescite et multiplicamini et inplete terram et dominamini eius et principamini piscium maris

20 Gen. 1, 26—31

1 poterat *E*¹ 3 nasceretur *b* hoc (o *m.* 1 *sup.* *eras.* *ae*) *R*
 pone *S* 4 possint *S* 6 abhorret *ER* aborreret *S* 7 tribulos *E*¹
 8 cuiuscemodi *PR**S**b**d* 9 ciuum *E*¹ cybum *R* 10 suabiterque *P*
 11 coeperit *E*¹ 12 aerumnosum *R* 13 postea] post *PR**S**b**d* 14 capiendos *S* fruges] fructus *S* 15 hisdem *ESR* eisdem *b**d* postea (tea *s. l. m.* 1) *R* 16 tibi] ibi *E* tibi (t *s. l. m.* 1) *S* 17 tribulos *E*
 18 incipient *E*¹ 19 alius *P*¹ 23 reptilium *R*¹ repentium *om.* *P*¹
 25 deus *om.* *E* 26 replete *S* 27 principamini (i *med. exp. m.* 1) *E*

et uolatilium caeli et omnium pecorum et omnis terrae et omnium reptilium reptantium super terram. et dixit deus: ecce dedi uobis omne pabulum seminale seminans semen, quod est super omnem terram, et omne lignum, quod habet in se fructum seminis seminalis — uobis erit ad escam et omnibus bestiis terrae et omnibus uolatilibus caeli et omni reptili reptanti super terram, quod habet in se spiritum uitae — et omne pabulum uiride in escam. et factum est sic. et uidit deus omnia, quae fecit, et ecce bona ualde. et facta est uespera, et factum est mane dies sextus. etiam atque etiam de natura hominis post erit uberior considerandi et diligentius disserendi locus. nunc tamen, ut opera sex dierum nostra inquisitio pertractatioque concludat, hoc primum breuiter dicimus non indifferenter accipiendum, quod in aliis operibus dicitur: dixit deus: fiat, hic autem: dixit deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, ad insinuandam scilicet, ut ita dicam, pluralitatem personarum propter patrem et filium et spiritum sanctum. quam tamen deitatis unitatem intellegendam statim admonet dicens: et fecit deus hominem ad imaginem dei, non quasi pater ad imaginem filii aut filius ad imaginem patris — alioquin non uere dictum est: ad imaginem nostram, si ad patris solius aut ad filii solius imaginem factus est homo — sed ita dicitur: fecit deus ad imaginem dei, tamquam diceretur: fecit deus ad imaginem suam. cum autem nunc dicitur: ad imaginem dei, cum superius dictum sit: ad imaginem nostram, significatur, quod non id agat illa pluralitas personarum, ut plures deos uel dicamus

1 pecorum—omnium *om. S* 2 reptilium *om. C* 3 omnem *E¹S*
 paulum *E¹* seminale *E¹* 4 terram omnem *E* 5 seminis *om. S*
 7 omne *E¹* 9 omnem *E¹* paulum *E¹* uiridem *E¹* 10 ecce] *erant* (*s. l. m. 2 add. ecce et erant exp.*) *E* ualde bona *E* 11 pr. factum *SR*
 12 post erit] poterit *S* 14 inquisitio *R* 18 insinuandum *R* 21 am-
 monet *PRSC* 24 ad *alt. om. Pbd* filii *E¹* 25 post dictum *add. est d*

uel credamus uel intellegamus, sed patrem et filium et spiritum sanctum — propter quam trinitatem dictum est: ad imaginem nostram — unum deum accipiamus, propter quod dictum est: ad imaginem dei.

20. Hic etiam illud non est praetereundum, quia, cum dixisset: ad imaginem nostram, statim subiunxit: et habeat potestatem piscium maris et uolatilium caeli et ceterorum animalium rationis expertium, ut uidelicet intellegamus in eo factum hominem ad imaginem dei, in quo inrationalibus animantibus antecellit. id autem est ipsa ratio uel mens uel intelligentia uel si quo alio uocabulo commodius appellatur. unde et apostolus dicit: renouamini in spiritu mentis uestrae et induite nouum hominem, qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius, qui creauit eum, satis ostendens, ubi sit homo creatus ad imaginem dei, quia non corporis liniamentis, sed forma quadam intellegibili mentis inluminatae.

Ac per hoc, sicut in illa prima luce, si eo nomine recte intellegitur facta lux intellectualis particeps aeternae atque incommutabilis sapientiae dei, non dictum est: et sic est factum, ut deinde repeteretur: et fecit deus, quia, sicut iam, quantum potuimus, disseruimus, non fiebat cognitio aliqua uerbi dei in prima creatura, ut post eam cognitionem inferius crearetur, quod in eo uerbo creabatur, sed ipsa primo creabatur lux, in qua fieret cognitio uerbi dei, per quod creabatur, atque ipsa cognitio illi esset ab informitate sua conuerti ad formantem deum et creari atque formari, postea uero in ceteris creaturis dicitur: et sic est factum; ubi significatur

12 Ephes. 4, 23. 24 13 Col. 3, 10

3 accipiamus deum *b* 5 praetereundum *S* 6 dixisset *R* 8 animantium *S* rationis *R* cum ut *inc. cap. XVIII E* 9 in *om. b* inrationalibus *PR* 11 uocabulo *E*¹ 12 in *om. Sb* 14 agnitione *PRSCb* 16 corporeis *bd* liniamentis *d* quadam forma *bd* 17 intellegibilis *P²RC* inluminatae *E*¹ 19 participes *E*¹ particeps *R*¹ 21 ut] et *E*¹ 23 postea (ea *exp. m. 1*) *S* ea *E*¹ 24 prima *PRd* 26 est (*s. l. m. 2 add. ad esset*) *E* 28 ceteris] creaueris *E*¹

in illa luce, hoc est in intellectuali creatura, prius facta uerbi
 cognitio, ac deinde, cum dicitur: et fecit deus, ipsius crea-
 turæ genus fieri demonstratur, quod in uerbo dei dictum
 erat. ut fieret: hoc et in hominis conditione seruatur; dixit
 5 enim deus: faciamus hominem ad imaginem et simili-
 tudinem nostram et cetera. ac deinde non dicitur: et sic
 est factum, sed iam subinfertur: et fecit deus hominem
 ad imaginem dei, quia et ipsa natura scilicet intellectualis
 est sicut illa lux, et propterea hoc est ei fieri, quod est
 10 agnoscere uerbum dei, per quod fit.

Nam si diceretur: et sic est factum, et postea sub-
 inferretur: et fecit deus, quasi primo factum intellexeretur
 in cognitione rationalis creaturæ ac deinde in aliqua creatura,
 quæ rationalis non esset; quia uero et ista rationalis creatura
 15 est, et ipsa eadem agnitione perfecta est. sicut enim post
 lapsum peccati homo in agnitione dei renouatur secundum
 imaginem eius, qui creauit eum, ita in ipsa agnitione creatus
 est, antequam delicto ueterasceret, unde rursus in eadem
 agnitione renouaretur. quæ autem non in ea cognitione creata
 20 sunt, quia siue corpora siue inrationales animæ creabantur,
 primo facta est in creatura intellectuali cognitio eorum a
 uerbo, quo dictum est, ut fierent, propter quam cognitionem
 primo dicebatur: et sic est factum, ut ostenderetur facta
 ipsa cognitio in ea natura, quæ hoc in uerbo dei ante cogno-
 25 scere poterat; ac deinde fiebant ipsæ corporales et inratio-
 nales creaturæ, propter quod deinceps addebatur: et fecit deus.

1 in *alt. om. ES* 4 conditione (corr. m. 2) P 5 imaginem et *om. b*
 6 et cetera] etc. *bd* 8 et intellectualis C 9 et illa b ei *om. S*
 11 si] et si *Pb & er. R* dicitur *E¹* subinferetur *S¹* 12 primo]
 prius *PRbd* 13 ac *er. R* 14 rationabilis *PR¹* ista] ipsa *PRbd*
 creatura rationalis b 15 post eadem s. l. *add. m. 1 & R* cogniti-
 one *PRbd* 16 lapsu P 18 ueterasceret *EPRSC* rursus *bd*
 19 cognitione] agnitione C 20 corpora (s. l. m. 2 at creatura) E
 creatura *in ras. m. 2 R* inrationabiles P 22 uerbo dei b quo]
 quod *EC^{1b}* 24 ante] antequam esset b 25 corporalis *R¹* et *om. b*
 inrationabiles *PR* 26 deinceps *ex deinceps P¹*

21. Quomodo autem immortalis factus sit homo et acceperit ad escam cum aliis animalibus herbam pabuli ferentem semen et lignum fructiferum et herbam uiridem, difficile est dicere. si enim peccato mortalis effectus est, utique ante peccatum non indigebat talibus cibis. neque enim posset corpus illud fame corrumpi. nam illud, quod dictum est: crescite et multiplicamini et inplete terram, quamquam nisi per concubitum maris et feminae fieri non posse uideatur — unde hinc quoque mortalium corporum existit indicium — potest tamen dici alium modum esse potuisse in corporibus immortalibus, ut solo pietatis adfectu nulla corruptionis concupiscentia filii nascerentur, nec mortuis parentibus successuri nec ipsi morituri, donec terra immortalibus hominibus impleteretur, ac sic instituto iusto et sancto populo, qualem post resurrectionem futurum credimus, nascendi etiam modus fieret: potest quidem dici et, quomodo dicatur, alia consideratio est; sed non etiam hoc quisquam dicere audebit ciborum indigentiam, quibus reficiantur, nisi mortalibus corporibus esse posse.

22. Nonnulli autem etiam hoc suspicati sunt tunc interiorem hominem factum, corpus autem hominis postea, cum ait scriptura: et finxit deus hominem de limo terrae, ut, quod dictum est: fecit, ad spiritum pertineat, quod autem: finxit, ad corpus, nec adtenderunt masculum et feminam nonnisi secundum corpus fieri potuisse. licet enim subtilissime disse-ratur ipsam mentem hominis, in qua factus est ad imaginem dei, quandam scilicet rationalem uitam, distribui in aeternae contemplationis ueritatem et in rerum temporalium admini-

1 homo immortalis factus sit *PRsbd cum et inc. cap. XX E 2 ad om. PR¹bd* erbam *S¹* pauli *E¹* 3 erbam *S* 4 peccata *P¹* 5 cuius *E¹* possit *S* illud corpus *b* 9 hinc] huic *b* extitit *Pb* existet *S* extitit *R²d* 10 modo *R¹* 11 pietatis] pie caritatis *P* pie caritatis *SRbd* 12 successuri. Nec ipsi (*sic*) *b* 13 don& *R* 14 iusto] isto iusto *S* 17 ciuorum *E¹* 18 reficiebantur *Pb* reficiabantur *C* corporibus *om. E¹* post posse *add.* necessariam *SC* 19 nunc *E¹PR¹Sbd* 23 adtendunt *PR¹Cbd* nonnisi (non *s. l. m.* 2) *E* 24 subtilissimae *RS* 26 quadam *SC* rationabilem *E* rationali *SC* uita *SC* 27 et in] et in quadam *b* administratione *E* amministrationem *PRC*

strationem, atque ita fieri quasi masculum et feminam illa parte consulente, hac obtemperante: in hac tamen distributione non recte dicitur imago dei, nisi illud, quod inhaeret contemplandae incommutabili ueritati. in cuius rei figura Paulus
 5 apostolus uirum tantum dicit imaginem et gloriam dei; mulier autem, inquit, gloria uiri est. itaque quamuis hoc in duobus hominibus diuersi sexus exterius secundum corpus figuratum sit, quod etiam in una hominis interius mente intellegitur, tamen et femina, quia corpore femina est, reno-
 10 uatur etiam ipsa in spiritu mentis suae in agnitionem dei secundum imaginem eius, qui creauit, ubi non est masculus et femina. sicut enim ab hac gratia renouationis et reformatione imaginis dei non separantur feminae, quamuis in sexu corporis earum aliud figuratum sit, secundum quod uir solus
 15 dicitur esse imago et gloria dei, sic et in ipsa prima conditione hominis secundum id, quod et femina homo erat, habebat utique mentem suam eandemque rationalem, secundum quam ipsa quoque facta est ad imaginem dei. sed propter unitatem coniunctionis, fecit deus, inquit, hominem ad imaginem
 20 dei. ac ne quisquam putaret solum spiritum hominis factum, quamuis secundum solum spiritum fieret ad imaginem dei, fecit illum, inquit, masculum et feminam fecit illos, ut iam etiam corpus factum intellegatur. rursus ne quisquam arbitraretur ita factum, ut in homine singulari uterque sexus
 25 exprimeretur, sicut interdum nascuntur, quos androgynos

5 I Cor. 11, 7

2 hac] ac *E*¹ optemperante *S* 3 illud *P* inheret *EC* ineret *S*
 contemplan- *R* 6 inquit *R* itaque] ita *ES* 9 femina] femina
 est *P*, est *er. R* quia] quae *bd* et corp. *C* est c. fem. *bd* femi-
 nata *E* est *om. P* 10 agnitione *Sd* 11 eius] *ei' (d *er.*) *R* 12 enim]
 autem *PRsbd* (s. l. m. 2) *E* reformatione. (m *er.*) *P* 13 sexu (s
ex n m. 2) *E* 14 secundum] propter *PRbd* solus uir *S* 15 gloria. (m
er.) E 17 itaque *S* rationalem *E*¹ 19 inquit *P* 22 inquit
 illum *S*¹*C* fecit illos *om. bd* 23 rursus *PR*¹*bd* 24 facta *E*¹
 25 *post* nascuntur *add. homines SC* androgynos *E* androgenos *S*

uocant, ostendit se singularem numerum propter coniunctionis unitatem posuisse et quod de uiro mulier facta est, sicut postea manifestabitur, cum id, quod hic breuiter dictum est, diligentius coeperit explicari; et ideo pluralem numerum continuo subiecit dicens: fecit eas et benedixit eos. sed, ut iam dixi, diligentius in consequenti scriptura de hominis creatione requiremus.

23. Nunc aduertendum est, quod, posteaquam dixit: et sic est factum, statim subiecit: et uidit deus omnia, quae fecit, et ecce bona ualde, ubi intellegitur potestas et facultas ipsa data naturae humanae sumendi ad escam pabulum agri et fructus ligni. ad hoc enim intulit: et sic est factum, quod ab illo loco inchoauerat, ubi ait: et dixit deus: ecce dedi uobis pabulum seminale et cetera. nam si ad omnia, quae supra dicta sunt, rettulerimus, quod ait: et sic est factum, consequens erit, ut fateamur etiam creuisse illos iam et multiplicatos inpleuisse terram in eodem sexto die, quod eadem scriptura testante post multos annos factum inuenimus. quapropter, cum data esset facultas haec edendi, et hoc deo dicente homo cognouisset, dicitur: et sic est factum, in hoc utique, quod deo dicente homo cognouit. nam si id etiam tunc egisset, id est in escam illa, quae data sunt, etiam nescendo adsumsisset, seruaretur illa consuetudo scripturae, ut, posteaquam dictum est: et sic est factum, quod ad exprimendam praecedentem cognitionem pertinet, deinde inferretur etiam ipsa operatio ac diceretur: et acceperunt et

1 ostendit se] ostendisse *R* se *om.* *E*¹ 3 manifestatur *EPRSC* hid (h *m.* 1 *exp.*) *E* breuiter *E*¹ 4 explicare *E*¹*C* 6 dixi] dixi si *s. l. m.* 2 *E* in *s. l. P* 8 animaduertendum *b* 9 factum est *Sbd* 10 *pr.* et *om.* *P*¹ 13 inchoauerat *P*¹ 14 uos *b* pauulum *E*¹ seminale *E* etc. *bd* si] et si *PR*¹*C* 15 dicta *bis pos.* *S* rettulerimus *E* rettulerimus *PR**Sbd* 16 confiteamur *PR**Sbd* creuisse *E* 19 haec facultas *PR**Sbd* aedendi *E* 20 deo *om.* *E*¹ cognouisse (*s. l. m.* 2 *al* set) *E* factum est *S* 22 esca* (*m cr.*) *R* quae (*q s. l. m.* 1) *R* 23 assumsisset *Pd* assumpsisset *SRb* 25 ad *s. l. m.* 1 *P* 26 ferretur *S*¹

ederunt. poterat enim ita dici, etiamsi non rursus nominaretur deus, sicut illo loco, posteaquam dictum est: congregetur aqua, quae est sub caelo, in congregationem unam, et adpareat arida, subinfertur: et sic est factum, ac
 5 deinde non dicitur: et fecit deus, sed tamen ita repetitur: et congregata est aqua in congregationem suam et cetera.

24. Quod autem non singillatim ut in ceteris etiam de humana creatura dixit: et uidit deus, quia bonum est,
 10 sed post hominem factum datamque illi potestatem uel dominandi uel edendi subintulit de omnibus: et uidit deus omnia, quae fecit, et ecce bona ualde, merito quaeri potest. potuit enim primo reddi homini singillatim, quod singillatim ceteris, quae antea facta sunt, redditum est, tum
 15 demum de omnibus dici, quae fecit deus, ecce bona ualde. an forte, quia sexto die perficiuntur omnia, propterea de omnibus dicendum fuit: uidit deus omnia, quae fecit, et ecce bona ualde, non singillatim de his, quae ipso die facta sunt? cur ergo de pecoribus et bestiis et reptilibus
 20 terrae dictum est, quae ad eundem diem sextum pertinent? nisi forte illa et singillatim in suo genere et cum ceteris universaliter dici bona meruerunt, et homo factus ad imaginem dei nonnisi cum ceteris hoc dici meruit. an quia perfectus nondum erat, quia nondum erat in paradiso constitutus? quasi
 25 uero, posteaquam ibi constitutus est, dictum sit, quod hic praetermissus est.

Quid ergo dicemus? an, quia praesciebat deus hominem

2 Gen. 1, 9

2 illo] in illo *PR¹bd* loco *om. S* 3 sub caelo est *bd* in *om. C*
 congregatione una *E¹PR* congregatio una *C* 5 repetitur] reperitur *b*
 6 congregationes suas *EPRSCbd*; cf. pag. 48, 24 10 uel dominandi
om. S 12 que *R* queri *S* 13 (et 14) singulatim *d* 14 ante *SR²*
 16 proficiuntur *R* 17 et ecce *om. E¹* 18 his] iis *d* qui *E¹*
 19 bestiis et *om. E* 20 pertinet *E¹* 21 et illa *b* et *fn. om. E¹*
 23 meruit *R¹* 24 constitutus (n. s. l. m. 1) *R* 26 praetermissus *R*
 27 dicimus *PR¹SCb*

peccatorum nec in suae imaginis perfectione mansurum, non singillatim, sed cum ceteris eum dicere uoluit bonum, uelut intimans, quid esset futurum? quia, cum ea, quae facta sunt, in eo, quod facta sunt, quantum acceperunt, manent, sicut uel illa, quae non peccauerunt, uel illa, quae peccare non possunt, et singula bona et in uniuerso omnia ualde bona sunt. non enim frustra est additum: ualde, quia et corporis membra, si etiam singula pulchra sunt, multo sunt tamen in uniuersi corporis conpage omnia pulchriora; quia oculum, uerbi gratia, placitum atque laudatum, tamen, si separatim a corpore uideremus, non diceremus tam pulchrum quam in illa conexione membrorum, cum loco suo positus in uniuerso corpore cerneretur. ea uero, quae peccando amittunt decus proprium, nullo modo tamen efficiunt, ut non etiam ipsa recte ordinata cum toto atque uniuerso bona sint. homo igitur ante peccatum et in suo genere utique bonus erat; sed scriptura praetermisit hoc dicere, ut illud potius diceret, quod futurum aliquid praenuntiaret. non enim falsum de illo dictum est. qui enim singillatim bonus est, magis utique cum omnibus bonus est. non autem, quando cum omnibus bonus est, sequitur, ut etiam singillatim bonus sit. moderatum est itaque, ut id diceretur, quod et in praesenti uerum esset et praescientiam significaret futuri. deus enim naturarum optimus conditor, peccantium uero iustissimus ordinator est, ut etiam, si qua singillatim fiunt delinquendo deformia, semper tamen cum eis uniuersitas pulchra sit. sed iam ea, quae sequuntur, in sequenti uolumine pertractemus.

4 in—sunt in *mg. sup. add. P* quo *R* 6 bona sunt *b* omnia
om. Pbd bona ualde *Sbd* 7 ualde *s. l. P* 8 si *om. S* multa *E*¹
 9 uniuerso *b* 11 uiderimus *PR*¹*C* in *s. l. m.* 1 *E* 12 in *om. R*¹
 13 amittunt *R* 14 tamen modo *bd* ut (*t. s. l. m.* 1) *E* non
 (*n. fin. s. l. m.* 1) *E* 15 rectae *SR* 16 in *om. CR*¹*b* utique genere *d*
 18 de illo falsum *S* 20 bonus *inist. exp. m. 1 E* 22 id] ad *in ras. m. 2 R*
 quod et] et quod *b* quod *PR*¹*d* praesentia *E*¹ 24 uero *om. S*
 26 sequuntur *E* secuntur *S* 27 Expl. liber tertius. incipiunt capitula *fol.*
 45 *E* Explicit liber tertius (*litt. mai. col.*) *fol.* 63^b *P* Explicit liber ter-
 tius; Incipit liber quartus (*litt. mai. col.*) *fol.* 78^a *R* pag. 76^b *S* *fol.* 24^a *C*

LIBER QUARTUS.

1. Et consummata sunt caelum et terra et omnis ornatus eorum. et consummauit deus in die sexto opera sua, quae fecit; et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis, quae fecit. et benedixit deus diem septimum et sanctificauit eum, quia in ipso requieuit ab omnibus operibus suis, quae inchoauit deus facere. arduum quidem atque difficillimum est uiribus intentionis nostrae uoluntatem scriptoris in istis sex diebus mentis uiuacitate penetrare. utrum praeterierint dies illi et addito septimo nunc per uolumina temporum non re, sed nomine repetantur. in toto enim tempore multi dies ueniunt praeteritis similes, nullus autem idem redit. utrum ergo praeterierint dies illi, an istis, qui eorum uocabulis et numero censentur, in temporum ordine cotidie transcurrentibus illi in ipsis rerum conditionibus maneant, ut non solum in illis tribus, antequam fierent luminaria, sed etiam in reliquis item tribus diei nomen intellegamus in specie rei, quae creata est, noctemque eius in priuatione uel defectu uel si quo alio nomine melius significatur, cum amittitur species aliqua mutatione a forma ad informitatem declinante atque uergente — quae mutatio in omni creatura siue possibilitate inest, etiamsi desit effectu, sicut in caelestibus superioribus, siue ad implendam in infimis rebus pulchritudinem temporalem per ordinatas uices quorumque mutabilium cessionibus successioneibusque peragitur, sicut manifestum est in rebus terrenis atque mortalibus — uespera uero in omnibus perfectae conditionis

2 Gen. 2 1—3

1 Explicuerunt capitula. in liber quartus fol. 46 E 4 in die PRSbd
 12 nomina ES 13 praeteris E¹ similis P¹ 14 ergo] autem b
 praeterierunt PRSb istis E¹ 15 cottidie ES 16 condicionibus R
 18 item S¹ cum item inc. cap. I E 19 priuationē b defectum b
 si (i ex e m. 1) R 20 admittitur E 21 atque P 23 des it P
 effectus] in affectu S effectus E²PRb 25 decessionibus bd successi-
 onibus queperagitur R¹ 27 mortalibus (s. l. m. 2 al mutabilibus) E
 perfecte EPS

quasi terminus quidam sit. mane autem incipientis exordium — omnis enim creata natura certis suis initiis et finibus continetur — : indagare difficile est. sed siue hoc siue illud siue aliquid etiam tertium probabilius, quod dicatur, possit inueniri, quod in progressu disputationis forsitan adparebit, 5 quemadmodum in illis diebus et nox et uespera et mane intellegatur, non est tamen ab re, ut consideremus senarii numeri perfectionem in ipsa interiore natura numerorum : quam mente intuentes ea, quae sensibus etiam corporis adiacent, numeramus numeroseque disponimus. 10

2. Inuenimus ergo senarium numerum primum esse perfectum ea ratione, quod suis partibus conpleatur; sunt enim et alii numeri aliis causis rationibusque perfecti. proinde istum senarium ea ratione perfectum diximus, quod suis partibus conpleatur, talibus dumtaxat partibus, quae multiplicatae 15 possint consummare numerum, cuius partes sunt; talis enim pars numeri dici potest quota sit. nam ternarius numerus potest dici pars non tantum senarii, cuius dimidia est, sed omnium ampliorum, quam est ipse ternarius. nam et quaternarii et quinarii pars maior ternarius est; potest enim diuidi 20 et quaternarius in tria et unum et quinarius in tria et duo. et septenarii et octonarii et nouenarii et quidquid ultra est numerorum pars est ternarius non maior uel dimidia, sed minor. nam septenarius quoque diuidi potest in tria et quatuor et octonarius in tria et quinque et nouenarius in tria 25 et sex; sed nullius horum potest dici ternarius quota sit pars nisi tantum nouenarii, cuius pars tertia est sicut senarii dimidia. itaque horum omnium, quos commemorauimus, nullus

7 de senario numero cf. etiam De ciuit. dei lib. XI 30. 31

1 quidam terminus *bd* iniquientis *E*¹ 6 quemadmodum *ER*
 7 ab] abs *bd* 8 interiora *S* interiori *bd* 9 adiacet *P*¹ 10 numeroseque *S*
 quaedisponimus (a *exp. m. 1*) *P* 11 primo *S* 12 quod] que *S*
 16 sunt *E*¹ tales *P* 20 quinari *P* 21 et ante unum *in mg.* *P*¹
 et unum *om.* *R*¹ 22 septenarii *S* quicquid *E*²*RS* 24 septenarius *S*
 27 pars post cuius (ar *in ras. m. 2*) *P* sicut & *S*

consummatur ex aliquot ternariis nisi senarius et nouenarius. nam ille constat ex duobus ternariis, iste autem ex tribus.

Senarius ergo numerus, ut dicere coeperam, partibus suis connumeratis et in summam ductis ipse conpletur. alii namque
 5 sunt numeri, quorum partes simul ductae minorem summam faciunt, alii uero ampliozem; certis autem interuallorum rationibus pauciores inueniuntur, qui suis partibus compleantur, quarum summa nec citra insistat nec ultra excrescat, sed ad tantum occurrat, quantus est ipse numerus, cuius partes sunt.
 10 horum primus senarius est. nam unius in numeris nullae partes sunt. sic enim dicitur et unum in numeris, quibus numeramus, ut non habeat dimidium uel aliquam partem, sed uere ac pure et simpliciter unum sit. duorum autem pars unum est et ea dimidia nec ulla altera. ternarius uero
 15 duas habet, unam, quae dici possit quota sit — quod est unum; nam tertia eius est — et aliam maiorem, quae non possit dici quota sit, id est duo; nec huius ergo computari possunt partes illae. de quibus agimus, id est quae dici possunt quotae sint. porro quaternarius duas habet tales: nam
 20 unum quarta eius est, duo dimidia; sed ambae in summam ductae, id est unum et duo simul, ternarium faciunt. non quaternarium. non ergo eum conplent partes suae, quia in summa minore consistunt. quinarius non habet talem nisi unam, id est ipsum unum, quae quinta pars eius est; nam
 25 et duo quamuis pars eius minor sit et tria maior, neutra tamen earum dici potest quota pars eius sit. senarius uero tres partes tales habet: sextam, tertiam, dimidiam. sexta

1 aliquod *E*¹ aliquo *SR* 2 et ille *S* 3 cap. II *E* 4 summa *E*
 ipse] in se *PR*¹*bd* 5 ducte *S* 6 autem] uero *PR**bd* 7 paucior-
 (corr. m. 1) *R* inuenient *P*¹ 8 citra *P* consistat *S* 10 horum]
 quorum *S* unus *PR*¹ 11 et unum] unum *PR**S**bd* 13 et] ac *b*
 14 ea] eo (o in *ras.*) *R* est *Pb* 15 habeat *E*¹ quota sit s. l. m. 1 *R*
 17 posset *E*¹ quota (e *er.*) *E* post nec lit. 2 litt. *R* partes
 computari possunt *PR**S**bd* 18 ille *SR* 20 summa *E* 21 id est duo &
 unum *S* duo, simul ternarium (sic) *b* 22 in *R*¹ 24 pars (ar in
ras.) *P* 25 pars (ar in *ras.*) *P* neutra *P* 27 habet *b*

eius unum est, tertia duo, dimidia tria. haec autem partes in summam ductae, id est unum et duo et tria, simul eundem consummant perficiuntque senarium.

Iam septenarius non habet talem partem nisi septimam, quod est unum, octonarius tres: octauam, quartam, dimidiam, id est: unum, duo et quattuor. sed haec similiter ductae septenarium faciunt infra insistentem, non ergo implent eundem octonarium. nouenarius duas habet: nonam, quod est unum, et tertiam, quod est tria. haec autem simul quaternarium faciunt longe nouenario minorem. denarius tres habet partes tales: unum decimam, duo quintam, quinque dimidiam: qui numeri simul ducti ad octonarium perueniunt, non ad denarium. undenarius non habet nisi solam undecimam, sicut septenarius solam septimam et quinarium solam quintam et ternarius solam tertiam et binarius solam dimidiam, quod in omnibus unum est. duodenarius uero partibus suis talibus simul ductis non ipse consummatur, sed exceditur; ampliorem quippe duodenario numerum faciunt: nam usque ad sedecim perueniunt. habet enim eas quinque: duodecimam, sextam, quartam, tertiam, dimidiam. nam duodecima eius unum est, sexta duo, quarta tria, tertia quattuor, dimidia sex: unum autem et duo et tria et quattuor et sex in summam ducta sedecim faciunt.

Et ne multis morer, in infinita serie numerorum plures numeri reperiuntur, qui tales partes aut non habent nisi singulas, sicut ternarius et quinarium et ceteri eiusmodi, aut ita

1 est unum *b* haec. (c. er.) *EP* haec *SRbd* 2 summa *E* 4 septenarius *S* septima *E*¹ 5 octavam *E*¹, (u. ex *b m.* 1) *R* et quartam *E* 6 & duo *S* haec *E*¹ haec *PRbd* similiter] similiter (s. l. m. 2 ad simul) *E* simul *PRsbd* 7 septenarium *S* insistentem] existentē *b* complent *E*²*PRsbd* 9 tertia *P* haec. (c. er.) *EPR* haec *Sbd* 10 nobenario *E*¹ partes habet tales *S* tales partes *PRbd* 11 decimam (a. ex u. m. 1) *E* 14 septenarius *S* 17 excedit *b* 18 duodenarium *S* 19 quinque] quippe *E*¹ 20 duodecimam *E*¹ 22 ductam *E*¹ 23 faciunt] sunt *PRsbd* 24 cum in *inc. cap.* III *E* serie *S* serie *P*¹ 25 reperiuntur *EPRS* inueniuntur *b* aut *om.* *S* 26 huiusmodi *S*

plures habent tales partes, ut in unum ductae atque in summam redactae uel citra insistant, sicut est octonarius et nouenarius et alii plurimi, uel ultra excedant, sicut duodecimus et duodeuicesimus et multi tales. plures ergo reperiuntur quilibet horum quam illi, qui perfecti uocantur, eo, quod suis simul ductis talibus partibus compleantur. nam post senarium duodetricesimus inuenitur, qui similiter suis partibus talibus constat; habet enim eas quinque: uicesimam et octauam, quartam decimam, septimam, quartam, dimidiam; id est: unum et duo et quattuor et septem et quattuordecim. quae simul ductae eundem duodetricesimum complent; fiunt enim uiginti octo. et quanto magis numerorum ordo procedit, tanto productioribus pro rata portione interuallis reperiuntur hi numeri, qui suis talibus partibus in summam redactis ad se ipsos occurrunt, dicunturque perfecti. quorum enim numerorum tales partes simul ductae non implent eisdem numeros, quorum partes sunt, imperfecti nominantur; quorum autem etiam excedunt, plus quam perfecti appellantur.

Perfecto ergo numero dierum, hoc est senario, perfecit deus opera sua, quae fecit. ita enim scriptum est: et consummauit deus in die sexto opera sua, quae fecit. magis autem in istum numerum intentus fio, cum considero etiam ordinem operum ipsorum. sicut enim idem numerus gradatim

20 Gen. 2, 2

1 atque] atque *P* aut *S* 2 insistant] existant *S* 3 nobenarius *E*¹ ultra *om.* *P*¹ 4 duodeuicesimus *E*¹*P* duodeuicesimus *R* duodeuiginti *b* duodeuicesimus *d* erga *S* repperiuntur *ER* repperiunt *P*¹ 5 ille *P* 6 simul suis *PRb* talibus *P* 7 duodetricesimus *E*¹*P* duodetricesimus *b* duodetricesimus *d* 8 talibus partibus *PRsbd* talibus *s. l. m.* 1 *S* consistat *S* uicesimam *PR*¹ uicesimam *E*²*d* 9 et *om.* *bd* octavam *E*¹ dimiam *P*¹ 10 et septem *om.* *R*¹ septem] septimam *E*¹ et *om.* *R* XIII *R* 11 duodetricesimum *E*¹*P* duodetricesimum *d* 12 XXVIII *P* magis *om.* *RSd* 13 procedet *S* praecedit *PR* portione] proportione *b* 14 repperiuntur *EPRS* hii *EP* talibus (*bu s. l. m.* 1) *P* 15 reductis (*d. er.*) *R* ad] a *R* dicunturque *E*¹ quarum *S* 18 etiam *om.* *b* 20 quae (*e s. l. m.* 1) *E* 21 sexto] septimo *b* 22 isto numero *S* 23 operam *R*

partibus suis in trigonum surgit — nam ita sequuntur unum, duo, tria, ut nullus alius interponi possit, quae singulae senarii partes sunt quibus constat: unum sexta, duo tertia, tria dimidia — ita uno die facta est lux, duobus autem sequentibus fabrica mundi huius: uno superior pars, id est firmamentum, altero inferior, id est mare et terra. sed partem superiorem nullis alimentorum corporalium generibus inpleuit, quia non ibi erat positurus corpora tali refectioe indigentia. at inferiorem, quam sibi congruentibus animalibus ornaturus erat, necessariis eorum indigentiae cibus ante ditauit. reliquis ergo tribus diebus ea creata sunt, quae intra mundum, id est intra istam uniuersitatem uisibilem ex elementis omnibus factam, uisibilia suis et congruis motibus agerentur. primo in firmamento luminaria, quia prius erat factum firmamentum, deinde in inferiore animantia, sicut ordo ipse poscebat, uno die aquarum, alio terrarum, nec quisquam ita demens est, ut audeat dicere non potuisse deum facere uno die cuncta, si uellet, aut, si uellet, biduo: uno die spiritalem creaturam et alio die corporalem, siue uno die caelum cum omnibus pertinentibus et alio terram cum omnibus, quae in ea sunt. et omnino quando uellet et quamdiu uellet et quomodo uellet. quis est, qui dicat uoluntati eius aliquid potuisse resistere?

3. Quapropter, cum eum legimus sex diebus omnia perfecisse et senarium numerum considerantes inuenimus esse perfectum, atque ita creaturarum ordinem currere, ut etiam ipsarum partium, quibus iste numerus perficitur, adpareat quasi gradata distinctio, ueniat etiam illud in mentem, quod

1 surget *S* secuntur *S* sequuntur (*alt. u s. l. m. 1*) *E* 2 ut] et *E*¹
 que *S*¹ singuli *S* 3 sexta] sex *S*¹ 4 tria *om. S* dimidia tria
 (tria *m. 2 exp. et sexta superscr.*) *S* die* (*pr. i s. l. m. 1; i er.*) *P*
 5 una *b* pars (*ar in ras.*) *P* 6 altera *b* 9 ad *E*¹ 10 necessariis
 (iis *paene er.*) *S* cuius *E*¹ 12 aelementis *P* 15 inferiore] feriore *E*¹
 16 nec] ne *E*¹ 18 uellit (*ante biduo*) *P* uiduo *E*¹ 19 alio die]
 alio *PRsbd* 21 *prim. et om. PR¹bd* quandiu *P* 22 est *s. l. m. 1 R*
 25 creaturarum omnium *S* 27 gradata] grata *S* distinctio *R*¹
 Ueniat *sqq. incip. cap. III E III in b* illa *E*¹ mente *E*¹

alio loco scripturarum ei dicitur: omnia in mensura et numero et pondere disposuisti, atque ita cogitet anima, quae potest, inuocato in auxilium deo et impertiente atque inspirante uires, utrum haec tria, mensura, numerus, pondus, in quibus deum disposuisse omnia scriptum est, erant alicubi, antequam crearetur uniuersa natura, an etiam ipsa creata sunt, et, si erant antea, ubi erant. neque enim ante creaturam erat aliquid nisi creator. in ipso ergo erant. sed quomodo? nam et ista, quae creata sunt, in ipso esse legimus. an illa sicut ipse, ista uero sicut in illo, a quo reguntur et gubernantur? et quomodo illa ipse? neque enim deus mensura est aut numerus aut pondus aut ista omnia. an secundum id, quod nouimus mensuram in his, quae metimur, et numerum in his, quae numeramus, et pondus in his, quae adpendimus, non est deus ista? secundum id uero, quod mensura omni rei modum praefigit et numerus omni rei speciem praebet et pondus omnem rem ad quietem ac stabilitatem trahit, ille primitus et ueraciter et singulariter ista est, qui terminat omnia et format omnia et ordinat omnia, nihilque aliud dictum intellegitur, quomodo per cor et linguam humanam potuit: omnia in mensura et numero et pondere disposuisti, nisi: omnia in te disposuisti?

Magnum est paucisque concessum excedere omnia, quae metiri possunt, ut uideatur mensura sine mensura, excedere omnia, quae numerari possunt, ut uideatur numerus sine numero, excedere omnia, quae pendi possunt, ut uideatur pondus sine pondere.

1 Sap. 11, 21 9 cf. Rom. 11, 36

3 impertiente *E*¹ 5 alicui *b* 6 natura] creatura *PRSBd* (*s. l. m.*
 2 a] creatura) *E* 8 erat (*a m. 1 in ras.*) *E* 9 legemus *P* post
 an *litura* 10 *litt. in R* 11 ipse] *S* 12 omnia ista *b* 13 his (*s. l.*
m. 2 a] eis) *E* eis *PRSBd* 14 his *E*¹ eis *PRSBd* (*bis*) adpendi-
 mus *E*¹ 15 uero *E*¹ 16 omnis *S* 17 stabilem *S* 18 iste *S*
 19 dictum aliud *S* 20 per (*s. l. m. 2 a] et*) *E* potuit] dici potuit *b*
 21 disposuisti. (*s. er.*) *E* 23 omniaque *R* 24 metiri (*n. er.*) *E*
 25 omniaq; *R* 26 adpendi *PRSBd*

4. Neque enim mensura et numerus et pondus in lapidibus tantummodo et lignis atque eiusmodi molibus et quantiscumque corporalibus uel terrestribus uel caelestibus animaduerti et cogitari potest. est autem mensura aliquid agendi, ne sit inreuocabilis et inmoderata progressio; et est numerus et adfectionum animi et uirtutum, quo ab stultitiae deformitate ad sapientiae formam decusque conligitur; et est pondus uoluntatis et amoris, ubi adparet, quanti quidque in adpetendo, fugiendo, praeponendo postponendoque pendatur. at haec animorum atque mentium et mensura alia mensura cohibetur, et numerus alio numero formatur, et pondus alio pondere rapitur. mensura autem sine mensura est, cui aequatur quod de illa est, nec alicunde ipsa est; numerus sine numero est, quo formantur omnia, nec formatur ipse; pondus sine pondere est, quo referuntur, ut quiescant, quorum quies purum gaudium est, nec illud iam refertur ad aliud.

Sed nomina mensurae et numeri et ponderis quisquis non nisi uisibiliter nouit, seruiliter nouit. transcendat itaque omne, quod ita nouit, aut si nondum potest, nec ipsis nominibus haereat, de quibus cogitare nisi sordide non potest. tanto enim magis cuique ista in superioribus cara sunt, quanto ipse minus est in inferioribus caro. quodsi non uult aliquis ea uocabula, quae in rebus infirmis et abiectissimis didicit, transferre ad illa sublimia, quibus intuendis mentem serenare conatur, non est urgendus, ut faciat. dum enim hoc intelle-

2 huiusmodi *PRsbd* mobilibus *E*¹ 4 autem] etiam *PRsbd*
 (s. l. m. 2 al etia) *E* 6 et adfectionum *om. b* affectionum
lib. 8 uoluntatis *E*¹ quique *E*¹ adpetendo *E*¹ 9 post-
 ponendoque (a *er.*) *E* postponendo quae *S* at] ad *E* sed *PRSE²bd*
 hic *b* 10 et *er. R* 12 sine] nisi *E*¹ 13 aliunde *P* aliunde *RSbd*
cum numerus *inc. VI E* 14 formantur (n s. l. m. 2) *S* ipse formatur *b*
 15 est *om. S* 16 iam] tamen *b* aliud (s. l. m. 2 al gaudia) *E*
 17 nomine *S* et ponderis et numeri *P* 18 uisibiliter] uiliter *S*
 ui... liter *R* nouit (*pr*; uit *add. s. l. m. 2*) *E* seruiliter nouit
om. S 19 nominibus (n *init. s. l. m. 1*) *R* 20 hereat *EPRS* sor-
 dide] *S* sordide] *P* 22 caro] cara *S* 23 infimis *E²Sbd* 24 sub-
 limia (mi s. l. m. 1) *R* 25 urgendus *PRS*

gatur, quod intellegendum est, non magnopere curandum est. quid uocetur. scire oportet tamen, cuiusmodi similitudo est inferiorum ad superiora. non enim aliter recte hinc illuc ratio tendit et nititur.

5 Jam uero si quisquam dicit creatam esse mensuram et numerum et pondus, in quibus deum omnia disposuisse scriptura testatur, si in illis omnia disposuit, eadem ipsa ubi disposuit? si in aliis, quomodo ergo in ipsis omnia, quando ipsa in aliis? non itaque dubitandum est illa esse extra ea,
10 quae disposita sunt, in quibus omnia disposita sunt.

5. An forte putabimus ita dictum esse: omnia in mensura et numero et pondere disposuisti, ac si diceretur: omnia sic disposuisti, ut haberent mensuram et numerum et pondus? quia et, si diceretur: omnia corpora in coloribus disposuisti, non hinc esset consequens, ut ipsa dei
15 sapientia, per quam facta sunt omnia, colores in se prius habuisse intellegeretur, in quibus faceret corpora, sed ita acciperetur: omnia corpora in coloribus disposuisti, ac si diceretur: omnia corpora sic disposuisti, ut haberent colores.
20 quasi uero a creatore deo disposita in coloribus corpora, id est ita disposita, ut colorata essent, possit aliter intellegi, nisi aliqua ratio colorum singulis corporum generibus distribuendorum in ipsa disponentis sapientia non defuisse intellegatur, etsi color ibi non appellatur. hoc est enim, quod dixi,
25 dum res conceditur, non esse de uocabulis laborandum.

Faciamus ergo ita dictum esse: omnia in mensura et

11 Sap. 11, 21

2 quod *S* cuiusmodi tamen *S* 3 rectae *R* 4 tendit. *S* 7 scriptura *om.* *E* eadem—disposuit *bis pos. sed alt. del. m.* 1 *S* 8 in *s. l. m.* 1 *R* omnia in ipsis *b* 9 ea *om.* *P*¹ 11 putauimus *E*¹ esse dictum *b* 16 quem *R* 17 intellegetur *P*¹ 18 acceperetur *P* 21 posset *E* 23 disponendis *S* disponenti *Rb* non defuisse] fuisse *b* 24 coloris *S* ibi *om.* *S* 25 res (*s. m. 1 s. l.*) *R* conceditur] cognoscitur *Rbd* •onditur (*c. er.*) *P* uocauulis *E*¹ 26 faciamus] fateamur *b* ergo *om.* *E*¹

numero et pondere disposuisti, tamquam dictum esset ita disposita, ut haberent proprias mensuras suas et proprios numeros et proprium pondus, quae in eis pro sui cuiusque generis mutabilitate mutarentur, augmentis et diminutionibus, multitudine et paucitate, leuitate et grauitate secundum dispositionem dei: numquid, sicut ista mutantur, ita ipsum dei consilium, in quo ea disposuit, mutabile dicimus? auerterit ipse tantam dementiam!

6. Cum ergo haec ita disponerentur, ut haberent mensuras et numeros et pondera sua, ubi ea cernebat ipse disponens? neque enim extra se ipsum, sicut cernimus oculis corpora, quae utique nondum erant, cum disponerentur, ut fierent. nec ita intra se ipsum ista cernebat, sicut cernimus animo phantasias corporum, quae non praesto sunt oculis, sed ea, quae uidimus, uel ex eis, quae uidimus, imaginando cogitamus. quo ergo modo ista cernebat, ut ita disponeret? quo, nisi eo, quo solus potest?

Uerum tamen nos mortales et peccatores, quorum animas adgrauant corpora corruptibilia et quorum sensum multa cogitantem terrena deprimit habitatio — quamquam, et si corda mundissima et mentes simplicissimas gereremus sanctisque angelis iam essemus aequales, non utique nobis ita nota esset diuina substantia sicut ipsa sibi — tamen istam senarii numeri perfectionem nec extra nos ipsos cernimus, sicut oculis corpora, nec ita intra nosmet ipsos, quemadmodum corporum

18 cf. Sap. 9, 15

1 ponderem (m exp. m. 1) P disposuisti] disposita S, (ita in ras.) R
 2 et om. E¹ 5 cum uoce multitudine inc. cap. VII E leuitate
 om. P¹ leuite R¹ 7 auertat b 8 tantam** (en er. et tan s. l. pos. m.
 1) R 9 haec s. l. m. 1 R disponeretur b 11 post ipsum add.
 cernebat b 13 ita s. l. m. 1 R om PSbd ista] ita d animo
 cernimus bd 14 fantasias E presto ES eaq; R 15 uidemus PRSb
 uel—uidimus om. S uidemus PR¹b 16 cap. VIII E modo ergo PRd
 18 tamen] etiam bd 19 adgrabant E¹ aggrabant PR¹ 21 generemus E¹
 23 cum uoce tamen incipit cap. VII in bd 24 cernimos P¹ 25 ita
 om. E¹Sb quemamnodum EPRS

phantasias et uisibilium imagines rerum, sed alio quodam longe differenti modo. quamuis enim se obiectent mentis aspectui quasi corpusculorum quaedam simulacra, cum senarii numeri compositio uel ordo uel partitio cogitatur, tamen ualidior et praepotentior desuper ratio non eis adnuit interiusque uim numeri contuetur: per quem contutum fidenter dicit id, quod dicitur unum in numeris, in nullas partes diuidi posse, nulla autem corpora nisi in partes innumerabiles diuidi, et facilius caelum et terram transire, quae secundum senarium numerum fabricata sunt, quam effici posse, ut senarius numerus non suis partibus compleatur. gratias itaque creatori semper agat animus humanus, a quo ita creatus est, ut hoc possit uidere, quod auium nulla, nulla bestiarum, quae tamen nobiscum uident et caelum et terram et luminaria et mare et aridam et omnia, quae in eis sunt.

Quamobrem non possumus dicere propterea senarium numerum esse perfectum, quia sex diebus perfecit deus omnia opera sua, sed propterea deum sex diebus perfecisse opera sua, quia senarius numerus perfectus est. itaque, etiamsi ista non essent, perfectus ille esset; nisi autem ille perfectus esset, ista secundum eum perfecta non fierent.

8. Iam uero, quod scriptum est requieuisse deum in die septimo ab omnibus operibus suis, quae fecit, et ideo eundem diem benedixisse et sanctificasse, quia in ipso requieuit ab omnibus operibus suis, ut, quomodo possumus, quantum ab ipso adiuti fuerimus, intellectu conemur adtingere, prius de hoc carnales hominum suspiciones a nostris mentibus abigamus. numquid enim dici uel credi fas est deum laborasse in operando, cum ea, quae supra scripta sunt, condidit, quando

1 fantasias *E* 3 corpusculorum *PR*¹ 5 adnuit *E*¹ interiusquae *ER* interius quæ *b* 6 uim *om.* *P* numeri uim *P*²*Rbd* 11 creatori semper creatori (semper creatori *exp. m.* 2) *E* 12 itaque *E* 13 nulla bestiarum] aut bestiarum *S* uestiarum *E*¹ 15 arida *S* que *R* 16 *cap.* VIII *E* 19 itaque] Perfectus itaque *S* 20 perfectus *om.* *S* 22 in *om.* *E*¹ 24 ab omnibus operibus suis *om.* *PR*¹*bd* 26 fuerimus adiuti *b* 27 suspitiones *S* suspiones *P*¹ auigamus *E*¹

dicebat, et fiebant? ita quippe nec homo laborat, si aliquid faciendum, mox ut dixerit, fiat. quamuis enim humana uerba sonis adminiculata ita proferantur, ut sermo diuturnus fatiget, tamen, cum tam pauca sunt, quam pauca legimus in eo, quod scriptum est, cum deus dixit: fiat lux, fiat firmamentum 5 et cetera usque in finem operum, quae sexto die consummauit, nimis absurdi deliramenti est istum uel hominis, nedum dei, laborem putare.

An forte quis dixerit dicendo quidem, ut fierent, quae continuo facta sunt, deum non laborasse, sed forte cogitando, 10 quid fieri debuisset, qua cura uelut liberatus rerum perfectione requieuerit et eo merito diem, quo primum factus est, ab hac animi intentione securus benedicere et sanctificare uoluerit? quodsi haec sapere multum desipere est — rerum enim condendarum tam facultas quam facilitas incomparabilis et 15 9 ineffabilis est apud deum — quid restat, ut intellegamus, nisi forte creaturae rationali, in qua et hominem creauit, in se ipso requiem praebuisse post eius perfectionem per donum spiritus sancti, per quem diffunditur caritas in cordibus nostris, ut illuc feramur adpetitu desiderii, quo cum uenerimus requie- 20 scamus, id est nihil amplius requiramus? sicut enim recte dicitur deus facere, quidquid ipso in nobis operante fecerimus, ita recte dicitur deus requiescere, cum eius munere requiescimus.

Hoc quidem recte intellegimus, quia et uerum est et non 25 magnae intentionis indiget, ut uideamus ita dici requiescere

5 Gen. 1, 3. 6 19 cf. Rom. 5, 5

1 post dicebat add. fiant PRb et fiebant om. PR 5 dixit deus Sb
6 consummauit R 7 deliberamentis P deleramentis R¹ inter hominis
et nedum add. quanto magis b nedum] quanto magis S 11 qua]
quae E¹ uelut cura b 12 requieuerit (er s. l. m. 1) E requieuit b
primo PRbd 14 si haec om. b 15 et] atque PRSbd 16 aput EP
cum uoce quid incipit cap. 9 in bd 18 prebuisse S 20 feramur (r
fin. sup. exp. s m. 1) E adpetitu E¹ cum] dum S perueneri-
mus PSbd 22 quicquid E²RS inobis P¹ 23 rectae R deus
dicitur b 26 magna intentione b ista E¹ dice E dicere b

deum, cum requiescere nos facit, sicut dicitur cognoscere, cum efficit, ut cognoscamus. neque enim deus temporaliter cognoscit, quod ante non nouerat, et tamen dicit Abrahae: nunc cognoui, quoniam times deum: ubi quid aliud
 5 accipimus, nisi: nunc feci, ut cognosceres? his locutionum modis. cum ea, quae non accidunt deo, tamquam illi accidant loquimur, eum facere agnoscimus, ut nobis accidant, ea dumtaxat, quae laudabilia sunt, et haec quantum scripturarum usus admittit. neque enim temere nos aliquid de deo tale
 10 dicere debemus, quod in scriptura eius non legimus.

Ex hoc locutionis modo arbitror dictum illud ab apostolo: nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis. neque enim ipsa spiritus sancti, qua est quidquid ipse est, substantia contristari
 15 potest, cum habeat aeternam atque incommutabilem beatitudinem magisque sit ipsa aeterna incommutabilis beatitudo. sed quia ita in sanctis habitat, ut eos inpleat caritate, qua necesse est, ut homines ex tempore gaudeant propectu fidelium et bonis operibus, et ideo necesse est etiam contristentur
 20 lapsu uel peccatis eorum, de quorum fide ac pietate gaudebant — quae tristitia laudabilis est, quia uenit ex dilectione, quam spiritus sanctus infundit — propterea ipse spiritus dicitur contristari ab eis, qui sic agunt, ut eorum factis contristentur sancti, non ob aliud, nisi quia spiritum sanctum habent: quo
 25 dono tam boni sunt, ut eos mali maestificent, hi maxime,

4 Gen. 22, 12 12 Eph. 4, 30

1 nos requiescere *b* fecit *E¹S* 2 efficit *PR* 3 antea *bd* Abrahæ] ad Abraham *d* ad abraam *b* 5 cognosceres *E¹* cognosceretur *PR¹S^{bd}* *cup.* X *E* loquutionum *P* 8 haec] hoc *b om.* *P¹* 9 ammittit *PR¹* nos temere *bd* tale de deo *PR^{bd}* tale *om.* *S* 11 Ex] Et *b* loquutionis *PR* 12 contristare *E¹* 13 diem *ES* redemptionis *RS^{bd}* 14 quae *S* quicquid *E²RS* est ipsa *b* 17 quae *S* 18 profectu *PR^{S^{bd}}* 20 lapsu *P* pietate *S* 21 quam] quam (*m exp. m. 1*) *S* qua *b* 22 *alt. sps in ras. m. 2* *R* contristari (*s er.*) *S* 24 quomq̄ (*mo exp. m. 1*) *P* quo *R* 25 dono] donante *S* dōno *E¹* dono *R* mestificent *R* hii *E*

quos bonos fuisse siue nouerunt siue crediderunt. quae profecto tristitia non solum non culpanda, uerum etiam praecipue laudanda ac praedicanda est.

Hoc genere locutionis rursus idem apostolus mirabiliter usus est, ubi ait: nunc autem cognoscentes deum, immo 5 cogniti a deo. neque enim tunc eos cognouerat deus, praecognitos uidelicet ante constitutionem mundi; sed quia tunc eum ipsi illius munere, non suo merito uel facultate cognouerant, maluit tropice loqui, ut tunc ab illo cognitos diceret, cum eis cognoscendum se praestitit, et uerbum corrigere, 10 quasi hoc minus recte dixerit, quod proprie dixerat, quam sinere, ut hoc sibi adrogarent se potuisse, quod eis posse ille donauerat.

10. Hic ergo intellectus in eo, quod positum est requieuisse deum ab omnibus operibus suis, quae fecit bona ualde, quia 15 ipse nos facit requiescere, cum bona opera fecerimus, quibusdam forte suffecerit; sed nos huius sententiae scripturarum consideratione suscepta arguemur quaerere, quonam modo et ipse requiescere potuerit, quamuis requie sua nobis insinuata sperare admonuerit in se requiem nostram futuram. sicut 20 enim ipse fecit caelum et terram et ea, quae in eis sunt, et omnia sexto die consummauit, nec in eis aliquid dici potest nos creasse illo donante, ut crearemur, et ideo dictum esse: consummauit deus in die sexto opera sua, quae fecit. quia, ut a nobis consummarentur, ipse praestitit: ita et quod 25 dictum est: requieuit deus in die septimo ab omnibus operibus suis, quae fecit, non utique nostram requiem.

5 Gal. 4, 9 7 cf. I Petr. 1, 10 24 Gen. 2, 2

1 bonus *P*¹ 2 praecipuae *R* 4 loquutionis *P*¹ loquutionis *R*
 rursus *PR**S**b**d* 6 cogniti estis ab eo *b* 8 eam *P*¹ ipsi eum *P*²*R**S**b**d*
 10 prestitit *EP* 11 rectae *R* propriae *S* 12 se] sed *E* 16 fecit *PR*¹
 feceremus *P* 17 sufficerit *R*¹ nos] non *S* 18 urgemur *E*²*R**b**d*
 quonam] quoniam *PR*¹ et *om.* *S* 19 requiem suam *S* nobis *R*¹
 insinuatam *S* 20 ammonuerit *PR* 21 sunt *om.* *P* 22 dici potest
 aliquid *b* 23 donante (te *ex do m.* 1) *P* crearemur *S* dictum
 exp. m. 1) *P* 25 quia ut] qui aut *S* prestitit *S* 27 utiqu *R*¹

quam concedente ipso adepturi sumus, sed ipsius primitus intellegere debemus, qua in septimo die requieuit consummatis operibus, ut prius omnia, quae scripta sunt, facta monstrentur et deinde, si opus est, etiam aliquid significasse doceantur.

- 5 recte quippe dicitur, sicut deus post opera sua bona requieuit, ita et nos post opera nostra bona requieturos; sed ob hoc etiam recte flagitatur. ut, quemadmodum disputatum est de operibus dei, quae ipsius esse satis adparet. ita de requie dei satis disseratur, quae proprie ipsius demonstratur.
- 10 11. Quapropter iustissima ratione compellimur indagare, si ualeamus, atque eloqui, quomodo utrumque sit uerum, et quod hic scriptum est in septimo die requieuisse deum ab omnibus operibus suis, quae fecit, et quod in euangelio dicit ipse. per quem facta sunt omnia. pater meus usque modo
- 15 operatur, et ego operor. eis enim hoc respondit, qui propter requiem dei scripturae huius auctoritate antiquitus commendatam sabbatum ab eo non obseruari querebantur. et dici quidem probabiliter potest obseruandum sabbatum Iudaeis fuisse praeceptum in umbra futuri, quae spiritalem
- 20 requiem figuraret, quam deus exemplo huius quietis suae fidelibus bona opera facientibus arcana significatione pollicebatur. cuius quietis et dominus Iesus Christus, qui nonnisi quando uoluit passus est, etiam sepultura sua mysterium confirmauit. ipso quippe die sabbati requieuit in sepulcro
- 25 eumque totum diem habuit sanctae cuiusdam uacationis, posteaquam sexto die, id est parasceue, quam dicunt sextam

14 Ioh. 5, 17

1 concedente (ce *add. m.* 2) *S* 2 quia *SR*² 3 monstrarentur *PR*^{1b}
 7 rectae *R* quemadmodum *EPR*¹ disputatum *bis pos. m.* 1 *alt.*
del. S 8 apparet *R*¹ 9 proprie *SR* propria *bd* demonstretur *PR**Sbd*
 10 *cap. XI E* compellemur *P* 13 omnibus *om. PRd* operibus *om. S*
 14 modo] nunc *PRbd* 15 eis] iudaeis *S* qua *S* 16 auctoritatem *S*
 17 commendatam *E*¹ commendatum *P*^{2bd} quaerebantur *EPR**S* 18 pot-
 est] post *S* 21 arcana *E*¹ 22 ante dominus *add.* ipse *PRbd*
 Iesus Christus *scripsi:* ihs *E* xps *PR**Sbd* 24 sabati *S* sepulchro *PR**Sb*
 25 uacationis *P*¹*R*^{1b} 26 quem *PRb* sextum *b*

sabbati, consummauit omnia opera sua, cum de illo quae scripta sunt in ipso crucis patibulo conplerentur. nam et hoc uerbo usus est quando ait: consummatum est; et inclinato capite tradidit spiritum. quid ergo mirum, si deus istum diem, quo erat Christus in sepultura quieturus, uolens etiam hoc modo praenuntiare ab operibus suis in uno die requieuit, deinceps operaturus ordinem saeculorum, ut et illud uerum diceretur: pater meus usque nunc operatur?

12. Potest etiam intellegi deum requieuisse a condendis generibus creaturae, quia ultra iam non condidit aliqua genera noua, deinceps autem usque nunc et ultra operari eorundem generum administrationem, quae tunc instituta sunt, non ut ipso saltem die septimo potentia eius a caeli et terrae omniumque rerum quas condiderat gubernatione cessaret, alioquin continuo dilaberentur. creatoris namque potentia et omnipotentis atque omnitenentis uirtus causa subsistendi est omni creaturae: quae uirtus ab eis, quae creata sunt, regendis si aliquando cessaret, simul et illorum cessaret species omnisque natura concideret. neque enim, sicut structor aedium, cum fabricauerit, abscedit, atque illo cessante atque abscedente stat opus eius, ita mundus uel ictu oculi stare poterit, si ei deus regimen sui subtraxerit.

Proinde et quod dominus ait: pater meus usque modo operatur, continuationem quandam operis eius, qua uniuersam creaturam continet atque administrat, ostendit. aliter enim posset intellegi, si diceret: et nunc operatur, ubi non esset necesse, ut operis continuationem acciperemus, aliter autem

8 Ioh. 19, 30 8 Ioh. 5, 17

2 patiuulo *E*¹ 4 tradidit *R*¹ reddidet *P* reddidit *R*^{2b} 5 sepultura] sepulchro *b* 8 uere *bd* 9 conçedendis *E* condendis (*alt. n s. l. m.* 1) *P* 11 operari] opera *R* operatur *b* operari *P* eundem *P*¹ 12 amministrationem *PR* ut *s. l. m.* 1 *R* 13 saltim *S* 14 omnium- quae *P* gubernatore. (*s semier.*) *S* 15 dilauerentur *EP* 17 eis] omnibus *S* que *R* 19 instructor *S* structura *b* 20 abscedit] quis abscedit *b* 21 opera *S* 23 modo] nunc *E*²*PRbd* 25 amministrat *PR* 26 possit *SR*¹ 27 autem] enim *E*¹

cogit intellegi, cum ait: usque nunc, ex illo scilicet, quo cuncta cum conderet operatus est. et quod scriptum est de sapientia eius: pertingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suauiter, de qua item scriptum est, 5 quod motus eius agilior celeriorque sit omnibus motibus: satis adparet recte intuentibus hunc ipsum incomparabilem et ineffabilem, et si possit intellegi, stabilem motum suum rebus eam praebere suauiter disponendis, quo utique subtracto, si ab hac operatione cessauerit, eas continuo perituras. et illud, 10 quod ait apostolus, cum deum Atheniensibus praedicaret: in illo uiuimus et mouemur et sumus, liquide cogitatum, quantum humana mens ualet, adiuuat hanc sententiam, qua credimus et dicimus deum in his, quae creauit, indesinenter operari. neque enim tamquam substantia eius sic in illo 15 sumus. quemadmodum dictum est, quod habeat uitam in semet ipso, sed utique, cum aliud sumus quam ipse, non ob aliud in illo sumus, nisi quia id operatur, et hoc est opus eius, quo continet omnia et quo eius sapientia pertendit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia 20 suauiter, per quam dispositionem in illo uiuimus et mouemur et sumus. unde conligitur, quod, si hoc opus suum rebus subtraxerit, nec uiuemus nec mouebimur nec erimus. claret igitur ne uno quidem die cessasse deum ab opere regendi, quae creauit, ne motus suos naturales, quibus 25 aguntur atque uegetantur, ut omnino naturae sint et in eo, quod sunt, pro suo quaeque genere maneant, illico amitterent

8 Sap. 8, 1 5 cf. Sap. 7, 24 10 Act. 17, 28 16 cf. Ioh. 5, 26
18 Sap. 8, 1 20 Act. 17, 28

2 cum] dum *S* conçederet (ce *exp. m.* 1) *E* 3 sapientia *R*
eius *om. b* pertinget *S* usad *P*¹ 4 suabiter *E*¹*P* 6 incom-
parabilem] incorporabilem *S* (*s. l. m.* 2 ad incorporabilē) *E* 8 praerberet *S*
suabiter *E*¹ 9 hac (*h. s. l. m.* 1) *R* 10 atheneensibus *P* ateneensi-
bus *R*¹ in]& in *S* 11 prius et *om. b* 12 adiubat *E*¹ 13 iis *Rd*
que *R* 14 substantiam *E* 15 quemadmodum *EPR*¹*S* 16 simus *E*²*PRd*
18 sapientia *R* 19 disponet *P* 20 suabiter *P* et *om. b*
21 hic *S* 22 uiuimus *S* mouemur *S* 25 uegitantur *S* sint]
sūt *b* 26 quaeque] quoque *ESb* queque *R* illico (*li in ras.*) *R* illico *bd*

et esse aliquid omnino desinerent, si eis subtraheretur motus ille sapientiae dei, quo disponit omnia suaviter. quapropter sic accipimus deum requieuisse ab omnibus operibus suis, quae fecit, ut iam nouam naturam ulterius nullam conderet, non ut ea, quae condiderat, continere et gubernare cessaret. 5 unde et illud uerum est, quod septimo die requieuit deus, et illud, quod usque nunc operatur.

13. Et opera quidem eius bona uidemus, quietem uero eius post bona opera nostra uidebimus. ob quam significandam mandauit Hebraeo populo unum diem obseruandum: quod 10 tam carnaliter agebant, ut eo die dominum saluatorem nostrum uidentes operari criminarentur, ac sic eis de opere patris rectissime responderet, cum quo et ipse operabatur aequaliter non solum creaturae uniuersae administrationem, sed etiam ipsam nostram salutem. iam uero tempore gratiae reuelatae 15 obseruatio illa sabbati, quae unius diei uacatione figurabatur, ablata est ab obseruatione fidelium. in ea quippe iam gratia perpetuum sabbatum obseruat, qui spe futurae quietis operatur quidquid boni operatur nec in ipsis bonis operibus suis quasi habens bonum, quod non acceperit, gloriatur; ita enim tam- 20 quam diem sabbati, hoc est dominicae cessationis in sepultura suscipiens atque intellegens baptismi sacramentum quiescit a pristinis operibus suis, ut iam in nouitate uitae ambulans deum in se operari cognoscat, qui simul et operatur et quiescit

6 Gen. 2, 2 10 cf. Exod. 20, 8 22 cf. Rom. 6, 4

2 illae *P* suabiter *E*¹ 4 que *R* iam] etiam *S* 5 ut ea quae] utiquae *P* utique *b* ea quae *om.* *R*¹ ante condiderat *add.* ut quod *b* 6 in septimo *PRSbd* 8 uidemus bona *PRbd* 9 uideuimus *E*¹ 10 hebreo *SR* 11 dominum saluatorem nostrum (*s. l. m. 2 a salutē nostrā*) *E* dñm saluatorem nřm (*sed ex saluatorem fact. salutarem et in mg. add.* alibi) *S* salutem nostram dominum *PRbd* 12 sic *s. l. m. 2 P* si *bd* 13 equaliter *R* 14 amministrationem *PR* 15 salutem nostram *S* reuelata *S* 16 sabati *R* uocatione *P¹R¹* 17 iam legitur ante sabbatum in *PRS*, post sabbatum in *bd* 18 spei *E*¹ pfuturae (*p m. 2 ex i uocab. spei*) *E* 19 quicquid *E²SR* 21 die *E¹PRS* 24 et *s. l. m. 2 S*

et creaturae praebens congruam gubernationem et apud se habens aeternam tranquillitatem.

14. Denique ipse nec, cum creauit, defessus nec, cum cessauit, reffectus est, sed nos uoluit per scripturam suam ad
 5 quietis exhortari desiderium intimando nobis eum diem se sanctificasse, in quo quieuit ab omnibus operibus suis. nam nusquam omnium sex dierum, quibus creata sunt omnia, legitur aliquid sanctificasse. nec ante ipsos sex dies, ubi scriptum est: in principio fecit deus caelum et terram,
 10 additum est: et sanctificauit, sed diem istum, in quo requieuit ab omnibus operibus suis, quae fecit, uoluit sanctificare, tamquam et apud ipsum, qui nihil in opere suo laborat, plus quies quam operatio ualeat. hoc quidem in hominibus euangelium nobis intimat, ubi saluator noster meliorem partem
 15 dicit Mariae, quod sedens ad pedes eius requiescebat in uerbo eius, quam Marthae quamuis propter obsequium, quo ei ministrabat, circa multa occupatae et licet bonum opus operantis. uerum hoc in deo quomodo sit uel intellegatur, difficile dictu est, etiamsi cogitatu aliquantulum atdingi potest, cur deus
 20 sanctificauerit diem quietis suae, qui nullum sanctificauerit operis sui, nec ipsum sextum, quo et hominem fecit et cuncta perfecit. ac primum ipsum requiescere dei quale sit, cuius humanae mentis acies adsequi potest? quod tamen nisi esset, hoc omnino ista scriptura non poneret. dicam sane, quod
 25 sentio, haec duo indubitata praeloquens nec deum uelut post laborem desideratumue negotii sui finem temporali quadam

9 Gen. 1, 1 15 cf. Luc. 10, 39—42

1 guernationem *E*¹ apud *E*¹*PR* 3 cap. XII *E* defessus *R*¹
 5 exortari *ESR* 6 omnibus *om. E*¹ 8 ubi] ub *P*¹ 11 sanctificare
 uoluit *b* 12 apud *EP* 13 hominibus] om[ni]bus *E* om[ni]bus *R*
 16 marthae *P*¹ 17 occupata *S* operantes *S* operatis *P*¹ 18 uerum]
 uerbum *S* dictum *E*¹*P* dictu. (m *er.*) *R* 19 quur *S* 20 sanctifi-
 cauerat *b* 21 et cuncta perfecit *om. PR* 23 adsequi *E*¹ 24 ista]
 in ista *S* ipsa *b* sanae *R* 25 hic *b* uelut *om. PR*¹ 26 deside-
 ratumue *E*¹ desideratumuae *R* desideratum de *S* desideratum *b*

reque delectatum nec has litteras auctoritate tanta merito praeminentes frustra falsoque dixisse, quod deus ab omnibus operibus suis, quae fecit, in septimo die requieverit eaque causa eundem diem sanctificauerit.

15. Nimirum ergo, quia uitium est et infirmitas animae 5
ita suis operibus delectari, ut potius in eis quam in se
requiescat ab eis, cum procul dubio melius aliquid in illa sit,
quo ea facta sunt, quam ipsa, quae facta sunt, insinuatur
nobis deus per hanc scripturam, qua dicitur requieuisse ab
omnibus operibus suis, quae fecit, nullo opere suo sic delectatus, 10
quasi faciendi eius eguerit, uel minor futurus, nisi
fecisset, uel beator, cum fecisset. quia enim ex illo ita est
quidquid ex illo est, ut ei debeat, quod est, ipse autem nulli.
quod ex ipso est, debeat, quod beatus est, se rebus, quas
fecit, diligendo praeposuit, non sanctificans diem, quo ea 15
facienda inchoauit, nec illum, quo ea perfecit, ne illis uel
faciendis uel factis auctum eius gaudium uideretur, sed eum,
quo ab ipsis in se ipso requieuit. et ipse quidem numquam
ista requie caruit, sed nobis eam per diem septimum ostendit,
hinc etiam significans non percipi requiem suam nisi a per- 20
fectis, cum ad eam intimandam non deputauit diem, nisi qui
perfectionem rerum omnium sequebatur. nam qui semper est
quietus, tunc nobis requieuit, cum se requieuisse monstrauit.

16. Illud quoque adtendendum est, quod dei requiem, qua
de se ipso beatus est, nobis insinuari oportebat, ut intellegamus, 25
quomodo dicatur etiam requiescere in nobis: quod
non dicitur, nisi cum in se requiem praestat et nobis. requies
igitur dei recte intellegentibus ea est, qua nullius indiget

1 tanto *S* 4 causaꝑ (e *exp. m. 1*) *P* 5 *cap. XIII E* 6 eis] ipsis *b*
8 ipsa] propter *b* 9 deus nobis *b* 10 oberibus *P* 13 quicquid *E²RS*
15 deligendo *E¹* 16 inchoabit *E¹* illum] ullum *R* nec *PRd*
18 ipsis (i *fn. ex o m. 1*) *E* 19 ista (a *m. 1 s. l.*) *E* 20 per-
cipe *E¹*; *m. 2 re s. l. add. et al percipi adscr.* 23 requiebit *E¹*
25 se *om. b* insinuare *E¹P¹* 26 etiam *om. b* quod—nobis *om. S¹*
27 requiem (i *m. 1 s. l.*) *E* prestat *ES cap. XIII E* 28 in-
giget *S*

bono; et ideo certa et nobis in illo est, quia et nos beati-
ficamur bono, quod ipse est, non ipse bono, quod nos sumus.
nam et nos aliquod bonum ab illo sumus, qui fecit omnia
bona ualde, in quibus fecit et nos. porro alia res bona praeter
5 ipsum nulla est, quam ipse non fecit; ac per hoc nullo
praeter se alio bono indiget, qui bono, quod fecit, non eget.
haec est eius requies ab omnibus operibus suis, quae fecit.
quibus autem bonis laudabiliter non egeret, si nulla fecisset?
nam etiam sic dici posset nullis egens bonis, non a factis in
10 se ipso requiescendo, uerum omnino nulla faciendo. sed bona
facere si non posset, nulla esset potentia; si autem posset
nec faceret, magna esset inuidencia. quia ergo est omnipotens
et bonus, omnia ualde bona fecit; quia uero se ipso bono
perfecte beatus est, ab omnibus, quae fecit, in se ipso
15 requieuit, ea scilicet requie, a qua numquam recessit. sed si
diceretur requieuisse a faciendis, nihil aliud quam non fecisse
intellexeretur; nisi autem diceretur requieuisse a factis, non
eis egere, quae fecit, minus commendaretur.

Quo itaque die hoc commendari oportuisse nisi septimo?
20 intellegit quisquis senarii numeri perfectionem, de qua supra
locuti sumus. perfectioni creaturae congruenter adhibitam
recolit. si enim senario numero perficienda fuerat creatura,
sicuti perfecta est. eaque requies dei nobis erat commendanda,
qua demonstraretur nec perfectis beatificari creaturis, procul
25 dubio dies erat in hac commendatione sanctificandus, qui
sequitur sextum, quo erigeremur ad hanc requiem concupi-
scendam, ut et nos in illo requiescamus.

17. Neque enim similitudo pia est, si uelimus similes ita

1 in nobis *b* et *om.* *PR'S* 2 *alt.* ipse *om.* *b* 3 aliquot *E'*
bona omnia *S* 5 nulla] non *S* 6 indiget] eget *PR'Sbd* facit *RSd*
egit *E'* 9 possit *S* potest *b* a *om.* *E'* a factis] affectis *R'*
10 non omnino *E* 14 perfectae *S* ab omnibus] ab om̄nibus (*s. l. m.*
2 *at* a bonis) *E* a bonis *PR'Sbd* 19 oportuisset *bd* post septimo
add. Quod sane *bd* 21 loquuti *P* perfectionis *E'* perfectioni (*i. fn.*
ex e m. 1) *R* athibitam *E'* 23 eaque *E* ea quae *S* erat nobis *bd*
24 demonstratur *b* beatificare *b* 28 *cap* *XV E* ita esse similes *PRS*
ita similes esse *bd*

esse deo, ut et nos ab operibus nostris requiescamus in nobis, sicut ipse requieuit in se ab operibus suis. in quodam quippe incommutabili bono requiescere debemus, quod ille nobis est, qui nos fecit. haec erit igitur summa minimeque superba et uere pia requies nostra, ut, sicut ipse requieuit ab omnibus 5 operibus suis, quia non ei opera sua, sed ipse sibi bonum est, quo beatus est, ita et nos ab omnibus operibus non tantum nostris, uerum etiam ipsius nonnisi in illo requieturos nos esse speremus idque desideremus post bona opera nostra, quae in nobis agnoscimus illius potius esse quam nostra, ut 10 etiam sic post bona opera sua ipse requiescat, cum post bona opera, quae ab illo iustificati fecerimus, in se nobis requiem praestat. magnum est enim nobis ab illo extitisse, sed maius erit in illo quieuisse, sicut ipse non ideo beatus est, quia haec fecit, sed quia etiam factis non egens in se 15 potius quam in ipsis requieuit. unde non operis, sed quietis diem sanctificauit, quia non haec faciendo, sed eis, quae fecit, non egendo se beatum intimauit.

Quid ergo tam humile ac facile adfatu et quid tam sublime atque arduum cogitatu quam deus requiescens ab omnibus 20 operibus suis, quae fecit? et ubi requiescens nisi in se ipso, quia beatus nonnisi se ipso? quando, nisi semper? in diebus autem, quibus rerum, quas condidit, consummatio narratur et ab eis quietis dei ordo distinguitur, quando, nisi in septimo die, qui earum sequitur perfectionem? a perfectis enim requie- 25 scit, qui nec perfectis eget, quo beatior esse possit.

18. Et quod apud illum quidem quieti eius nec mane nec uespera est, quia nec aperitur initio nec clauditur fine,

3 commutabili *E*¹ requiescere (re *init. in ras.*) *R* 4 erit *om. S*
 minimaeque (a *exp. m. 1*) *P* 5 uera *S* 7 nostris non tantum *S*
 9 desideremus *PR*¹ 11 post requiescat *add. in nobis b* 12 feceremus *P* 13 prestat *ES* extitisse *bd* 14 quieuisse *bd* 15 hoc *b*
 19 ac] et *b* adfatu] affatu *EPSRb* effatu *d* 20 cogitatum *E*¹
 22 nonnisi *m. 1 post se ipso posit. m. 2 exp. et post beatus pos. E* in
 se ipso *E* 24 distinguitur. Quando *sq. (sic) b* 27 quietis *E*¹
 28 finem *R*¹

perfectis autem operibus eius mane habet et uesperam non habet, perfecta quippe creatura habet quoddam initium suae conuersionis ad quietem creatoris sui, sed illa non habet finem quasi terminum perfectionis suae, sicut ea, quae facta sunt. ac per hoc requies dei non ipsi deo, sed rerum ab eo conditarum perfectioni inchoatur, ut in illo incipiat requiescere, quod ab illo perficitur, et in eo habere mane — in suo enim genere tamquam uespera terminatum est — sed in deo uesperam habere iam non potest, quia non erit aliquid illa perfectione perfectius.

In illis enim diebus, quibus omnia creabantur, uesperam terminum conditae creaturae, mane autem initium condendae alterius accipiebamus. ac per hoc quinti diei uespera terminus est conditae quinto die creaturae, mane autem, quod post ipsam uesperam factum est, initium est condendae sexto die creaturae, qua condita tamquam eius terminus facta est uespera. et quia nihil aliud condendum restiterat, ita post illam uesperam mane factum est, ut non esset initium condendae alterius creaturae, sed initium quietis uniuersae creaturae in requie creatoris. neque enim caelum et terra et omnia, quae in eis sunt, uniuersa scilicet spiritalis corporalisque creatura in se ipsa manet, sed utique in illo, de quo dictum est: in illo enim uiuimus et mouemur et sumus, quia, etsi unaquaeque pars potest esse in toto, cuius pars est, ipsum tamen totum non est nisi in illo, a quo conditum est. et ideo non absurde intellegitur sexto die completo post eius uesperam factum mane, non quo significaretur initium condendae alterius creaturae, sicut in ceteris, sed quo signi-

28 Act. 17, 28

1 et] haec *E*¹ uespera *S* 6 perfectione *b* ut (*ex & m. 1*) *S*
 iniquiat *E*¹ 7 in *pr. s. l. m. 1* *R* 9 uespera *S* 10 perfectius (*i. s. l. m. 1*) *R* 11 enim] ergo *b* uespera *S* 12 creaturae conditae *S*
 condende *S* 15 condende *S* diei *SR* 18 condende *S* 19 creaturaturae *P*¹ 21 que *R* 23 prius et *om. b* 24 et quia *P* unaque-
 que *R* 25 conditū (*al. totū ē*) *b* 26 est *om. b* 27 esse mane *b*
 non ante initium *leg. in b* 28 condende *S*

ficaretur initium manendi et quiescendi totius, quod conditum est, in illius quiete, qui condidit. quae quies deo nec initium habet nec terminum; creaturae autem habet initium, sed non habet terminum. et ideo septimus dies eidem creaturae coepit a mane, sed nullo uespere terminatur. 5

Nam si in ceteris diebus uespera et mane talium temporum uices significant, qualia nunc per haec cotidiana spatia peraguntur, non uideo, quid prohibuerit et septimum diem uespera noctemque eiusdem mane concludere, ut similiter diceretur: et facta est uespera, et factum est mane dies 10 septimus, quandoquidem et ipse unus est dierum, qui omnes septem sunt, quorum repetitione menses et anni et saecula peraguntur, ut mane, quod poneretur post uesperam septimi, hoc esset initium octauae diei, de quo iam deinceps silendum fuit, quia idem primus est, ad quem reditur, a quo rursus 15 hebdomadis series ordiatur. unde probabilius est istos quidem septem dies illorum nominibus et numero alios atque alios sibimet succedentes currendo temporalia peragere spatia, illos autem primos sex dies inexperta nobis atque inusitata specie in ipsis rerum conditionibus explicatos, in quibus et uespera 20 et mane sicut ipsa lux et tenebrae, id est dies et nox, non eam uicissitudinem praebuerunt, quam praebent isti per solis circuitus: quod certe de illis tribus fateri cogimur, qui ante condita luminaria commemorati atque numerati sunt.

Ac per hoc qualiscumque in eis uespera et mane fuerit, 25 nullo modo tamen opinandum est eo mane, quod post sexti diei uesperam factum est, initium accepisse requiem dei — ne temporale aliquod bonum illi aeternitati et incommutabili-

2 deo *E¹R¹* dei *b* 3 nec (*c s. l. m. 1*) *P* autem *om. S* 4 eidem (*ei m. 2 in ras.*) *R* 7 significant (*n fm. s. l. m. 1*) *E* cottidiana *ES* 9 eiusdem] eius *S* 10 factum] factus *E¹* factum est *om. S* mane *om. E¹* 11 *cum* quandoquidem *cap. XVI E* 12 repetitionem (*m exp. m. 1*) *S* 18 ut] et *E¹* uespera *E¹* 14 esset *E¹* silendum deinceps *E* 15 redditur *E* 16 hebdomadis *EPRS* ordiatur *S* 20 conditionibus *E¹* 22 ea uicissitudine *E¹* 23 circuitus *b* 26 tamen modo *b* 28 aliquid *S*

tati accidisse uanitate temeraria suspicemur — sed illam
 quidem requiem dei, qua in se ipso requiescit eoque bono
 beatus est quod ipse sibi est, nec initium eidem ipsi habere
 nec terminum, consummatae autem creaturae habere initium
 5 eandem requiem dei, quoniam rei cuiusque perfectio non tam
 in uniuerso, cuius pars est, quam in eo, a quo est, in quo
 et ipsum uniuersum est. pro sui generis modulo stabilitur,
 ut quiescat, id est, ut sui momenti ordinem teneat. ac per
 hoc ipsa uniuersitas creaturae, quae sex diebus consummata
 10 est, aliud habet in sua natura, aliud in ordine, quo in deo
 est, non sicut deus, sed tamen ita, ut ei quies propriae stabi-
 litatis non sit, nisi in illius quiete, qui nihil praeter se ad-
 petit, quo adepto requiescat. et ideo, dum ipse manet in se,
 quidquid ex illo est retorquet ad se, ut omnis creatura in se
 15 habeat naturae suae terminum, quo non sit, quod ipse est,
 in illo autem quietis locum, quo seruet, quod ipsa est. scio,
 quod non proprie dixerim locum; nam proprie dicitur in
 spatiis, quae corporibus occupantur. sed quia et ipsa corpora
 non manent in loco, nisi quo sui ponderis tamquam adpetitu
 20 perueniunt. ut eo conperto requiescant, ideo non incongruenter
 a corporalibus ad spiritalia uerbum transfertur, ut dicatur
 locus, cum res ipsa plurimum distet.

Initium ergo creaturae in quiete creatoris illo mane signi-
 ficatum arbitror, quod factum est post uesperam sexti diei;
 25 non enim posset in eo nisi perfecta requiescere. proinde
 sexto die consummatis omnibus factaque uespera factum est
 et mane, quo inciperet consummata creatura in illo, a quo

1 taemeraria *P* suscipimur *P* 2 qua *om.* *E*¹ 3 ipsi] ipse *S*
 5 eandem] tandē *b* tam] tamen *S* 6 prim. in *om.* *S* 7 modulo in *E*
 8 momenti *om.* *S*¹ 11 propria *PS* in stabilitatis *E* 12 in *om.* *E*¹
 quiete (a *er.*) *E* adpetit *E*¹ 13 re quiescat *S* 14 quicquid *E*²*RS*
 restorquet (c *er.*) *S* 17 propriae (*bis*) *R* in *om.* *S* 19 tamquam
om. *b* adpetitu *E*¹ 22 distet (*pr. t. s. l. m. 2*) *E* 23 cap. XVII *E*
 in—creatoris *om.* *P*¹*R*¹ creaturis *R*² 24 sextē *b* 25 eo] illo *Rb*^d
 26 factaque uespera *bis* *pos. sed m. 1 semel del.* *S* 27 et *om.* *S*
 consummata *E*¹

facta est requiescere. quo initio eum in se ipso requiescentem
 ubi et ipsa requiescere posset inuenit, tanto stabilius atque
 firmitus, quanto ipsa illius, non ille huius eguit ad quietem
 suam. sed quoniam quidquid erit uniuersa creatura quibus-
 libet mutationibus suis non utique nihil erit, ideo creatura 5
 uniuersa in creatore suo semper manebit; ac per hoc post
 illud mane nulla deinde uespera fuit.

Hoc diximus, cur septimus dies, in quo requieuit deus ab
 omnibus operibus suis, mane habuerit post uesperam sexti,
 uesperam uero non habuerit. 10

19. Est aliud, quod de hac re magis proprie meliusque
 possit, quantum existimo, intellegi, sed aliquanto difficilius
 explicari, ut non creaturae, sed etiam sibi requies dei septimo
 die mane habuerit sine uespera, id est initium sine termino.
 si enim ita diceretur: requieuit deus in die septimo, nec 15
 adderetur: ab omnibus operibus suis, quae fecit, frustra huius
 quietis initium quaeremus. non enim incipit deus requiescere,
 cuius requies sine initio, sine termino sempiterna est. sed
 quoniam ab omnibus operibus suis, quae fecit, eis non egendo
 requieuit, intellegitur requies quidem dei nec coepta nec 20
 terminata; requies autem eius ab omnibus operibus suis,
 quae fecit, ex eo coepta est, ex quo illa perfecit. neque enim
 operibus suis non egendo requieuisset, priusquam essent,
 quibus nec perfectis eguisset; et quia eis omnino numquam
 eguit nec ista beatitudo, qua non eis eget, tamquam pro- 25
 ficiendo perficietur, ideo septimo diei nulla uespera accessit.

20. Sed plane quaeri potest dignaque consideratione mouet,

1 eum] deum <i>bd</i>	in] etiam in <i>b</i>	2 requiesceret <i>b</i>	possit <i>S</i>
<i>om. b</i>	ip stabilius <i>E</i>	3 ille] ipse <i>S</i>	4 quicquid <i>E²SR</i>
<i>om. S</i>	permanebit <i>S</i>	7 deinceps <i>b</i>	6 semper
intelligatur <i>b</i>	9 sexti diei <i>S</i>	11 propriae <i>SR</i>	meliusque] atque
melius <i>bd</i>	13 septimi <i>b</i>	14 diei <i>b</i> diei (i <i>fin. exp. m. 1</i>)	<i>P</i> die. (i <i>er.</i>) <i>R</i>
17 inquit <i>E¹</i>	19 quoniã (niã <i>s. l. m. 2</i>)	<i>R</i>	20 cepta <i>S</i>
terminata (ta <i>s. l. m. 1</i>)	<i>S</i>	22 cepta <i>S</i>	21 ter-
egeuit (<i>alt. e s. l. m. 1</i>)	<i>E</i> egebit <i>P¹S</i>	23 non] nec <i>S</i>	25 eguit]
27 <i>cap. XVIII E</i>	queri <i>R</i>	beatitudo ista <i>S</i>	quia <i>R</i>

quomodo intellegatur in se ipso deus requieuisse ab omnibus
 operibus suis, quae fecit, cum scriptum sit: et requieuit
 deus in die septimo. non enim dictum est: in se ipso.
 sed: in die septimo. quid est ergo dies septimus? utrum
 5 creatura est aliqua, an temporis tantummodo spatium? sed
 etiam temporis spatium creaturae temporali concreatum est.
 ac per hoc et ipsum sine dubio creatura est. neque enim
 ulla tempora uel sunt uel esse potuerunt uel poterunt, quorum
 deus non sit creator . ac per hoc et istum septimum diem.
 10 si tempus est, quis creauit, nisi omnium temporum creator?
 sed illi sex dies cum quibus uel in quibus creaturis creati
 sint, superior scripturae sanctae sermo indicat. quocirca in
 his diebus septem, quorum species nota nobis est, qui re
 quidem ipsa praetereunt, sed aliis succedentibus nomina sua
 15 quodammodo tradunt, ut illi sex dies nominentur, nouimus
 eorum primi quando creati sint; septimum autem diem, qui
 nomine sabbati nuncupatur, quando deus creauerit, non uide-
 mus. in ipso quippe die non fecit aliquid, immo ab eis, quae
 sex diebus fecerat, in eodem septimo requieuit. quomodo ergo
 20 requieuit in die, quem non creauit? aut quomodo eum post
 sex dies continuo creauit, cum sexto die consummauerit omnia,
 quae creauit, nec aliquid septimo die creauerit, sed in eo
 potius ab omnibus, quae creauerat, requieuerit? an unum
 tantummodo diem creauit deus, ut eius repetitione multi,
 25 qui dicuntur dies, praeterirent atque transcurrerent, nec opus
 erat, ut septimum diem crearet, quia illius, quem creauerat,
 septima repetitio hunc utique faciebat? lucem quippe. de qua
 scriptum est: et dixit deus: fiat lux . et facta est lux,
 discreuit a tenebris eamque uocauit diem et tenebras uocauit

2 Gen. 2, 2 28 Gen. 1, 3

5 tantummodo *R* 6 est *om. b* 7 ac] hac *P* 9 istum] ipsum *b*
 12 sunt *R* 13 qui] qua *S* rem *E*¹ 14 ipsam *E*¹ 16 sunt *PRSbd*
 20 diem *E* quam *b* eum *om. b* 21 consummauerit *R* 22 crea-
 uit *E*¹ 23 *cap. XX E* 24 tantummodo] tantum *b* diem *om. S*
 ut] et *b* 25 praeterirent *R* 27 repetitione *S* 28 prius et *om. S*

noctem. tunc itaque deus diem fecit, cuius repetitionem scriptura appellat secundum diem, deinde tertium et usque ad sextum, quo consummauit deus opera sua: atque inde illius diei primitus creati septima repetitio septimi diei nomen accepit, in quo requieuit deus. ac per hoc nulla creatura est 5 septimus dies, nisi eadem ipsa septies rediens, quae condita est, quando uocauit deus lucem diem et tenebras noctem.

21. Rursus ergo ad eam quaestionem relabimur, de qua in primo libro exisse uidebamus, ut item quaeramus, quomodo circuire potuerit lux ad exhibendam diurnam nocturnamque 10 uicissitudinem, non solum antequam caeli luminaria, sed antequam ipsum caelum, quod firmamentum appellatum est, factum esset, antequam denique ulla species terrae uel maris, quae circuitum lucis admitteret sequente nocte, unde illa transisset. cuius quaestionis difficultate compulsi ausi sumus discepta- 15 tionem nostram quasi ad hanc terminare sententiam, ut diceremus illam lucem, quae primitus facta est, conformationem esse creaturae spiritalis, noctem uero adhuc formandam in reliquis operibus rerum materiem, quae fuerat instituta, cum in principio fecit deus caelum et terram, antequam uerbo 20 faceret diem. sed nunc diei septimi consideratione commōiti facilius est, ut nos ignorare fateamur, quod remotum est a sensibus nostris, quonam modo lux illa, quae dies appellata est, uel circuitu suo uel contractione et emissionem, si corporalis est, uices diurnas nocturnasque peregerit uel, si spiritalis 25 est, condendis creaturis omnibus praesentata sit suaque ipsa praesentia diem, noctem uero absentia, uesperam initio absentiae, mane initio praesentiae fecerit, quam ut in re aperta

1 repetitione E^2S 3 indie E^1R^2 4 primitus (mi s. l. m. 1) E
 6 septiens E^1P 7 post tenebras add. uocauit $PRbd$ 8 relabimur (m
sup. er. t a m. 1) R 9 exiisse bd 10 circuire E^1Sb poterit S^1
 exhibendam S , (h s. l. m. 1) R diurnam b 14 circuitum b am-
 mitteret $PR om. E^1$ 15 questionis S difficultatem E^1 ausi *om.* E^1
 18 adhuc R^1 formandam R^1 21 post diem add. in quo requieuit b
 communiti E^1 24 circuitu b emissionem R 25 spiritalis P
 26 ipsa *om.* b 27 in initio S

contra diuinae scripturae uerba conemur dicendo aliud esse diem septimum quam illius diei, quem fecit deus, septimam repetitionem. alioquin aut non creauit deus diem septimum aut aliquid creauit post illos sex dies, id et ipsum diem
 5 septimum; falsumque erit, quod scriptum est, in sexto die consummasse omnia opera sua et in septimo requieuisse ab omnibus operibus suis. quod utique quoniam falsum esse non potest, restat, ut praesentia lucis illius, quem diem deus fecit, per omnia eius opera repetita sit, quotiens dies nominatus
 10 est, et in ipso septimo, in quo requieuit ab operibus suis.

22. Sed quoniam lux corporalis, antequam fieret caelum, quod firmamentum uocatur, in quo etiam luminaria facta sunt, quo circuitu uel quo processu et recessu uices diei et noctis exhibere potuerit, non inuenimus, istam quaestionem
 15 relinquere non debemus sine aliqua nostrae prolatione sententiae, ut, si lux illa, quae primitus creata est non corporalis sed spiritalis est, sicut post tenebras facta est, ubi intellegitur a sua quadam informitate ad creatorem conuersa atque formata, ita et post uesperam fiat mane, cum post
 20 cognitionem suae propriae naturae, qua non est quod deus, refert se ad laudandam lucem, quod ipse deus est, cuius contemplatione formatur. et quia ceterae creaturae, quae infra ipsam fiunt, sine cognitione eius non fiunt, propterea nimirum idem dies ubique repetitur, ut eius repetitione fiant tot dies,
 25 quotiens distinguntur rerum genera creaturarum, perfectione senarii numeri terminanda: ut uespera primi diei sit etiam sui cognitio non se esse, quod deus est, mane autem post

1 scripturae diuinae *S* 2 quem] quam *Sb* 3 septimum diem *Rbd*
 diem *om.* *S* 6 septimo die *b* 7 quod — *uers.* 7 suis *om.* *b* 9 opera
 eius *Sbd* 10 ipso *om.* *SRbd* 11 *cap.* XXI *E* 13 pro-
 cessu (o *ex* *ae* *m.* 1) *R* 14 noctes *P*¹ exhibere *R*¹ potuerint *P*,
 (n *exp.* *m.* 1 et 2) *E* (n *s. l.* *add.* *m.* 1) *R* 15 prolatione (*s. l. m.* 2
 a] *ba*) *E* 16 illa] ista *b* 18 ad *om.* *E*¹ creatore *E*¹ 19 et (*s. l.*
m. 2 a] *ei*) *E* uespera *E*¹ 23 cognitionem *E* 25 distinguntur *PR**Sbd*
 creatura *E*¹ creaturarum *E*²*S*¹ 27 cognitione *b*

hanc uesperam, quo concluditur dies unus et inchoatur
 secundus, conuersio sit eius, qua id, quod creata est, ad
 laudem referat creatoris et percipiat de uerbo dei cognitionem
 creaturae, quae post ipsam fit, hoc est firmamenti: quod in
 eius cognitione fit prius, cum dicitur: et sic est factum, 5
 deinde in natura ipsius firmamenti, quod conditur. cum additur
 etiam postea iam dicto „et sic est factum“: et fecit deus
 firmamentum. deinde fit uespera illius lucis, cum ipsum
 firmamentum non in uerbo dei sicut ante, sed in ipsa eius
 natura cognoscit: quae cognitio quoniam minor est, recte 10
 nomine uesperae significatur. postquam fit mane, quo con-
 cluditur secundus dies et incipit tertius: in quo mane itidem
 conuersio est lucis huius, id est diei huius ad laudandum
 deum, quod operatus sit firmamentum, et percipiendam de
 uerbo eius cognitionem creaturae, quae condenda est post 15
 firmamentum. ac per hoc, cum dicit deus: congregetur
 aqua, quae est sub caelo, in collectionem unam et
 adpareat arida, cognoscit hoc illa lux in uerbo dei, quo id
 dicitur, et ideo sequitur: et sic est factum, hoc est in eius
 cognitione ex uerbo dei; deinde cum additur: et congregata 20
 est aqua et cetera, cum iam dictum esset: et sic est factum.
 ipsa creatura in suo genere fit: quae item, cum in suo genere
 facta cognoscitur ab ea luce, quae iam in uerbo dei faciendam
 cognouerat, fit tertio uespera, et inde hoc modo cetera usque
 ad mane post uesperam sexti diei. 25

23. Multum quippe interest inter cognitionem rei cuiusque
 in uerbo dei et cognitionem eius in natura eius, ut illud
 merito ad diem pertineat, hoc ad uesperam. in comparatione

16 Gen. 1, 9

1 uesperam hanc *b* quod (d *exp. m. 1*) *S* unos *P* 2 qua] quia *E¹S*
 4 firmamentum *P¹* 6 firmamentum *b* 7 etiam *om. b* 10 rectae *PS*
 11 uesperae (uespere *R*) nomine *PRSbd* concludit *E¹* 12 inquit *E¹*
 itidem mane *bd* manet *S* 13 *pr. eſt* (*m. 1 exp.*) *S* 16 cum] quod *R*
 17 et] ut *R¹* 21 etc. *bd* factum est *bd* 22 in suo genere ipsa
 creatura *PRbd* 23 faciendā *S* fatiendā *R* 27 in natura (in *m. 2 ex*
 et) *E* illud *P* 28 uespera *P* comparatione (m *er.*) *R*

enim lucis illius, quae in uerbo dei conspicitur, omnis cognitio, qua creaturam quamlibet in se ipsa nouimus, non inmerito nox dici potest: quae rursus tantum differt ab errore uel ignorantia eorum, qui nec ipsam creaturam sciunt, ut in eius
 5 comparatione non incongrue dicatur dies. sicut ipsa uita fidelium, quae in hac carne atque in hoc saeculo ducitur, in comparatione uitae infidelis atque impiae non inrationabiliter lux et dies appellatur dicente apostolo: fuistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, et illud:
 10 abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus: qui tamen dies nisi rursus in comparatione illius diei, quo aequales angelis facti uidebimus deum, sicuti est, ipse quoque nox esset, non hic prophetiae lucerna indigeremus. unde apostolus Petrus
 15 dicit: habemus certiore[m] propheticum sermonem, cui bene facitis intendentes sicut lucernae lucenti in obscuro loco, donec dies luceat, et lucifer oriatur in cordibus uestris.

24. Quapropter, cum sancti angeli, quibus post resurrectionem
 20 coaequabimur, si uiam — quod nobis Christus factus est — usque in finem tenuerimus, semper uideant faciem dei uerboque eius unigenito filio, sicut patri aequalis est, perfruantur, in quibus prima omnium creata est sapientia, procul dubio uniuersam creaturam, in qua ipsi sunt principaliter conditi, in
 25 ipso uerbo dei prius nouerunt, in quo sunt omnium, etiam

8 Ephes 5, 8 10 Rom. 13. 12. 13 15 II Petr. 1, 19 19 cf. Matth. 22, 30

1 q; R¹ 2 creatura S 3 rursus PRSbd tantum om. E¹
 4 creaturam ipsam b 7 comparatione E¹ impie S inrationabiliter E¹ 8 enim om. E¹ 10 ergo om. E¹PRSbd induamur] induamus nos PRSbd 12 comparationem E coaequales S 13 uideuimus E¹ ipse S nox s. l. m. 1 R 14 lucernam S cum unde inc. cap. XXII E 15 habeamus S¹ prophetiam R¹ 16 lucenti om. EPR 20 coequabimur S quo equabimur R quod] quam E nobis] nouimus E¹ 21 semper ut (ut exp. m. 2) E 22 eius om. E¹
 24 principaleter P

quae temporaliter facta sunt, aeternae rationes, tamquam in eo, per quod facta sunt omnia, ac deinde in ipsa creatura, quam sic nouerunt, tamquam infra despicientes eamque referentes ad illius laudem, in cuius incommutabili ueritate rationes, secundum quas facta est, principaliter uident. ibi 5 ergo tamquam per diem, unde et concordissima unitas eorum eiusdem ueritatis participatione dies est primitus creatus, hic autem tamquam per uesperam; sed continuo fit mane — quod in omnibus sex diebus animaduerti potest — quia non remanet angelica scientia in eo, quod creatum est, quin hoc 10 continuo referat ad eius laudem atque caritatem, in quo id non factum esse, sed faciendum fuisse cognoscitur: in qua ueritate stando dies est. nam si uel ad se ipsam natura angelica conuerteretur seque amplius delectaretur quam illo, cuius participatione beata est, intumescens superbia caderet, sicut 15 diabolus: de quo suo loco loquendum est, cum de serpente hominis seductore sermo debitus flagitabitur.

25. Quia ergo angeli creaturam in ea ipsa creatura sic sciunt, ut ei scientiae electione ac dilectione praepo-
nant, quod eam sciunt in ueritate, per quam facta sunt omnia, participes 20 eius effecti, ideo per omnes sex dies non nominatur nox, sed post uesperam et mane dies unus, item post uesperam et mane dies secundus, deinde post uesperam et mane dies tertius ac sic usque in mane sexti diei, unde incipit septimus quietis dei, quamuis cum suis noctibus dies tamen non 25 noctes narrantur. tunc enim nox ad diem pertinet, non dies ad noctem, cum sublimes et sancti angeli id, quod creaturam in ipsa creatura nouerunt, referunt ad illius honorem et amorem, in quo aeternas rationes, quibus creata est, contemplantur eaque concordissima contemplatione sunt unus dies, 30

1 factae PR² 2 factę b omnia om. b 3 dispicientes S referentes om. E¹ 4 incommutabili (in s. l. m. 1) S 6 eorum unitas S 10 scientia (s. l. m. 2 at sententia) E quin] quia non S 18 naturam E angelicam E 14 sequae (d er.) E illo (o in ras. m 2) R 18 ipsa sic creatura (ura in ras.) S sic om. S 19 eiş (s exp. m. 1) E ei. R 22 pr. post om. E¹ 28 uespera P 24 inquit E¹ 30 eaque E¹R

quem fecit dominus, cui coniungetur et ecclesia ex hac peregrinatione liberata, ut et nos exultemus et iucundemur in ea.

26. Huius ergo diei, cuius et uespera et mane secundum supra dictam rationem accipi potest, sexta repetitione consummata est
 5 uniuersa creatura factumque est mane, quo finiretur sextus dies, et unde inciperet septimus uesperam non habiturus, quia dei requies non est creatura: quae cum per dies ceteros conderetur, aliter in se ipsa facta cognoscebatur, quam in illo, in cuius ueritate
 10 facienda uidebatur, cuius cognitionis quasi decolor species uesperam faciebat, non itaque iam forma ipsius operis dies et terminus uespera et alterius operis initium mane in hac rerum conditarum narratione debet intellegi, ne cogamur contra scripturam dicere praeter sex dies conditam diei septimi creaturam, aut ipsum diem septimum nullam esse creaturam; sed
 15 dies ille, quem fecit deus, per opera eius ipse repetitur non circuitu corporali, sed cognitione spiritali. cum illa beata societas angelorum et primitus contemplatur in uerbo dei, quo dicit deus: fiat, atque ideo prius in eius cognitione fit, cum dicitur: et sic est factum, et postea rem ipsam factam
 20 in ea ipsa cognoscit — quod significatur facta uespera — et eam deinde cognitionem rei factae ad illius ueritatis laudem refert, ubi rationem uiderat faciendae, quod significatur facto mane. ac sic per omnes illos dies unus est dies non istorum dierum consuetudine intellegendus, quos uidemus solis circuitu
 25 determinari atque numerari; sed alio quodam modo, a quo et illi tres dies, qui ante conditionem istorum luminarium commemorati sunt, alieni esse non possunt. is enim modus non usque ad diem quartum, ut inde iam istos usitatos cogitaremus,

2 cf. Ps. 117, 24

1 coniungitur *S* et *om.* *PRbd* ex] de *bd* 2 exultemus *Pbd*
 iocundemur *SRbd* ea] eo *PRsbd* 6 inciperet *E*¹ 8 in *post* illo
om. *E* cuius *om.* *E*¹ 9 cognitionis (*i fin. s. l. m. 1 supra e*) *P*
 10 *cum non inc. cap. XXIII E* 11 inicitium *R* 16 beata illa *bd*
 18 quod *EPb* dixit *b* 23 unus est dies *duplic. pos. prius del. P*
 24 consuetudine *P* 28 usque *E* *iam (*s. er.*) *E*

sed usque ad sextum septimumque perductus est, ut longe aliter accipiendus sit dies et nox, inter quae duo diuisit deus, et aliter iste dies et nox, inter quae dixit, ut diuidant luminaria, quae creauit, cum ait: et diuidant inter diem et noctem. tunc enim diem hunc condidit, cum condidit solem, 5 cuius praesentia eundem exhibet diem; ille autem dies primitus conditus iam triduum peregerat, cum haec luminaria illius diei quarta repetitione creata sunt.

27. Quapropter, quoniam illum diem uel illos dies, qui eius repetitione numerati sunt, in hac nostra mortalitate 10 terrena experiri ac sentire non possumus et, si quid ad eos intellegendos conari possumus, non debemus temerariam praecipitare sententiam, tamquam de his aliud sentiri congruentius probabiliusque non possit, istos septem dies, qui pro illis agunt hebdomada, cuius cursu et recurso tempora rapiuntur, 15 in qua dies unus est a solis ortu usque in ortum circuitus, sic illorum uicem quandam exhibere credamus; ut non eos illis similes, sed multum in pares minime dubitemus.

28. Nec quisquam arbitretur illud, quod dixi de luce spiritali et condito die in spiritali et angelica creatura et de 20 contemplatione, quam habet in uerbo dei, et de cognitione, qua in se ipsa creatura cognoscitur, eiusque relatione ad laudem incommutabilis ueritatis, ubi prius ratio uidebatur rei faciendae, quae cognita est facta, non iam proprie, sed quasi figurate atque allegorice conuenire ad intellegendum diem et 25

4 Gen. 1, 14

2 diuisit] dimisit *b* 3 dixit] dixit *ds S* 4 cum ait *om. S* 5 noctem
(*c in ras.*) *P* hunc diem *PRsbd* 6 exhibet *R* 7 cum] tum (*t ex*
c) *R* 9 quoniam] quod *Rbd* 10 numerata *b* 12 temeraria *E*¹
taemerariam *P* praecipitare (*pi s. l. m. 1*) *S* 14 probabiliusque (*pr.*
b s. l. m. 1) *R* posset *S* 15 ebdomada *E*¹ ebdomadam *PRS* hebdo-
madam *bd* 16 hortu *R* 17 exhibere *R* 18 illis] eis *b* 20 condito]
de condito *PRsbd* in *om. PRsbd* spiritali (*i fin. sup. e a m. 1*) *P*
22 reuelatione *E* 24 iam] tam *S* propriae *P¹RS* 25 figuratae *E¹SR*
allegoricae *ESR*

uesperam et mane, sed aliter quidem, quam in hac consuetudine cotidiana lucis huius et corporalis, non tamen tamquam hic proprie, ibi figurate; ubi enim melior et certior lux, ibi uerior etiam dies. cur ergo non et uerior uespera et uerius mane? 5 nam si in istis diebus habet quandam declinationem suam lux in occasum, quam uesperae nomine nuncupamus, et ad ortum iterum reditum, quod mane dicimus, cur et illic uesperam non dicamus, cum a contemplatione creatoris creatura despicitur, et mane, cum a cognitione creaturae in laudem creatoris ad- 10 surgitur? neque enim et Christus sic dicitur lux, quomodo dicitur lapis, sed illud proprie, hoc utique figurate. quisquis ergo non eam, quam pro nostro modulo uel indagare uel putare potuimus, sed aliam requirit in illorum dierum enumeratione sententiam, quae non in prophetia figurate, sed in hac 15 creaturarum conditione proprie meliusque possit intellegi, quaerat et diuinitus adiutus inueniat. fieri enim potest, ut etiam ego aliam his diuinae scripturae uerbis congruentiorem fortassis inueniam. neque enim hanc ita confirmo, ut aliam, quae praeposenda sit, inueniri non posse contendam, sicut confirmo 20 requiem dei scripturam sanctam non quasi post lassitudinem uel curae molestiam nobis insinuare uoluisse.

29. Quamobrem potest aliquis fortasse mecum disputando certare, ut dicat sublimium caelorum angelos non alternatim contueri primo rationes creaturarum incommutabiliter in uerbi 25 dei incommutabili ueritate ac deinde ipsas creaturas et tertio earum etiam in se ipsis cognitionem ad laudem referre crea-

10 cf. Ioh. 8, 12 11 cf. Act. 4, 11

1 uespera *S* 2 cottidianae (e pro ae *S*) *ES* 3 propriae *R* figuratae *E¹SR* 4 etiam uerior *b* 6 occasu *E¹* uespere *ESb*
 nomine *om. b* 8 complatione *P¹* creata *b* despicitur *Sd* despicitur in *mg. m.* 2 *R*, in *textu* despicitur 9 assurgit *PRbd* 11 propriae *R* figuratae *E¹S* 12 ea *PR* 14 figuratae *E¹S* 15 propriae *RS*
 posset *S* quae rat *S* 16 adiutus *om. E¹* 18 neQuae (ne s. l. m. 1 *add. et a exp.*) *S* ita hanc *bd* supra aliam *add. m.* 2 uide *R*
 ponenda *E¹* 22 dispotando *P* 24 incommutabiliter *E* 25 creaturas et] creatura est *P¹* 26 eorum *E¹S*

toris, sed eorum mentem mirabili facilitate haec omnia simul posse. numquid tamen dicet aut, si quisquam dixerit, audiendus est illam caelestem in angelorum milibus ciuitatem aut non contemplari creatoris aeternitatem aut mutabilitatem ignorare creaturae aut ex eius quoque inferiore quadam cognitione non laudare creatorem? simul hoc totum possint, simul hoc totum faciant; possunt tamen et faciunt. simul ergo habent et diem et uesperam et mane.

30. Neque enim uerendum est, ne forte qui est idoneus iam illa sentire ideo non putet hoc ibi posse fieri, quia in his diebus, qui solis huius circuitu peraguntur, fieri non potest. et hoc quidem non potest eisdem partibus terrae; uniuersum autem mundum quis non uideat, si adtendere uelit, et diem, ubi sol est, et noctem, ubi non est, et uesperam, unde discedit, et mane, quo accedit, simul habere? sed nos plane in terris haec omnia simul habere non possumus; nec ideo tamen istam terrenam conditionem lucisque corporeae temporalem localemque circuitum illi patriae spiritali coaequare debemus, ubi semper est dies in contemplatione incommutabilis ueritatis, semper uespera in cognitione in se ipsa creaturae, semper mane etiam ex hac cognitione in laudem creatoris, quia non ibi abscessu lucis superioris, sed inferioris cognitionis distinctione fit uespera, nec mane tamquam nocti ignorantiae scientia matutina succedat, sed quod uespertinam etiam cognitionem in gloriam conditoris adtollat. denique et ille nocte non nominata, uespere, inquit, et mane et meridie enarrabo, adnuntiabo; et exaudies uocem meam, hic

26 Ps. 54, 18

2 dicet] dicit *S* 5 interiore *S* quadam] quam *E*¹ 6 cum priore simul *inc. cap.* XXIII *E* 7 *pr.* faciunt *S* 10 putet hoc ibi] potest et hoc alibi *S* 12 eisdem (*s. l. m.* 1) *R* 13 attendere (*re s. l. m.* 1) *R* 14 discedet *S* 15 quoque *E* accedet *S* 16 hic *b* 17 lucisque *E* et temporalem (*et s. l. m.* 1) *R* (*s. l. m.* 2) *E* 18 coaequare *S* 20 creatura *R* 21 laude *PRsbd* 22 sed] seu *b* 23 nocti *E*¹ 24 succedit *S*, (*i ex a m.* 1) *R* 26 inquit *P* 27 enarrabo (*e s. l. m.* 1) *E* narrabo *S* et narrabo *R* et annuntiabo *SRbd*

fortasse per temporum uices, sed tamen, quantum puto, significans, quid sine temporum uicibus ageretur in patria, cuius peregrinatio suspirabat.

31. Sed numquid, si iam nunc simul ista omnia gerit atque
 5 habet angelica illa societas et unitas diei, quem primitus con-
 didit deus, tunc etiam cum haec conderentur simul haec
 habuit? nonne per omnes sex dies, cum ea, quae per singulos
 deo condere placuit, conderentur, primo haec accipiebat in
 uerbo dei, ut in eius notitia primitus fierent, cum dicebatur:
 10 et sic est factum, deinde, cum facta essent in sua propria
 natura, qua sunt, deoque placuissent, quia bona sunt, tunc ea
 itidem cognoscebat alia quadam inferiore cognitione, quae
 nomine uesperae significata est ac deinde facta uespera fiebat
 mane, cum de suo opere deus laudaretur et alterius creaturae,
 15 quae deinceps facienda erat, ex dei uerbo notitia, priusquam
 fieret, acciperetur? non ergo tunc simul omnia, et dies et
 uespera et mane, sed singillatim per ordinem, quem scriptura
 commemorat.

32. An etiam tunc simul omnia, quoniam non secundum
 20 temporum moras, sicut fiunt dies isti, cum oritur et occidit
 sol et in locum suum redit, ut rursus oriatur, sed secundum
 potentiam spiritalem mentis angelicae cuncta quae uoluerit
 simul notitia facillima comprehendente? nec ideo tamen sine
 ordine, quo adparet conexio praecedentium sequentiumque
 25 causarum. neque enim cognitio fieri potest, nisi cognoscenda
 praecedant: quae item priora sunt in uerbo, per quod facta
 sunt omnia, quam in his, quae facta sunt, omnibus. mens

2 perageretur *b* 3 cuius] cuiqueius (*e in ras.*) *P* cui eius *SRbd*
 5 illa angelica *S* 7 dies sex *S* 8 conderentur (*alt. n s. l. m. 1*) *P*
 haec// (*aec in ras.*) *R* hic *b* 11 quae *E* deoque *E* deo quae *P*
 itidem ea *bd* 12 cognoscebat *P* cognoscebant *R* 13 uespere *b*
 ac *om. S* 14 deus opere *PRSbd* lauderetur *S*¹ 16 fieri *P*
 omnia simul *S* 17 sed *s. l. m. 1* *R* 19 quoniam] quia *PRSbd*
 20 fiet *E*¹ *post* oritur *add. m. 2 s. l. cotidie E* oritur sol *b* 22 cum
 spiritalem *inc. cap. XXV E* 23 conpraehendente *EPRS* comprehenden-
 tem *bd* 24 et apparet *b* conexio *bd* consequentiumque *b* 27 his] iis *d*

itaque humana prius haec, quae facta sunt, per sensus corporis experitur eorumque notitiam pro infirmitatis humanae modulo capit et deinde quaerit eorum causas, si quo modo possit ad eas peruenire, principaliter atque incommutabiliter manentes in uerbo dei, ac sic inuisibilia eius per ea, quae facta sunt, intellecta conspicere. quod quanta tarditate ac difficultate agat et quanta temporis mora propter corpus corruptibile, quod adgrauat animam, etiam quae feruentissimo studio rapitur, ut instanter ac perseueranter haec agat. quis ignorat? mens uero angelica pura caritate inhaerens uerbo dei, posteaquam illo ordine creata est, ut praecederet cetera, prius ea uidit in uerbo dei facienda, quam facta sunt; ac sic prius in eius fiebant cognitione, cum deus dicebat, ut fierent, quam in sua propria natura: quae itidem facta in eis ipsis etiam cognouit minore utique notitia, quae uespera dicta est. quam notitiam sane praecedebant quae fiebant, quia praecedit cognitionem quicquid cognosci potest; nisi enim prius sit, quod cognoscatur, cognosci non potest. post hoc si eo modo sibi placeret, ut amplius se ipsa quam creatore suo delectaretur, non fieret mane, id est non de sua cognitione in laudem creatoris adsurgeret. cum uero factum est, faciendum erat aliud et cognoscendum deo dicente: fiat, ut prius itidem fieret in cognitione mentis angelicae et posset rursus dici: et sic est factum, ac deinde in natura propria, ubi sequente uespera nosceretur.

Ac per hoc etiamsi nulla hic morarum temporalium sint interualla, praecessit tamen ratio condendae creaturae in uerbo dei, cum dixit: fiat lux, et secuta est ipsa lux, qua angelica

6 cf. Rom. 1, 20 8 cf. Sap. 9, 15 10 cf. de ciuit. dei lib VIII 21

3 illorum *S* 6 quanto *E*¹ tarditate *E* 7 agit *b* 8 quod] et *b* agrabat *E*¹ acgrauat *P* grauat *S* 9 ac] hac *R* hoc *bd* 10 in-herens *E* 12 sic *om.* *E*¹ si *SRb* 13 fiebat *P* cognitionē *S*¹ 15 dicta *b* 16 praecedet *S* 17 quicquid *E*²*SR* 18 hec *b* 20 *alt.* non *om.* *Pb* (*s. l. m. 1*) *R* 21 non assurgeret *b* post est *add.* mane *d* 22 ut] et *E*¹ 23 cognitionem *S* 24 factum est *b* subsequente *PSbd* 27 condende *R* 28 sequuta *P* qua] quo *E*¹*PS*

mens formata est atque in sua natura facta est, non autem alibi sequebatur, ut fieret. et ideo non prius dictum est: et sic est factum, et postea dictum est: et fecit deus lucem. sed continuo post uerbum dei facta est lux adhaesitque creanti
 5 luci lux creata, uidens illam et se in illa, id est rationem, qua facta est. uidit etiam se in se, id est distante, quod factum est, ab eo, qui fecit. et ideo cum placuisset deo factum uidenti, quia bonum est, et diuisa esset lux a tenebris et uocata lux dies et tenebrae nox, facta est et uespera, quia
 10 necessaria erat et ista cognitio, qua distingueretur a creatore creatura aliter in se ipsa cognita quam in illo; atque inde mane et aliud praenosendum, quod fuerat uerbo dei faciendum, prius in cognitione mentis angelicae, deinde in natura ipsius firmamenti. et ideo dixit deus: fiat firmamentum. et sic
 15 est factum, in cognitione spiritalis creaturae hoc priusquam in eo ipso fieret praenoscentis. deinde fecit deus firmamentum, iam utique ipsam firmamenti naturam, cuius minor esset tamquam uespertina cognitio: ac sic usque ad omnium operum finem et usque ad requiem dei, quae non habet
 20 uesperam, quia non est facta sicut creatura, ut posset etiam ipsius geminari cognitio, tamquam prior et maior in uerbo dei sicut in die et posterior ac minor in se ipsa sicut in uespera.

33. Sed si omnia simul mens angelica potest, quae singillatim per ordinem conexarum causarum sermo distinguit,
 25 numquid etiam quae fiebant, uelut ipsum firmamentum, uelut aquarum congregatio speciesque nudata terrarum, uelut fructicum et arborum germinatio, luminarium et siderum conformatio, aquatilia terrestriaque animantia, simul omnia facta sunt, ac

1 alibi autem *S* 2 et ante sic om. *E*¹*PR**S**b* 3 et] sed *PR* est om. *bd* et om. *R* 4 adhesitque *ESR* creanti (n s. l. m. 1) *R* 5 illa] illam *SP*² 9 tenebrae *P*¹ 12 et] ad *d* praenosendum *E*¹ praecognoscendum *E*²*PR**S**bd* fuerit *Pb* 13 cognitionem *S* 15 creaturae spiritalis *PR**S**bd* 16 fieret in eo ipso *d* 20 possit *S* 21 in om. *S* 23 mens simul *Rbd* 25 uelud fin. *S* 26 terrarum nudata *PRbd* fructicum *S* fructicum *R* 27 confirmatio *b* 28 terrestriaque *E*¹ ac non] annon *PR**S**bd*

non potius per interualla temporum secundum praefinitos dies?
 an forte non, sicut ea secundum motus eorum naturales nunc
 experimur, ita etiam cum primitus instituta sunt cogitare
 debemus, sed secundum mirabilem atque ineffabilem uirtutem
 sapientiae dei, quae adtingit a fine usque ad finem fortiter et
 disponit omnia suauius? neque enim et ipsa gradibus adtingit
 aut tamquam gressibus peruenit. quapropter quam facilis ei
 efficacissimus motus est, tam facile deus condidit omnia,
 quoniam per illam sunt condita, ut hoc, quod nunc uidemus
 temporalibus interuallis ea moueri ad peragenda, quae suo
 cuique generi competunt, ex illis rationibus insitis ueniat,
 quas tamquam seminaliter sparsit deus in ictu condendi, cum
 dixit, et facta sunt; mandauit, et creata sunt.

Non itaque tarde institutum est, ut essent tarda, quae
 tarda sunt, nec ea mora sunt condita saecula, qua transcurrunt.
 hos enim numeros tempora peragunt, quos cum crearentur
 non temporaliter acceperunt. alioquin si rerum naturales
 motiones dierumque istorum, quos nouimus, usitata spatia,
 cum haec primitus uerbo dei facta sunt, cogitemus, non uno,
 die opus erat, sed pluribus, ut ea, quae radicibus pullulant
 terramque uestiunt, subter primitus germinarent, deinde certo
 numero dierum pro suo quaeque genere in auras erumperent,
 etiam si hoc usque fieret, quod de creata natura eorum die
 uno, id est tertio factum scriptura narrauit. deinde quot
 diebus opus erat, ut aues uolarent, si a suis primordiis exi-

5 cf. Sap. 8, 1 13 Ps. 32, 9

1 potius] etiam P¹R¹b 6 suabiter E¹P enim om. b 7 facilis
 ei] facile se S 9 illam E uidemus legitur post moueri b 11 in-
 sitis rationibus PRSbd insitis (i fin. m. 1 ex a) R 12 quos S
 seminaliter] semina litteris S condendi (n prius s. l. m. 1) E
 14 cap. XXVI E 15 condita sunt bd qua] quae RP² 20 que R
 22 quaeque] quoque EPRSb auras (a fin. ex e m. 1) R 23 huc S
 fierent S creata (pr. a s. l. m. 1) P diei S 24 quod E¹P
 quot (t s. l. m. 1) R 25 post uolarent add. si a suis uolarent in P;
 quae uerba item repetita m. 1 exp. in R existentes PR

stentes ad plumas et pennas per naturae suae numeros per-
 uenerunt? an forte oua tantum creata erant, cum quinto die
 dictum est, quod eiecerint aquae omne uolatile pennatum
 secundum suum genus? aut si propterea recte hoc dici potuit,
 5 quia in illo humore ouorum iam erant omnia, quae per
 numeros certos dierum coalescunt et explicantur quodammodo,
 quia inerant iam ipsae numerosas rationes incorporaliter cor-
 poreis rebus intextae, cur non et ante oua id ipsum recte dici
 potuerit, cum iam eadem rationes in elemento humido fierent,
 10 quibus alites per temporales sui cuiusque generis moras oriri
 et perfici possent? de quo enim creatore scriptura ista narrat,
 quod sex diebus consummauerit opera sua, de illo alibi non
 utique dissonanter scriptum est, quod creauerit omnia simul.
 ac per hoc et istos dies sex uel septem. uel potius unum
 15 sexies septiesue repetitum, simul fecit, qui fecit omnia simul.
 quid ergo opus erat sex dies tam distincte dispositaeque
 narrari? quia scilicet hi, qui non possunt uidere, quod dictum
 est: creauit omnia simul, nisi cum eis sermo tardius
 incedat, ad id, quo eos ducit, peruenire non possunt.
 20 34. Quomodo ergo dicimus septies repetitam lucis illius
 praesentiam per angelicam cognitionem a uespere ad mane,
 cum ipsa tria simul, id est et diem et uesperam et mane
 semel ei habere suffecerit, cum simul uniuersam creaturam,
 sicut simul facta est, et in primis atque incommutabilibus

13 cf. Eccli 18, 1 18 Eccli. 18, 1

1 pinnas *E¹P* peruenirent *ex* peruenerunt *R¹* 2 oua (u *sup. exp.*
 b m. 1 *superscr.*) *P* 3 eiecerint *S* eiecerint (i *fin. m. 1 ex e*) *R*
 omne omne *P¹* pinnatum *E¹P*, (i *ex e mut. m. 1*) *R* 4 rectae *S*
 hoc recte *R* 5 umore *E¹PR¹* 6 et om. *S* 8 idipsum (i *imit. ex &*
m. 1) *R* rectae *R* 9 easdem *E¹P¹S* ea-dem *R* ratione sine ele-
 mento *R¹* aelimento *P* umido *E¹* 10 alites] aliter (r *ex s m. 1*) *R*
 12 ante opera *add. omnia PRbd* 15 repetitum (re *in ras.*) *R* 16 ti-
 stincte *S* distinctae *ER* dispositaeque *E* disposite quae (*pr. s. l.*
m. 1) *R* 17 hii *E* hi* *R* ii d 19 duc& *S* 20 diximus b septies]
 sexies *E²PR¹Sbd* 21 a om. *P¹* uesperae (a *exp. m. 1*) *P* uespera *Sbd*
 22 uespera *S* 23 sufficerit *SR¹* 24 adque *E¹*

rationibus, per quas condita est, contemplaretur propter diem et in eius ipsius natura cognosceret propter uesperam et creatorem ex ipsa etiam inferiore cognitione propter mane laudaret? aut quomodo praecedebat mane, ut in uerbo cognosceret, quid esset deo postea faciendum, id ipsum etiam consequenter uespere cognitura, si prius et posterius nihil factum est, quia omnia simul facta sunt? immo uero et prius atque posterius per sex dies quae commemorata sunt facta sunt, et simul omnia facta sunt, quia et haec scriptura, quae per memoratos dies narrat opera dei, et illa, quae simul eum dicit fecisse omnia, uerax est; et utraque una est, quia uno spiritu ueritatis inspirante conscripta est.

Sed in his rebus, in quibus quid prius sit uel posterius, interualla temporum non demonstrant, quamuis utrumque dici possit, id est et simul et prius atque posterius, facilius tamen intellegitur quod dicitur simul quam quod prius atque posterius: uelut cum solem intuemur orientem, certe manifestum est, quod ad eum acies nostra peruenire non posset, nisi transiret totum aeris caelique spatium, quod inter nos et ipsum est. hoc autem cuius longinquitatis sit, quis aestimare sufficiat? nec utique perueniret eadem acies uel radius oculorum nostrorum ad transeundum aerem, qui est super mare, nisi prius transisset eum, qui est super terram, in qualibet mediterranea regione simus, ab eo loco, ubi sumus, usque ad litus maris. deinde, si ad eandem lineam contuitus nostri adhuc post mare terrae adiacent, eum quoque aerem, qui super illas transmarinas terras est, transire acies nostra non potest, nisi prius peracto spatio aeris illius, qui super mare,

6 posterius (us s. l. m. 2) E 7 simul omnia bd 8 que R commemorata sint S 10 in illa E que R dicit] narrat S 12 conscripta E 13 cap. XXVII E uel] si uel S 15 et ante simul om. bd atque] et bd 17 uelud S 19 transierit S caelique (li s. l. add. n. 2) P 20 longinquitatis E¹ longinquitatis (tis in ras. m. 2) P existimare (x in ras.) P,Rb 21 post perueniret add. ad eum E 24 medii terranea S 26 mare S adiacente E 27 terras (in mg. at partes) b

quod primum occurrit, extenditur. faciamus iam post illas transmarinas terras nonnisi oceanum remanere. numquid et aerem, qui super oceanum diffunditur, potest transire acies nostra, nisi prius transierit quidquid aeris citra oceanum supra
 5 terram est? oceani autem magnitudo incomparabilis perhibetur; sed quantacumque sit, prius oportet aerem, qui supra est, transeant radii nostrorum oculorum et postea quidquid ultra est tum demum ad solem perueniant, quem uideamus. num igitur quia totiens hic diximus „prius“ et „postea“, ideo
 10 non simul omnia uno ictu transit noster obtutus? si enim clausis oculis faciem contra uisuri solem ponamus, nonne mox, ut eos aperuerimus, ibi potius aciem nostram nos inuenisse, quam illuc eam perduxisse putabimus, ita ut nec ipsi oculi prius aperti fuisse uideantur quam illa quo intenderat peruenisse? et certe
 15 iste corporeae lucis est radius, emicans ex oculis nostris et tam longe posita tanta celeritate contingens, ut aestimari compararique non possit. nempe hic et illa omnia tam ampla immensaque spatia simul uno ictu transiri manifestum est et, quid prius posteriusque transeat, nihilo minus certum est.
 20 Merito resurrectionis nostrae celeritatem cum exprimere uellet apostolus, in ictu oculi dixit fieri. neque enim aliquid in rerum corporearum motibus uel ictibus potest celerius inueniri. quodsi oculorum carnalium acies celeritate potest tantum, quid mentis acies uel humanae? quanto magis angelicae? quid iam de ipsius summae dei sapientiae celeritate
 25 dicatur. quae attingit ubique propter suam munditiam, et nihil inquinatum in eam incurrit? in his ergo, quae simul

21 I Cor. 15, 52 27 cf. Sap. 7, 24

1 primum] prius *PRbd* 2 remanere *R¹* 4 quicquid *E²SR* super *b*
 5 terras *SR²* terra *PR¹* 7 oculorum nostrorum *b* quicquid *SR*
 8 perueniant (n fin. s. l. m. 1) *E* 9 num] nunc *E¹*, (post c quod in ras. pos. est lit. 6 litter.) *R* posttea (t exp. m. 1) *P* 10 trans'it *P*
 11 uisuri] uidentu *b* 13 putauimus *E¹* 14 illo (o sup. exp. a m. 1) *S*
 15 intenderant *S* certae (a m. 1 exp.) *S* 15 corpora *E¹* 16 celeritate *S* constringens *b* existimari *K^{1b}* extimari *P¹* 19 quod *d*
 20 caeleritatem *S* 23 tantum potest *FRSbd* 26 munditiam *d*

facta sunt, nemo uidet, quid prius posteriusue fieri debuerit, nisi in illa sapientia, per quam facta sunt omnia per ordinem simul.

35. Dies ergo ille, quem deus primitus fecit, si spiritalis rationalisque creatura est, id est angelorum supercaelestium atque uirtutum, praesentatus est omnibus operibus dei hoc ordine praesentiae, quo ordine scientiae, qua et in uerbo dei facienda praenosceret et in creatura facta cognosceret non per interuallorum temporalium moras, sed prius et posterius habens in conexione creaturarum, in efficacia uero creatoris omnia simul. sic enim fecit, quae futura essent, ut non temporaliter faceret temporalia, sed ab eo facta current tempora. ac per hoc isti dies septem, quos lux corporis caelestis circumeundo explicat atque replicat, secundum quandam umbram significationis admonent nos quaerere illos dies, in quibus lux creata spiritalis omnibus operibus dei per senariam numeri perfectionem praesentari potuerit, atque inde in septimam requiem dei mane habere, uesperam non habere, ut non hoc sit deo requieuisse in die septimo, tamquam ipso die septimo egerit ad requiem suam, sed quod in conspectu angelorum suorum requieuerit ab omnibus operibus suis, quae fecit, non utique nisi in se ipso, qui factus non est; id est, ut creatura eius angelica, quae cognoscendis omnibus operibus eius in ipso et in illis tamquam dies cum uespera praesentata est, nihil post omnia ualde bona opera eius melius cognosceret quam illum ab omnibus in se ipso requiescere nullo eorum egente, quo sit beatior.

1 uidit *R*¹ 2 sint *S* 9 temporum *S* cum sed *inc. cap. XXVIII E*
 10 conexione *Sbd* efficientia *S* efficatia *R* 11 que *R* tempora-
 liter faceret *om. E*¹ 12 current *E* 13 quos (*s add. s. l. m. 1*) *S*
 15 ammonet *E* ammonent *PR* querere *R* 17 in *om. Sbd* 18 et
 uesperam *Sd* sit hoc *PR Sbd* 26 eorum] erum *P*¹ 27 egentem *PRbd*
Expl. liber. quartus. incipiunt capitula E Explicit liber IIII fol. 101^b P
Explicit lib^o quartus. Incipit lib^o V genesis. ad litteram aureli aug fol.
97^b R Explicit geneleos liber quartus (litt. mai. atr.) Incipit liber quintus
(litt. mai. rubr.) pag. 116^b S

LIBER QUINTUS.

1. Hic est liber creaturae caeli et terae, (?) cum factus est dies, (?) fecit deus caelum et terram et omne uiride agri, antequam esset super terram, et omne fenum agri, antequam exortum est. non enim pluerat deus super terram et homo non erat, qui operaretur terram. fons autem ascendebat de terra et inrigabat omnem faciem terrae. nunc certe firmior fit illa sententia, qua intellegitur unum diem fecisse deum, unde iam illi sex uel
 10 septem dies unius huius repetitione numerari potuerint, quandoquidem apertius sancta scriptura iam dicit, concludens quodammodo cuncta, quae ab initio usque ad hunc locum dixerat, atque infert: hic est liber creaturae uel facturae caeli et terrae, cum factus est dies. neque enim quisque
 15 dicturus est caelum et terram hic ita commemorata, sicut dictum erat, antequam conditus insinuaretur dies, in principio fecit deus caelum et terram. illud enim si eo modo intellegitur, ut aliquid deus fecerit sine die, priusquam faceret diem, qua ratione id possit accipi suo loco dixi, quod dicendum putauit, nulli intercludens melius intellegendi licentiam.
 20 nunc autem, hic est, inquit, liber creaturae caeli et terrae, cum factus est dies, satis, ut opinor, ostendens non hic se ita commemorasse caelum et terram, sicut in principio, antequam fieret dies, cum tenebrae essent super abyssum,
 25 sed quomodo factum est caelum et terra, cum factus est dies, id est iam formatis atque distinctis partibus et generibus

2 Gen. 2, 4—6 16 Gen. 1, 1

1 Explicuerunt capitula. in liber quintus fol. 68 E Incipit liber .V. genesis (*litt. mai. rubr.*) | ad litt. aureli aug (*litt. min. rubr.*) fol. 102^a P fol. 97^b R 2 Hic—creaturae *litt. mai. color.* P 4 foenum *Sd* faenum P 5 super terram deus *PRbd* 6 fin. terra *E¹* 7 inrigabat *E¹* 8 cap. I *E* certę *R* sentia *E¹* 9 sex in ras. *S* 10 potuerunt *b* 13 hic (n. er.) *R* est s. l. m. 1 *E* 14 quisquam *Rd* 16 principio (ci s. l. m. 1) P 21 cap. II *E* 25 terram *E*

rerum, quibus uniuersa creatura disposita atque composita reddit hanc speciem, quae mundus uocatur.

Illud hic ergo caelum commemoratum est, quod cum creasset deus firmamentum uocauit, cum omnibus, quae in illo sunt, et ea terra, quae cum abyssu inum obtinebat locum, 5 cum omnibus, quae in ea sunt. sequitur enim et adiungit: fecit deus caelum et terram, ut caeli et terrae nomine et praemisso, antequam factum diem commemoraret, et repetito, cum commemorasset, non sinat suspicari ita se nunc caelum et terram nominasse, sicut in principio, antequam 10 esset creatus dies. sic enim uerba contexuit: hic est liber creaturae caeli et terrae, cum factus est dies, fecit deus caelum et terram, ut, si quisquam uelit sic intellegere, quod superius positum est: liber creaturae caeli et terrae, quemadmodum dictum est: in principio fecit 15 deus caelum et terram, priusquam conderet diem, quia prius et hic commemorata sunt caelum et terra et postea factus est dies, corrigatur consequentibus uerbis, quia et post commemoratum factum diem rursus caeli et terrae nomen adiunctum est. 20

Quamquam et hoc, quod positum est „cum“ et sic adiunctum, factus est dies, cuius contentioso extorqueat alium intellectum esse non posse. si enim ita esset interpositum, ut diceretur: hic est liber creaturae caeli et terrae. factus est dies, fecit deus caelum et terram, quisquam forte arbitraretur 25 librum creaturae caeli et terrae sic appellatum, quomodo appellatum est: in principio fecit deus caelum et terram ante

1 quibus (i s. l. m. 1) R creata E¹ 2 redit E¹ redderet (alt. re s. l. m. 1) S uocatur mundus S 3 hinc S 5 eã terrã b obtinebat E¹ obtinet E² PRSbd 8 et ante praemisso om. Sb praemissio E repetitio (i er.) R repetit b 14 creaturae creaturae (exp. m. 1) S 15 quemadmodum EPR 17 terram E 18 est om. PRbd subsequentibus PRbd 21 inter est et cum s. l. m. 1 add. dies S et om. E sic] sit b sic e (e add. m. 2) E 22 dies om. S cuius (i fin. s. l. m. 1) R extorqueat (e s. l. m. 1) R esse intellectum Sbd 25 arbitraretur E¹ S¹ 27 fecit deus om. PRd terra d

conditum diem, ac deinde subiunctum: factus est dies, sicut ibi postea narratum est, quod deus fecerit diem: inde continuo rursum dictum: fecit deus caelum et terram, tamquam sic iam, quemadmodum haec facta sunt post conditum
 5 diem. sed quia ita interpositum est, ut diceretur: cum factus est dies, siue hoc superioribus uerbis conectas, ut sit una sententia: hic est liber creaturae caeli et terrae, cum factus est dies, siue inferioribus, ut item hoc modo sit plena sententia: cum factus est dies, fecit deus
 10 caelum et terram, procul dubio cogit eo modo se intellegi caelum et terram commemorasse, quomodo facta sunt, cum factus est dies. deinde cum dictum esset: fecit deus caelum et terram, additum est: et omne uiride agri, quae certe manifestum est tertio die facta. unde liquidius adparet eundem
 15 illum esse unum diem, quem fecit deus, quo repetito factus est et secundus et tertius et ceteri usque ad septimum diem.

2. Cum autem nomine caeli et terrae usitato more scripturarum nunc uniuersam creaturam uoluerit accipi, quaeri potest, cur addiderit: et omne uiride agri. quod mihi uidetur ideo
 20 posuisse, ut significantius intimaret, quem diem commendauerit, quod ait: cum factus est dies. cito enim quisquam putaret hunc diem lucis corporeae commendatum, quo circum-eunte nobis uicissitudo diurni nocturnique temporis exhibetur. sed cum creaturarum conditarum ordinem recolimus et inuenimus omne uiride agri tertio die creatum, antequam sol fieret.
 25 qui quarto die factus est, cuius praesentia dies iste cotidianus usitatusque peragitur, quando audimus: cum factus est dies, fecit deus caelum et terram et omne uiride agri,

1 d̄iest-dies (diest *exp. m.* 1) *S* 2 sicut ibi] sicubi *S* inde (de *s. l. m.* 2) *E* 4 quemadmodum *EPR*¹ 6 est] set *E*¹ conexas sunt sit (sit *s. l. m.* 1) *S* connectas *Rbd* 8 d̄iest dies *S*¹ item] idem *E*¹ itidem *b* 14 liquidius (i *fn. s. l. m.* 1) *S* limpidius *b* 18 accepi *P* 19 quur *R* 20 significatius *E*¹*P* 21 est] esset *E* *cap.* III *E* quisquam enim *E* 22 putaret (t *fn. s. l. m.* 1) *S* lucis (u *ex o*) *P* quod *PR* circueunte *E* 23 exibetur *R* 26 dies] est dies cuius *S* cottidianus *ES* 27 audiq̄imus *E*

admonemur de ipso die cogitare, quem siue corporalem in nescio qua luce nobis incognita siue spiritalem in societate unitatis angelicae non tamen talem, qualem hic nouimus, intellectu uestigare conemur.

3. Illud etiam non ab re fuerit intueri, quod, cum posset ⁵ dicere: hic est liber creaturae caeli et terrae, cum fecit deus caelum et terram, ut in caelo et terra intellegeremus quidquid in eis est, sicut loqui diuina scriptura consuevit, ut nomine caeli et terrae saepissime, interdum addito et maris, uniuersam insinuet creaturam, aliquando adiungens et dicens: ¹⁰ et quae sunt in eis, ut, quidquid horum diceret, ibi intellegeremus et diem, siue quem primitus condidit, siue istum, quem praesentia solis facit: non ita dixit, sed interposuit diem dicens: cum factus est dies. nec ita locutus est, ut diceret: hic est liber creaturae diei et caeli et terrae, tamquam ¹⁵ hoc ordine, quo facta narrantur, nec ita: hic est liber creaturae caeli et terrae, cum factus est dies et caelum et terra, cum fecit deus caelum et terram et omne uiride agri, nec ita: hic est liber creaturae caeli et terrae, cum fecit deus diem et caelum et terram et omne uiride agri, nec ita: hic est liber ²⁰ creaturae caeli et terrae. fecit deus diem et caelum et terram et omne uiride agri — hos enim magis locutionis modos loquendi consuetudo poscebat —: sed ait: hic est liber creaturae caeli et terrae, cum factus est dies, fecit deus caelum et terram et omne uiride agri, tamquam illud ²⁵ insinuans, cum factus est dies, tunc fecisse deum caelum et terram et omne uiride agri.

11 cf. Ps. 145, 6 23 Gen. 2, 4. 5

1 ammonemur *PR* in *om. RSbd* 2 societate *SR* 3 hinc (n *exp. m.* 1) *S* 4 inuestigare *b*, (in *add. m.* 1) *R* 5 possit *S* 7 in terra *Sb* quidquid *E¹R¹* 8 consuebit *E¹* 9 celi *S* saepissime *SR* additum *P¹* maris (a *ex o m.* 1) *R* 10 creatura *E¹* 11 quae] ea quae *S* quicquid *E²R²S* 12 primus (s. l. m. 2 *add.* a¹ primitus) *E* 13 fecit *Pd* (e *ex a m.* 1) *R* 14 loquutus *PR* 16 narrantur ista. Nec *sqq. b* 17 terram] terram *E* cum—terram *om. ES* 19 caeli et terrae *om. b* cum *om. S* 20 nec ita—agri *om. PRSbd* 22 loquutionis *PR* modus *S* modo *P¹*

Porro autem superior narratio factum diem primitus indicat eumque unum diem deputat; post quem secundum adnumerat, quo factum est firmamentum, et tertium, quo species terrae marisque digestae sunt et lignum atque herbam terra produxit. an forte hoc illud est, quod in libro superiore moliebamur ostendere deum simul fecisse omnia, quandoquidem narrationis illa contextio, cum sex dierum ordine creata cuncta et consummata memorasset, nunc ad unum diem omnia rediguntur nomine caeli et terrae adiuncto etiam fruticum genere? nimirum propter quod supra dixi, ut, si fortassis ex hac nostra consuetudine intellexeretur dies, corrigeretur lector, cum recoleret uiride agri ante istum solarem diem deum dixisse, ut terra produceret. ita iam non ex alio sanctae scripturae libro profertur testimonium, quod omnia simul deus creauerit. sed uicina testificatio paginae consequentis ex hac re nos admonet dicens: cum factus est dies, fecit deus caelum et terram et omne uiride agri, ut istum diem et septies intellegas repetitum, ut fierent septem dies et, cum audis tunc facta omnia, cum factus est dies, illam senariam uel septenariam repetitionem sine interuallis morarum spatiorumque temporalium factam, si possis, adprehendas, si autem nondum possis, haec relinquo conspicienda ualentibus, tu autem cum scriptura non deserente infirmitatem tuam et materno incessu tecum tardius ambulante proficias, quae sic loquitur, ut altitudine superbos inrideat, profunditate adtentos terreat, ueritate magnos pascat, affabilitate paruulos nutriet.

14 cf. Eccli. 18, 1

2 post secundum *add. m.* 2 s. l. diem *E* 3 factum (*m ex s m. 1*) *E* 5 cap. IIII *E* 6 simul deum *PR Sbd* 7 contextio *E*¹ cuncta creata *Sb* 8 nunc autem *b* 10 dixit *E* diximus *b* 13 dixisse (*pr. s m. 1 s. l.*) *R* iam] etiam *P* ***iam (& er.) R* scripturae sanctae *PRbd* 15 pagine *S* ex] et ex *b* 16 ammonet *PR* 17 ut] Et *b* istum] ipsum *S* 18 et *om. b* septies *P*¹ repetum *S*¹ 21 adprehendas *ESR* . autem *om. d* 22 nondum] non *PS¹R¹b* ualentibus (*a ex e m. 1*) *E* cap. V *E* 23 cum *om. S* 24 materno* *E* 25 inrideat *E*¹ adtentos *E¹S¹R* 26 cum uoce ueritate *inc. cap. VI E* magnos (*m s. l. m. 1*) *R* affabilitate* (*m er.*) *E*

4. Quid sibi ergo uult etiam quod sequitur? nam ita sermo
 contextitur: cum factus est dies, fecit deus caelum et
 terram et omne uiride agri, antequam esset super
 terram, et omne fenum agri, antequam exortum est.
 quid est hoc? nonne quaerendum est, ubi ea fecerit, antequam
 essent super terram et antequam exorta sunt? quis enim non
 procliuius crederet tunc ea deum fecisse, cum exorta sunt,
 non antequam exorta sunt, nisi admoneretur hoc diuino elo-
 quio ista deum ante fecisse, quam exorerentur, ut, si ubi facta
 sint inuenire non possit, credat tamen ante facta quam ex-
 orta quisquis huic scripturae pie credit; inpie quippe non
 credit.

Quid ergo dicemus? an, quod nonnulli putauerunt, in ipso
 uerbo dei facta omnia, antequam exorerentur in terra? sed, si
 hoc modo facta sunt, non cum factus est dies, sed antequam
 fieret dies, facta sunt; aperte autem scriptura dicit: cum
 factus est dies, fecit deus caelum et terram et omne
 uiride agri, antequam esset super terram, et omne
 fenum, antequam exoreretur. si ergo cum factus est dies,
 non utique antequam fieret dies, ac per hoc non in uerbo,
 quod patri coaeternum est, antequam dies, antequam omnino
 aliquid fieret. sed cum factus est dies. nam illa, quae in
 uerbo dei ante omnem creaturam sunt, non utique facta sunt;
 haec autem factæ sunt, cum factus est dies, sicut scripturae
 uerba declarant, sed tamen antequam essent super terram et
 antequam exorerentur: quod de uiridibus et feno agri dic-
 tum est.

1 Quod *E*¹ uult ergo *SR*¹ ita] ista *P* ita (ta in ras.) *R*
 3 omnem uiridem *E* omnia uiridia *S* essent *E* essent *PRS* 4 foenum *S*
 faenum *P* 5 hoc] ergo *b* querendum *R* fecit *b* 6 essent (n s.
 l. m. 1) *E* non om. *b* 7 fecesse *S*¹ 8 nontequam *E*¹ ammone-
 retur *EPR* hoc om. *b* 9 fecisse antequam *bd* exorerentur (n s.
 l. m. 1) *E* exorirentur *SR*²*bd* 10 possint *E* 13 dicimus *S* 14 ex-
 orerentur (e med. ex i) *E* exorirentur *SR*²*bd* 18 essent *E* 19 foenum *S*
 faenum *PR* exoriretur *SR*²*bd* cum om. *S* 20 ac] hac *R*
 24 autem] cum *S* 25 esset *b* et om. *PR**bd* 26 exorirentur *SR*²*bd*
 foeno *S* faeno *PR*

Ubi ergo? an in ipsa terra causaliter et rationabiliter, sicut in seminibus iam sunt omnia, antequam euoluant quodammodo atque explicent incrementa et species suas per numeros temporum? sed ista semina, quae uidemus, iam super terram sunt, iam exorta sunt. an non erant super terram, sed infra terram, et ideo, antequam exorta sunt, facta sunt. quia tunc exorta sunt, cum semina germinarunt et accessu incrementorum in auras eruperunt, quod per moras temporum nunc fieri uidemus suo cuique generi distributas? num ergo semina tunc facta sunt, cum factus est dies, et in ipsis erat omne uiride agri et omne fenum nondum ea specie, qua sunt super terram iam exorta, sed ea ui, qua sunt in rationibus seminum? semina ergo primum terra produxit? sed non ita scriptura loquebatur, cum diceret: et produxit terra herbam pabuli. uel herbam feni, seminans semen secundam genus et secundum similitudinem, et lignum fructuosum faciens fructum, cuius semen suum in se secundum genus super terram. his enim uerbis magis adparet semina esse orta ex herbis et lignis, non autem illa ex seminibus, sed ex terra, praesertim quia et ipsa uerba dei sic se habent. non enim ait: germinent semina in terra herbam feni et lignum fructuosum, sed ait: germinet terra herbam feni seminans semen, ut semen ex herba, non herbam insinaret ex semine. et sic est factum. et produxit terra, id est: prius sic est factum in cognitione illius diei, et produxit terra iam, ut hoc fieret etiam in ipsa creatura. quae condita est.

14 Gen. 1, 12 22 Gen. 1, 11. 12

1 in s. l. m. 1 ER rationaliter Rbd 2 euolbant E¹ euolent b
 5 erat E 7 germinarent SR¹b accessum E 8 erumperunt E
 erumpunt S 9 sui E¹ tunc om S 10 dies s. l. m. 1 R 11 foenum S faenum P speciae R 12 ui] in b quae S 13 scribura E
 14 produxi E¹ terra S erbam S pauli E¹ 15 faeni PRS
 seminantem bd 17 se aliq secundum (alio exp. m. 1) P 18 cum uoce his
 inc. cap. VII E 19 exorta b erbis S illa om. E¹ 21 foeni S faeni PR
 22 haerbam R foeni S faeni PR 23 seminantem bd herba (hs. l. m. 1) S

Quomodo ergo, antequam essent super terram et antequam exorerentur? quasi eis aliud fuerit fieri cum caelo et terra, quando factus est dies ille inusitatus atque incognitus nobis, quem primum deus fecit, aliud autem exoriri iam super terram, quod non fit nisi per hos dies, quos circuitus solis facit per temporum moras suo cuique generi adcommodatas? quod si ita est diesque ille societas atque unitas supercaelestium angelorum atque uirtutum est, procul dubio longe aliter nota est angelis creatura dei, aliter nobis; excepto, quod eam in uerbo dei nouerunt, per quod facta sunt omnia, etiam in se ipsa dico longe aliter eis notam esse quam nobis: illis enim primordialiter, ut ita dicam, uel originaliter, sicut eam deus primitus condidit et post eam conditionem a suis operibus requieuit non condendo aliquid amplius, nobis autem secundum rerum antea conditarum administrationem iam per ordines temporum, secundum quam deus iam illis rebus senaria perfectione consummatis usque modo operatur.

Causaliter ergo tunc dictum est produxisse terram herbam et lignum, id est producendi accepisse uirtutem. in ea quippe iam tanquam in radicibus, ut ita dixerim, temporum facta erant, quae per tempora futura erant; nam utique postea plantauit deus paradysum iuxta orientem et eiecit ibi de terra omne lignum speciosum ad aspectum et bonum ad escam. nec tamen dicendum est eum tunc aliquid addidisse creaturae, quod ante non fecerat, quod uelut illi perfectioni, qua omnia bona

21 cf. Gen. 2, 8. 9

1 esset *PRb* 2 exorirentur *E²R²Sbd* aliud eis *PRsbd* fieri
in ras. R om. S 4 iam *om. PRbd* 6 commodatas *E¹* accumulatas *P*
7 *cum uoce* quod *inc. cap. VIII E* illa *b* ille (*sup. e add. m. 1 ius*) *R*
11 eis nota *S* notam eis *PRbd* 12 enim] enim *in ras. R* etiam *Pb* 14 con-
tendo *b* 15 antea *om. PRb* conditarum *om. P¹* amministratio-
nem *PR* 17 senariam perfectionem *E* per senariam perfectionem *Pbd*
senaria perfectione *R* aqmodo *E* 18 terra *E¹* erbam *S*
22 deus *om. P¹* paradysum *E*; *semper uocali y scriptum, quod hic*
adnotauisse satis habeo 24 aliquid tunc *Sd* 25 uelud *S¹* per-
fectioni (*i fin. ex e m. 1*) *R*

ualde sexto die consummauit post esset addendum; sed quia iam omnes naturae fructicum atque lignorum in prima conditione factae fuerant, a qua conditione deus requieuit, mouens deinde administransque per temporales cursus illa ipsa, quae
 5 condidit et a quibus conditis requieuit, non solum tunc plantauit paradisum, sed etiam nunc omnia, quae nascuntur. quis enim alius etiam nunc ista creat, nisi qui usque nunc operatur? sed creat haec modo ex his, quae iam sunt; tunc autem ab illo, cum omnino nulla essent, creata sunt, cum
 10 factus et dies ille, qui etiam ipse omnino non erat, spiritalis uidelicet atque intellectualis creatura.

5. Factae itaque creaturae motibus coeperunt currere tempora: unde ante creaturam frustra tempora requiruntur, quasi possint inueniri ante tempora tempora. motus enim si nullus esset
 15 uel spiritalis uel corporalis creaturae, quo per praesens praeteritis futura succederent, nullum esset tempus omnino. moueri autem creatura non utique posset, si non esset. potius ergo tempus a creatura quam creatura coepit a tempore, utrumque autem ex deo; ex ipso enim et per ipsum et in ipso sunt
 20 omnia. nec sic accipiatur quod dictum est: tempus a creatura coepit, quasi tempus creatura non sit, cum sit creaturae motus ex alio in aliud consequentibus rebus secundum ordinationem administrantis dei cuncta quae creauit. quapropter cum primam
 25 deus in die septimo requieuit, nec illos dies sicut istos solares nec ipsam operationem ita cogitare debemus, quemadmodum nunc aliquid deus operatur in tempore, sed quemad-

12 cf. De ciuitate dei lib. XI 6 19 cf. Rom. 11, 36

4 amministransque PR per om. S 7 alius] alter b etiam alius E
 8 iis d 10 non om. b 12 facta R creatura R 13 cum unde
 inc. cap. X E requiruntur—tempora om. S¹ 14 pr. tempora s. l. m. 1 R
 alt. tempora in ras. P 16 esset (t s. l. m. 1) P 18 quam] non S
 20 a s. l. m. 1 S 23 administrantis—quapropter in mg. m. 1 suppl. S
 amministrantis PR cum uoce quapropter inc. cap. XI E 24 crea-
 turam PSb 26 quemammodum EP 27 quemammodum P

modum operatus est, unde inciperent tempora, quemadmodum operatus est omnia simul, praestans eis etiam ordinem non interuallis temporum, sed conexione causarum, ut ea, quae simul facta sunt, senario quoque illius diei numero praesentato perficerentur. 5

Non itaque temporali, sed causali ordine prius facta est informis formabilisque materies, et spiritalis et corporalis, de qua fieret, quod faciendum esset, cum et ipsa, priusquam instituta est, non fuisset; nec instituta est nisi ab illo utique summo deo et uero, ex quo sunt omnia. quae siue caeli et 10 terrae nomine significata sit, quae in principio fecit deus ante unum illum diem, quem condidit, propterea iam sic appellata, quia inde facta sunt caelum et terra, siue nomine terrae inuisibilis et inconpositae atque abyssi tenebrosae, iam in primo libro tractatum est. 15

In his uero, quae iam ex informitate formata sunt euidentiisque appellantur creata uel facta uel condita, primum factus est dies; oportebat enim, ut primatum creaturae obtineret illa natura, quae creaturam per creatorem, non creatorem per creaturam posset agnoscere. secundo firmamentum, unde corporeus incipit mundus. tertio species maris 20 et terrae, atque in terra potentialiter, ut ita dicam, natura herbarum atque lignorum. sic enim terra ad dei uerbum ea produxit, antequam exorta essent, accipiens omnes numeros eorum, quos per tempora exereret secundum suum genus. 25 deinde, posteaquam haec uelut habitatio rerum condita est, quarto die luminaria et sidera creata sunt, ut prius pars mundi superior rebus, quae intra mundum mouentur, uisibilibus ordinaretur. quinto aquarum natura, quia caelo aerieque coniungitur, produxit ad dei uerbum indigenas suos, omnia 30

1 iniquiperent *E*¹ quemammodum *EP* 3 conexione *bd* 10 quae
om. *d* 11 sit] est *b* 13 terram *E* 14 iam] ut iam *Rbd* 16 euidentiū
quae (a *er.*) *R* 18 enim] ei *b* 19 optineret *ES* 20 possit *S*
21 inquit *E*¹ tercio *R* 22 naturā *S* 23 erbarum *S* 25 exere-
ret] exereret (re *exp. m.* 1) *P* exereret *Rd* exerceret *b* 26 uelud *S*¹
29 ordinaretur] ornaretur *E*²*S*, (in *mg.*) *b* qui, a caelo *R*

scilicet natatilia et uolatilia; et haec potentialiter in numeris, qui per congruos temporum motus exererentur. sexto terrestria similiter animalia, tamquam ex ultimo elemento mundi ultima, nihilominus potentialiter, quorum numeros tempus postea
 5 uisibiliter explicaret.

Hunc omnem ordinem creaturae ordinatae dies ille cognouit; et per hanc cognitionem sexies quodammodo praesentatus tamquam sex dies exhibuit, cum sit unus dies ea, quae facta sunt, in creatore primitus et in ipsis consequenter agnoscens
 10 nec in ipsis remanens, sed eorum etiam posteriorem cognitionem ad dei referens dilectionem, uesperam et mane et meridiem in omnibus praebuit, non per moras temporum, sed propter ordinem conditorum. postremo quietis sui creatoris, quia in se requiescit ab omnibus operibus suis, notitiam repraesentans,
 15 in qua non habet uesperam, benedici et sanctificari ob hoc meruit. unde ipsum septenarium numerum sancto spiritui quodammodo dedicatum commendat scriptura et nouit ecclesia.

Hic est ergo liber creaturae caeli et terrae, quia in principio fecit deus caelum et terram secundum materiae quandam,
 20 ut ita dicam, formabilitatem, quae consequenter uerbo eius formanda fuerat, praecedens formationem suam non tempore, sed origine. nam utique cum formaretur, primum factus est dies; cum factus est dies, fecit deus caelum et terram et omne uiride agri, antequam esset super terram, et omne
 25 fenum agri, antequam exoreretur, sicut tractauimus uel si quid liquidius et congruentius uideri et dici potuit aut potuerit.

6. Quod autem sequitur: non enim pluerat deus super

17 cf. Es. 11, 2 sq. 28 Gen. 2, 5

1 natilia *Pⁱ* nata^{uili}***** *R* 2 per] sup (su *exp. m.* 1) *S* exserentur *P*
 exercerentur *b* exsererentur *SRd*. sexto die *S* 7 sexiens *P* 8 exhibit
RSⁱ 10 cognitionem posteriorem *PRbd* 13 quieti *EⁱPS* quies
 (s *in ras.*) *R* conditoris *S* quia] quae *S* qua *PRbd* 16 septarium *Pⁱ*
spū Rⁱ 17 aeclesia *Eⁱ* ecclesia *R* 23 cum—dies *om.* *Eⁱ* 24 essent *Eⁱ*
 25 foenum *Sd* faenum *PR* exoriretur *R²Sbd* tractabimus *PRⁱ*
 26 uideri *ex uiride R* 28 *cap. XII F*

terram, et homo non erat, qui operaretur terram, quo
 pertineat et quid nobis insinuet, indagare difficile est. tam-
 quam ideo, antequam exortum est, fecit deus fenum agri,
 quia nondum pluerat super terram; si enim post pluuiam
 fenum fecisset, pluua magis exortum quam factum ab eo 5
 uideretur. quid enim? quod post pluuiam exoritur, ab alio fit
 nisi ab eodem deo? cur autem non erat homo, qui operaretur
 terram? nonne iam sexto die fecerat hominem et septimo
 requieuerat ab omnibus operibus suis? an hoc recapitulando
 commemorat, quoniam, quando fecit deus omne uiride agri et 10
 omne fenum, nondum pluerat super terram, et nondum erat
 homo? tertio quippe die fecit ista, hominem autem sexto.
 sed cum fecit deus omne uiride atque omne fenum agri, ante-
 quam exortum est super terram, non solum homo non erat.
 qui operaretur terram, sed nec ipsum fenum erat super 15
 terram, quod utique ante dicit factum quam exortum. an ideo
 die tertio deus fecit ista, quia nondum erat homo, qui ope-
 rando terram faceret ea? quasi uero tam multa ligna et tam
 multa genera herbarum non sine ulla opera hominum nascuntur
 ex terra. 20

An ob hoc utrumque positum est, et quia nondum pluerat
 super terram et quia nondum erat homo, qui operaretur
 terram? ubi enim opera humana non est, per pluuiam ista
 nascuntur. sunt autem quaedam, quae etiam per pluuiam non
 nascuntur, nisi opera humana accedat. ideo nunc utrumque 25
 adiutorium necessarium est, ut cuncta nascantur; tunc autem
 utrumque defuit. ideo fecit haec deus potentia uerbi sui sine

3 foenum *Sd* faenum *PR* 5 faenum *PR* fecisset] fecisset deus *b*
 9 omnibus *ex* hominibus *P* post suis *add.* quae fecit *b* 11 faenum *PR*
 13 faenum *PR* 15 ipsūq̄ (*corr. m. 1*) *S* foenum *Sd* faenum *PR*
 17 fecit deus *PSbd* operaretur *S* 19 erbarum *S*¹ ullo opere *b*
 nascantur *Rd* 23 terram] in terra *S* n̄ ista (n̄ *s. l. m. 1*) *S* 24 sunt
 —nascuntur *om. S* autem] etiam *PRbd* quedam *R* etiam
om. PRbd 25 humana opera *PRsbd* accedat (*n er.*) *R* utrum-
 que nunc *S* 26 iutorium *S* cuncta (*alt. c s. l. m. 1*) *R* nascantur
 (an *ex en*) *S* 27 deus haec *bd*

pluuia et sine opere humano. nam etiam nunc ipse facit, sed iam per pluuiam et per hominum manus, quamuis neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat, deus.

- 5 Quid est ergo, quod adiungit: fons autem ascendebat de terra et inrigabat omnem faciem terrae? ille quippe fons tanta largitate manans sicut Nilus Aegypto posset uniuersae terrae esse pro pluuiis, quid itaque pro magno commendatum est, antequam plueret, fecisse deum illa gignentia,
 10 cum tantum posset adiuuare pluuias, quantum fons inrigans terram? uerum et si aliquid minus, minora illa fortasse, non tamen nulla nascerentur. an hinc etiam more suo scriptura tamquam infirmis infirmiter loquitur et tamen innuit aliquid, quod intellegat qui ualuerit? nimirum enim sicut isto die
 15 paulo superius commemorato significauit unum diem factum a deo et tunc deum fecisse caelum et terram, cum factus est dies, ut, quomodo possemus, cogitaremus simul omnia deum fecisse, quamuis superior sex dierum enumeratio uelut temporum interualla ostendisse uideretur, ita, cum dixisset
 20 cum caelo et terra deum fecisse omne uiride agri, antequam esset super terram, et omne fenum agri, antequam exortum est, addidit: nondum enim pluerat deus super terram, nec erat homo, qui operaretur terram, tamquam diceret: non ea sic fecit deus, quemadmodum facit nunc talia, cum
 25 pluit et cum operantur homines. haec enim iam per moras

2 I Cor. 3, 7. 5 Gen. 2, 6

1 et s. l. m. 1 R om. Pbd 3 est] sit PRSbd 6 inrigabat E¹
 7 manans] manus S manans R¹ egypto S 8 pluia R 9 gignentia
 (alt. g s. l. m. 1) E 10 tantum] quantum bd possit S adiu-
 bare E¹ quantum] tantum bd 11 minor E¹ non (n fn. s. l. m.
 1) R 12 nascentur E 16 deum (s. l. m. 2 ad demum) E 17 quo-
 modo (mo s. l. m. 1) S 18 deum s. l. m. 1 S 19 post interualla
 semier. sunt haec uerba: uis superior sex dierum R 21 foenum Sd
 faenum PR 22 eni s. l. m. 1 R deus pluerat S 24 quemad-
 modum EPR talia] alia E¹S cum ex com S 25 cum haec
 inc. cap. XIII E

temporum fiunt, quae tunc non erant, cum fecit omnia simul, unde etiam tempora inciperent.

7. Quod ergo sequitur: fons autem ascendebat de terra et inrigabat omnem faciem terrae, hinc iam, quantum arbitror, intimatur, quae fiant secundum interualla temporum ex illa prima conditione creaturarum, ubi facta sunt omnia simul. et recte ab eo coepit elemento, ex quo cuncta genera nascuntur uel animalium uel herbarum atque lignorum, ut agant temporales numeros suos naturis propriis distributos. omnia quippe primordia seminum, siue unde omnis caro siue unde omnia fructecta gignuntur, umida sunt et ex umore concrescunt. insunt autem illis efficacissimi numeri trahentes secum sequaces potentias ex illis perfectis operibus dei, a quibus in die septimo requieuit.

Uerum tamen quis iste sit fons ad inrigandam faciem terrae omnis idoneus, merito quaeritur. si enim fuit et obstrusus est uel siccatus, causa quaerenda est. nunc enim uidemus nullum esse fontem, quo inrigetur omnis facies terrae. fortassis ergo peccatum hominum hanc etiam poenam conmeruit, ut tanta illius fontis repressa largitas facillimam terris auferret fecunditatem, ut incolentium augetur labor. posset hoc, quamuis nulla id scriptura narrauerit, adfirmare humana suspicio, nisi illud occurreret, quod peccatum hominum, cui poena laboris inposita est, post paradisi delicias extitit; paradisi autem habebat praegrandem fontem suum, de quo post diligentius suo loco loquendum est, ex cuius uno capite

3 Gen. 2, 6

1 fecit] fecit deus *S* 3 ergo] autem *bd* 4 inrigabat *E*¹ 6 prima illa *bd* 7 rectae *R* caepit *S* 8 atque] uel *S* 11 fructecta *ER* fruteta *b* umida *E*¹*PR*¹ umore *E*¹*PR*¹ 12 illi *S* in illis *b* 13 potentius *P* illis ex his *m. 1 E* cum a *inc. cap. XIII E* 16 merito (to *s. l. m. 1 E* obtrusus *P* 17 siccatus *E* nunc (*c sup. er. m superscr. m. 1 R* 18 inrigetur *E*¹ 19 conmeruit *E*¹*PR* 22 id *om. S* humana suspicio *om. S*¹ 24 post *s. l. m. 1 S* extitit *bd* 25 habebat (bat *s. l. m. 1 S* (*b fin. s. l. m. 1 R* suum ex suam *m. 1 E* 26 loco (*co in ras. R*

quattuor magna flumina et nota gentibus manare narrantur. ubi ergo erat iste fons aut ista flumina, quando ille unus maximus ascendebat de terra et inrigabat omnem faciem terrae? certe enim tunc non Geon, qui dicitur Nilus, unus
 5 ex illis quattuor, rigabat Aegyptum, quando fons ascendebat de terra et non Aegyptum tantum, sed omnem faciem terrae satiabat.

An primo deum uoluisse credendum est uno fonte maximo inrigare omnem terram, ut ea, quae in illa principaliter con-
 10 diderat. accepto humoris adiutorio iam etiam per temporalia spatia gignerentur pro suorum generum diuersitate etiam diuersis numeris dierum, et postea plantato paradiso repressisse illum fontem multisque fontibus, sicut eam nunc uidemus, inpleuisse terram, de paradisi autem uno fonte
 15 quattuor ingentia flumina diuisisse, ut et terra cetera creaturarum suarum plena generibus congruos numeros suorum temporum agentibus fontes etiam suos haberet ac fluuios et paradisos loco electiore plantatus quattuor illa flumina ex capite sui fontis emitteret? aut ex ipso uno fonte paradisi
 20 multo largius exundante prius totam rigasse terram atque ad parienda per temporum numeros genera, quae in ea sine interuallis temporum creauerat, fecundasse ac postea repressisse in eo loco aquarum eruptionem uastissimam, ut de diuersis per omnem terram capitibus fluminum ac fontium iam manarent,
 25 ac deinde in regione illius fontis non iam uniuersam terram rigantis, sed memorabiles quattuor solos illos fluuios emit-

1 manere *P*¹ 2 fons iste *PRbd* ille *supra* iste *scr. m. 1 S*
 6 et omnem *S* 7 saciabat *R* 9 inrigare *E*¹ rigare *S* ea] illa *PRbd*
 in *om. S* illa] ea *PRbd om. S* post principaliter *add. in eo S*
 11 spacia *R* 12 post dierum *add. gignerentur b* 13 repressisse *R*
 fontibus] aliis fontibus *b* eam] ea *E*¹ iam *bd* 14 uno *om. P, s. l.*
m. 1 R 16 generibus plena *S* 17 fontes (*s. sup. er. m a. m. 1*) *R*
 18 electiore] eletiori (*a m. 1 add.*) *S* 19 fontes *E*¹ aut *in ras. R*
 20 rigasset *E* irrigasse *bd* adque *E*¹*S*¹ 21 pariendam *E* parianda *P*
 tempora *S* 23 eo *om. E*¹ 24 iam *s. l. m. 1 S* 25 in regione]
 irrigatione *b* 26 solos illos quattuor *PRsbd* emittentes *ES*

tentis plantasse paradysum, ubi hominem, quem fecerat, collocaret?

8. Quia enim non omnia scripta sunt, quemadmodum post illam primam rerum conditionem tempora cucurrerint seque secutae sint administrationes creaturarum, quae primitus factae 5 sextoque die illo consummatae sunt, sed quantum satis iudicavit spiritus, qui inerat scribenti ea, quae non solum ad factarum rerum notitiam, sed etiam ad futurarum praefigurationem ualere[n]t, nescientes coniectamus. quid fieri potuerit, quod ille non nesciens praetermisit, tantum id conantes 10 pro modulo nostro, quantum adiuuamur, efficere, ne aliqua absurditas uel repugnantia putetur esse in scripturis sanctis, quae opinionem lectoris offendat et, dum existimat fieri non potuisse, quae facta esse scriptura commemorat, uel resiliat a fide uel non accedat ad fidem. 15

9. Proinde cum de isto fonte quaerimus, quomodo id, quod dictum est: ascendebat de terra et inrigabat omnem faciem terrae, non impossibile uideatur, si ea, quae diximus, impossibilia cuiquam uidentur, quaerat ipse aliud, quo tamen uerax ista scriptura monstretur, quae procul dubio uerax 20 est, etiamsi non monstretur. nam si argumentari uoluerit, quo eam falsam esse conuincat, aut ipse nulla uera de creaturarum conditione atque administratione dicturus est aut, si uera dixerit, istam non intellegendo falsam putabit; uelut si contendat ideo non potuisse uno quantolibet fonte omnem 25

1 paradysum *S* collocaret *PRsbd* 3 cap. *XVE* quia enim (*s. l. m. 2 a* hic eni quia) *E* quemadmodum *EPR* 4 cucurrerent *S* seque] sed quae *E*¹ 5 secuta *ES* sequuta *PR* administrationis *E*¹*S* amministrationis *PR* que *R* factae] factaest *E* factaest *P* 6 illo die *Rbd* 7 inera, *t R* 9 coniectatam *PR* 11 adiubamur *E*¹ ne (*e s. l. m. 1*) *R* 14 commemorat *PRsbd* 16 querimus *SR* quomodo *om. b* 17 inrigabat *E*¹ 18 uidetur. Si autem ea *sqg.* (*sic*) *b* 19 uideantur *PRsbd* quaeerat *S*¹ ipse *S* 20 uerax *E*¹ scribtura *E* 21 cap. *XVI E* nam *R*¹ 22 quod *P* quo. (*d er.*) *R* nulla *om. S*¹ 23 amministratione *PR* 24 ueram *E* putauit *EPR*¹

terrae faciem rigari, quia, si montes non rigabat, non omnem terrae faciem rigabat; si autem etiam montes rigabat, non erat iam inpartitio saginae, sed diluuii inundatio: quod si terra tunc sic erat, totum mare erat, et nondum discreta erat arida.

- 5 10. Cui respondetur, quia hoc uicibus temporum posset, sicut certo tempore per plana Aegypti Nilus restagnat et alio tempore ad ripas suas redit. aut si iste nescio cuius ignotae ac longinquae partis mundi aquis et pruinis hiemalibus anniuersaria creditur incrementa conligere, quid de oceani alternis
 10 aestibus, quid de quibusdam litoribus, quae late nudantur fluctibus uicissimque operiuntur, dici potest? ut omittam, quod de quorundam fontium mira uicissitudine perhibetur, certo annorum interuallo sic eos inundare, ut totam illam regionem rigent, cui alio tempore ex altis puteis ad potandum
 15 sufficientem praebent aquam. cur sit ergo incredibile, si ex uno abyssi capite alterna inundatione fluente atque refluyente tunc uniuersa terra rigata est? quodsi ipsius abyssi magnitudinem ea parte excepta, quod mare dicitur et euidenti amplitudine atque amaris fluctibus terras ambit, in ea sola
 20 parte, quam reconditis sinibus terra continet, unde se omnes fontes amnesque diuersis tractibus uenisque distribuunt et suis quique locis erumpunt, fontem uoluit scriptura appellare, non fontes, propter naturae unitatem eumque per innumerabiles uias antrorum atque rimarum ascendentem de terra et ubique
 25 dispertitis quasi crinibus inrigantem omnem faciem terrae

1 irrigari *bd* irrigabat *bd* 2 autem *om. P, s. l. m. 1 R* 3 saginae (*i mut. m. 1 in e*) *R* dilubii *E¹* 4 sic *om. S¹* 7 istę *S* ignote *E¹* 8 ac (*c add. s. l. m. 2*) *S* longique *E¹* longuę *S¹* partes *S* anniuersalia *E* 9 conligere *E¹* oceanis *S* 10 que *R* latae *S* 11 omittam *R* 13 inundare] inuadere *P* inundare *ex inuadere R* 14 cui] qui *b* *post* tempore *add. uix bd* *ex om. P¹* 15 prebent *S* cur]cui *P¹* ergo sit *PRbd* 16 fluent *P* fluente (*e fin. s. l. m. 1*) *R* refluent *P* 17 cum uoce quod *inc. cap. XVII E* 18 euentiam plenitudine *PR¹* 19 atque amaris] aque maris *b* 21 amnesque] omnes aque *b* tractatibus *S¹* 22 quisque *R¹* scribitura *E* appellare scriptura *PRSbd* 25 faciem] superficiem *b*

non continua specie tamquam maris aut stagni, sed sicut uidemus ire aquas per alueos fluminum flexusque riuorum et eorum excessu uicina perfundere, quis non accipiat, nisi qui contentioso spiritu laborat? potest quippe etiam ita dicta intellegi omnis terrae facies inrigata, quemadmodum dicitur 5 omnis uestis facies colorata, etiamsi non continuatim, sed maculatim fiat, praesertim quia tunc in nouitate terrarum etsi non omnia, plura tamen plana fuisse credibile est, qua latius possent erumpentia fluenta dispergi atque distendi.

Quapropter de istius fontis magnitudine uel multitudine, 10 qui siue unam habuit alicunde eruptionem siue propter aliquam in terrae occultis sinibus unitatem, unde omnes aquae super terram scatent omnium fontium magnorum atque paruorum. unus fons dictus est, per omnes dispertitiones suas ascendens de terra et inrigans omnem faciem terrae, siue etiam, quod 15 est credibilis, quia non ait: unus fons ascendebat de terra. sed ait: fons autem ascendebat de terra, pro numero plurali posuit singularem, ut sic intellegamus fontes multos per uniuersam terram loca uel regiones proprias inrigantes, sicut dicitur miles et multi intelleguntur, sicut dicta est 20 lucusta et rana in plagis, quibus Aegyptii percussi sunt, cum esset innumerabilis lucustarum numerus et ranarum: iam non diutius laboremus.

11. Sed illud etiam atque etiam consideremus, utrum possit nobis per omnia constare sententia, qua dicebamus aliter 25 operatum deum omnes creaturas prima conditione, a quibus

17 Gen. 2, 6 21 cf. Ps. 104, 34.

1 stagnis (s. *fn. add. s. l. m. 1*) R 2 riborum E¹ 4 contecioso R
 5 omnes P omnis (i. *ex e m. 1*) R quemammodum EP 6 facie E¹
 continuatum P 7 maculatum P maculatim (i. *ex u*) R 8 etsi] utsi E
 plena S pl^{na} R quo b^d 10 uel multitudine s. *l. m. 1* R
 11 habuerit b aliunde b alicunde (c. *s. l. m. 1*) R aliqua* (m. *er.*) R
 12 unitate* (m. *er.*) R 13 scaptent E scaturirent b 15 inrigans E¹
 16 de terra om. PE¹d 20 dicta (s. *l. m. 2 add. ad u*) E
 21 lucusta E¹PR¹ locusta E²R²Sbd egyptii S 22 locustarum E²R²Sbd
 24 posset S 25 sentia E¹ quam E¹

operibus in die septimo requieuit, aliter ista eorum ad-
 ministratione, qua usque nunc operatur: id est, tunc omnia
 simul sine ullis temporalium morarum interuallis, nunc autem
 per temporum moras. quibus uidemus sidera moueri ab ortu
 5 ad occasum, caelum mutari ab aestate ad hiemem, germina certis
 dierum momentis pullulare, grandescere, uirescere, arescere, ani-
 malia quoque statutis temporum metis et cursibus et concipi
 et perfici et nasci et per aetates usque in senium mortemque
 decurrere et cetera huiusmodi temporalia. quis enim operatur
 10 ista nisi deus etiam sine ullo tali suo motu? non enim et
 ipsi accidit tempus. inter illa ergo opera dei, a quibus
 requieuit in die septimo, et ista, quae usque nunc operatur,
 quendam scriptura interponens suae narrationis articulum
 commendauit se illa explicasse et coepit iam ista contexere.
 15 illorum explicatorum commendatio sic facta est: hic est
 liber creaturae caeli et terrae, cum factus est dies,
 fecit deus caelum et terram et omne uiride agri,
 antequam esset super terram, et omne fenum agri,
 antequam exoreretur. non enim pluerat deus super
 20 terram et homo non erat. qui operaretur terram.
 istorum autem contextio sic coepit: fons autem ascendebat
 de terra et inrigabat omnem faciem terrae. ab hac
 commemoratione fontis huius et deinceps ea, quae narrantur,
 per moras temporum facta sunt, non omnia simul.
 25 12. Cum ergo aliter se habeant omnium creaturarum
 rationes incommutabiles in uerbo dei, aliter eius illa opera,

15 Gen. 2, 4. 5 21 Gen. 2, 6

1 istam *bđ* earum *Sbd* aministrationem *P* amministrationem *R*
 administrationem *bđ* 4 *cum* quibus *inc. cap. XVIII E* 5 hestate *S*
 6 pullulare (*prim. l. s. l. m. 1*) *S* uirescere *om. b* 7 metis *R*
 curribus *E*¹ et concipi (et *s. l. m. 1*) *E* 10 suo tali *S* 11 acce-
 dit *E*¹ 12 que *R* 13 quaedam *E*¹ scripturam (*m exp. m. 1*) *PS*
 14 *se. (d er.) R* caepit *S* 18 foenum *S*¹ faenum *PRS*² 19 exorire-
 tur *Sbd* 20 et homo non erat] nec erat homo *PRSbd* qui (*i s. l.*
m. 1) *R* 21 contextio (*in mg. ad cōnexio*) *b* caepit *S* 22 hac (*h*
s. l. m. 1) *R* 23 que *R* 25 *cap. XVIII E* 26 illa eius *PRSbd*

a quibus in die septimo requieuit, aliter ista, quae ex illis usque nunc operatur, horum trium hoc, quod extremum posui. nobis utcumque notum est per corporis sensus et huius consuetudinem uitae. duo uero illa remota a sensibus nostris et ab usu cogitationis humanae prius ex diuina auctoritate 5 credenda sunt, deinde per haec, quae nota sunt. utcumque noscenda, quanto quisque magis minusue potuerit pro suae capacitatis modo diuinitus adiutus, ut possit.

13. De primis ergo illis diuinis incommutabilibus aeternisque rationibus, quoniam ipsa dei sapientia, per quam facta 10 sunt omnia, priusquam fierent, ea nouerat, sicut scriptura testatur: in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum. omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quis ergo tam sit demens, ut dicat non 15 ea deum fecisse, quae nouerat? porro si nouerat, ubi nisi apud se ipsum, apud quem uerbum erat, per quod facta sunt omnia? nam si extra se ipsum ea nouerat, quis eum docuerat? quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, et retribu- 20 etur ei? quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia.

Quamquam et ea, quae sequuntur in euangelio, satis adserant istam sententiam; adiungit enim euangelista et dicit: quod factum est, in illo uita est, et uita erat lux hominum, 25 quia scilicet rationales mentes, in quo genere homo factus est ad imaginem dei, non habent ueram lucem suam nisi

12 Ioh. 1, 1—3 19 Rom. 11, 34—36 24 Ioh. 1, 3. 4

1 que *R* 2 *psui* (sui *m.* 2 *s. l.*) *E* 4 consuetudine *S* nostris
s. l. m. 1 *R*, *om. Pd* 5 cognitionis *b* 7 magis] maius *SR* 8 capa-
 titatis *R* *post* adiutus *add.* internis aeternisque rationibus *bd*
 10 quem *R* 11 sicut] sic *PRd om. S* 13 (et 14) apud *EP*
 17 apud (*bis*) *E¹P* *se om. PRbd* 19 nouit *E¹* 20 eius *om. E*
 aut *om. EPRS* 23 sequuntur *E* secuntur *S* adserant *E¹*
 24 sentiam *E¹*

ipsum uerbum dei, per quod facta sunt omnia, cuius participes esse poterunt ab omni iniquitate et errore mundatae.

14. Non ergo ita pronuntiari oportet: quod factum est in illo, uita est. ut subdistinguamus: quod factum est in illo, et deinde inferamus: uita est. quid enim non in illo factum est, cum commemoratis multis etiam terrenis creaturis dicatur in psalmo: omnia in sapientia fecisti, dicat et apostolus: quoniam in ipso condita sunt omnia in caelo et in terra. uisibilia et inuisibilia. consequens ergo erit, si ita distinxerimus, ut et ipsa terra et quaecumque in ea sunt uita sint. quae cum absurde dicantur omnia uiuere, quanto absurdus, ut etiam uita sint? praesertim quia distinguit, de quali uita loquatur, cum addit: et uita erat lux hominum. sic ergo distinguendum est, ut, cum dixerimus: quod factum est, deinde inferamus: in illo uita est, non in se scilicet, hoc est in sua natura, qua factum est, ut conditio creaturaeque sit, sed in illo uita est, quia omnia, quae per ipsum facta sunt, nouerat, antequam fierent, ac per hoc in illo erant non sicut creatura, quam fecit, sed sicut uita et lux hominum, quod est ipsa sapientia et ipsum uerbum unigenitus filius dei. eo modo ergo in illo uita est, quod factum est, quomodo dictum est: sicut habet pater uitam in semet ipso, sic dedit filio habere uitam in semet ipso.

25 Nec praetermittendum est, quod emendatiores codices habent: quod factum est, in illo uita erat, ut sic intelle-

7 Ps. 103, 24 8 Col. 1, 16 22 Ioh. 5, 26

2 potuerunt *E* *errore (t *er.*) *EP* 3 *cap.* XX *E* 5 *fn.* in *om.* *PRS'd*
 6 etiam multis *b* terrenis *om.* *b* 8 sunt condita *S* 9 uisabilia *P*
 10 distinxerimus (t *exp.* *m.* 1) *R* quaecumque *E¹* quaecumque *R*
 11 sint] sit *E¹PRS* 12 etiam] omnia *S* praesertim (er *ex* en *m.* 1) *E*
 distinguet *S* 13 addidit *S* et *om.* *ES* 14 si *E¹* 17 creaturaque
 (a *er.*) *E* creatura quae *R* 18 quae *s. l.* *m.* 1 *R* fierent (*n. s. l. m.*
 1) *P* 19 in illo erant *om.* *Pbd* 20 et] est *S* in ipsa *S* sapien-
 cia *R* 21 dei filius *PRSbd* 22 quomodo dictum est *om.* *P¹* 26 ut
 —uita erat *in mg.* *add. m.* 1 *R om. P*

gatur: uita erat, quomodo in principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum. quod ergo factum est, iam uita erat in illo, et uita non qualiscumque — nam et pecora dicuntur uiuere, quae frui non possunt participatione sapientiae — sed uita erat lux 5 hominum. mentes quippe rationales purgatae gratia eius possunt peruenire ad eiusmodi uisionem, qua nec superius quicquam sit nec beatius.

15. Sed etiam si hoc legamus et intellegamus: quod factum est, in illo uita est, manet ista sententia, ut id, 10 quod per ipsum factum est, uita esse in illo intellegatur, in qua uita uidit omnia, quando fecit et, sicut uidit, ita fecit, non praeter se ipsum uidens, sed in se ipso ita enumerauit omnia, quae fecit. nec alia uisio ipsius et patris, sed una, sicut una substantia. nam et in libro Iob ita ipsa sapientia, 15 per quam facta sunt omnia, praedicatur: sapientia uero, inquit, unde inuenta est? uel quis sit locus scientiae? ignorat mortalis uiam eius nec inuenietur in hominibus. et paulo post: audiuius, inquit, eius gloriam. dominus commendauit uiam eius et ipse nouit locum 20 eius. ipse enim omne, quod est sub caelo, perspicit et nouit quae sunt in terra omnia quae fecit: uentorum libramenta aquae mensuras quando fecit, sicut uidit, enumerauit. his atque huiusmodi testimoniis probatur, quod haec omnia, priusquam fierent, erant in notitia facientis, et 25 utique ibi meliora, ubi ueriora, ubi aeterna et incommutabilia. quamquam sufficere debeat, ut quisque nouerit, uel inconcuse

1 Ioh. 1, 1. 4 16 Iob. 28, 12. 13. 22—25

2 apud *E¹P* 3 ergo (a *exp. m. 1*) *R* 4 peccora *S* 5 participationes (s *exp. m. 1*) *E* sapientiae *R* 7 superius (pe s. l. m. 1) *S*
 8 quidquam *Sbd* 12 fin. uidit] uidit ea *b* 13 se *om. S* in *om. S*
 14 patris (t s. l. m. 1) *E* 15 sapientia *R* 16 uero *om. S* 17 inquit *E¹R* quis] quid *E* 19 inquit *E¹* 21 perspicit *scripsi*: perficit *E¹* perfecit *E¹PRSbd* 22 omniaque *S* 23 aquae] adque *E¹*
 atque *P¹Rb* 26 ibi *om. S* 27 sufficere *E¹* inconcuse*** *R*

credat, quod deus haec omnia fecerit, non opinor eum esse tam excordem, ut deum quae non nouerat fecisse arbitretur. porro, si nouerat ea, priusquam faceret ea, profecto, priusquam fierent, apud illum erant eo modo nota, quo sempiternae atque incommutabiliter uiuunt et uita sunt, facta autem eo modo, quo unaquaeque creatura in genere suo est.

16. Quamuis ergo illa aeterna incommutabilisque natura, quod deus est, habens in se, ut sit, sicut Moysi dictum est: ego sum qui sum, longe scilicet aliter, quam sunt ista, quae facta sunt, quoniam illud uere ac primitus est, quod eodem modo semper est nec solum non commutatur, sed commutari omnino non potest, nihil horum, quae fecit, existens et omnia primitus habens, sicut ipse est — neque enim ea faceret, nisi ea nosset, antequam faceret, nec nosset, nisi uideret, nec uideret, nisi haberet, nec haberet ea, quae nondum facta erant, nisi quemadmodum est ipse non factus —: quamuis, inquam, illa substantia ineffabilis sit nec dici utcumque homini per hominem possit nisi usurpatis quibusdam locorum ac temporum uerbis, cum sit ante omnia tempora et ante omnes locos, tamen propinquior nobis est, qui fecit, quam multa, quae facta sunt. in illo enim uiuimus et mouemur et sumus; istorum autem pleraque remota sunt a mente nostra propter dissimilitudinem sui generis, quoniam corporalia sunt, nec idonea est ipsa mens nostra, in ipsis rationibus, quibus facta sunt, ea uidere apud deum, ut per hoc sciamus, quot et quanta qualiaque sint, etiamsi non ea uideamus per corporis sensus. remota quippe sunt a sensibus corporis nostri, quoniam longe sunt uel interpositis

9 Exod. 3, 14 21 Act. 17, 28

1 fecerat *b* 2 excordem *m.* 1 *ex* exortem *R* 3 porro (*pr. o s l. sup. eras. lüt. m.* 1) *R* 4 sempiternae *E* sempiterna *PR* 8 est *om S* 12 non *s. l. m.* 1 *S* que *R* 16 quemadmodum *PR* ipse *om. S*¹ 23 similitudinem *E* 24 idonea (*e er.*) *R* 25 aput *E*¹*P* 26 hoc *s. l. m.* 1 *S* quot (*t ex d m.* 1) *E* qualiaquae *E* 27 ante *a add.* et *E*²*PR**Sd*

aut obpositis aliis a nostro contuitu actuque separantur. ex quo fit, ut maior ad illa inuenienda sit labor quam ad illum, a quo facta sunt, cum sit incomparabili felicitate praestantius illum ex quantulacumque particula pia mente sentire quam illa uniuersa comprehendere. unde recte culpantur in libro sapientiae inquisitores huius saeculi: si enim tantum, inquit, potuerunt ualere, ut possent aestimare saeculum, quomodo eius dominum non facilius inuenerunt? ignota enim sunt fundamenta terrae oculis nostris, et qui fundauit terram, propinquat mentibus nostris. 5

17. Iam nunc consideremus ea, quae fecit deus omnia simul, a quibus in sexto die consummatis requieuit in septimo, postea consideraturi opera eius, in quibus usque nunc operatur. ipse enim ante saecula; a saeculo autem ea dicimus, ex quo coepit saeculum, sicut ipsum mundum, in saeculo autem, sicut ea, quae nascuntur in mundo. cum ergo scriptura dixisset: omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, paulo post ait: in hoc mundo erat, et mundus per eum factus est. de hoc opere dei alio loco scriptum est: qui fecisti mundum de materia informi. hic mundus plerumque caeli et terrae nomine nuncupatur, sicut iam commemorauimus, quem scriptura dicit deum fecisse, cum factus est dies. de quibus uerbis iam, quantum uisum est, disputauius, quemadmodum congruat conditioni mundi huius, et quod sex diebus consummatus est cum omnibus, quae in eo sunt, et quod tunc factus est, cum factus est dies, ut et illud congruat, quod creauit omnia simul. 10

6 Sap. 13, 9 17 Ioh. 1, 3 18 Ioh. 1, 10 20 Sap. 11, 18 27 Eccli. 18, 1

1 oppositis *ERSbd* tactuque *Sd* 3 incomparabiliſ *E* incorporali *S* prestantius *ES* 5 conpraehendere *EPR* rectae *R* 6 inquisitiores *E* 7 possint *S* 8 non] nam *E*¹ 11 *cap. XXI E* 12 die sexto *bd* 14 autem] enim *S* 15 caepit *S* 16 eaque *R* 18 nihil *E*¹ hoc *om. b* 19 eum] ipsum *PRsbd* 21 nuncupantur (*n exp. m. 1*) *S* 22 quem] quae *PRsbd* scribta *E*¹ dicit] commemorauit (*com in ras. memorauit add. m. 2 s. l.*) *R* 24 quemadmodum *P* conditione *E*¹ mundi *s l. m. 1 S* 25 consummatum *E*¹ cum omnibus *om. E*¹ 26 factum *S* est *om. PRbd* cum factus est *om. E*¹

18. Huius uniuersae dei creaturae multa non nouimus, siue quae in caelis sunt altius, quam ut noster sensus ea possit adtingere, siue quae in regionibus terrarum fortassis inhabitabilibus siue quae deorsum latent uel in profundo
 5 abyssu uel in occultis sinibus terrae. haec igitur antequam fierent, utique non erant. quomodo ergo deo nota erant, quae non erant? et rursus quomodo ea faceret, quae sibi nota non erant? non enim quidquam fecit ignorans. nota ergo fecit, non facta cognouit. proinde, antequam fierent, et erant et
 10 non erant: erant in dei scientia, non erant in sua natura. ac per hoc factus est dies ille, cui utroque modo innotescerent, et in deo et in se ipsis, illa uelut matutina siue diurna cognitione, hac uero uelut uespertina. ipsi autem deo non audeo dicere alio modo innotuisse, cum ea fecisset, quam
 15 illo, quo ea nouerat ut faceret, apud quem non est commutatio nec momenti obumbratio.

19. Non sane propter inferiorum scientiam nuntiis indiget, quasi per eos fiat scientior; sed illo simplici ac mirabili modo nouit omnia stabiliter atque incommutabiliter. habet autem
 20 nuntios propter nos et propter ipsos, quia illo modo deo parere et adsistere. ut eum de inferioribus consulant eiusque supernis praeceptis et iussis obtemperent, bonum est eis in ordine propriae naturae atque substantiae. nuntii autem graece angeli dicuntur: quo nomine generali uniuersa illa superna
 25 ciuitas nuncupatur, quem primum diem conditum existimamus.

15 Iac. 1, 17

1 cap. XXII *E* 2 altius] *~* altius *S* 3 posset *S* terrae^{rum}. (e
exp. m. 2) P sunt fortassis *b* 5 occultis (*pr. c s. l. m. 1) R*
 6 *pr. erat E*¹ 8 quicquam *E*¹ quicquam *R* 10 scientiam *E* 12 uelud *S*¹
 13 haec *E* 14 audeo (u *s. l. m. 1) R* 15 norat *PS* no^{rat} *R*
 aput *PR* 17 nunciis *R* 18 ac] & *s. l. m. 1 S* 19 omnia** (in *er.*) *E*
 stabiter *P* 20 ipsos] illos *S* quia** (in *uid. er.*) *R* 21 adsistere *E*¹*S*
 eiusque ^{praeceptis} ^{supernis} (*haec omnia in ras. m. 2) E* 23 proprie *E*¹*S*
 graecae. ^{latine} (latine *s. l. m. 2 add. uid.*) *R* 24 angeli *EPRSb* ἄγγελοι *d*
 adicuntur *d*

Nam nec illud eos latuit mysterium regni caelorum, quod oportuno tempore reuelatum est pro salute nostra, quo ex hac peregrinatione liberati eorum coetui coniungamur. neque enim hoc ignorarent, quandoquidem ipsum semen, quod oportuno tempore aduenit, per ipsos dispositum est in manu mediatoris, 5 id est in eius potestate, qui dominus eorum est, et in forma dei et in forma serui. dicit item apostolus: mihi minimo omnium sanctorum data est gratia haec in gentibus adnuntiare inuestigabiles diuitias Christi et inluminare, quae sit dispositio sacramenti. quod fuit abs- 10 conditum a saeculis in deo, qui uniuersa creauit. ut innotesceret principibus et potestatibus in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei secundum propositum saeculorum quam fecit in Christo Iesu domino nostro. sic ergo fuit hoc absconditum a 15 saeculis in deo, ut tamen innotesceret principibus et potestatibus in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei, quia ibi primitus ecclesia, quo post resurrectionem et ista ecclesia congreganda est, ut simus aequales angelis dei. illis ergo a saeculis innotuit, quia omnis creatura non ante 20 saecula, sed a saeculis. ab ipsa enim exorta sunt saecula et

5 cf. Gal. 3, 19; cf. *Retract.* II 24. 2 in quinto libro et ubicumque in eis libris posui de semine, cui repromissum est, quod dispositum sit per angelos in manu mediatoris. non sic habet apostolus, sicut ueriores codices post inspexi, maxime graecos; de lege enim dictum est, quod tamquam de semine dictum multi latini codices habent per interpretantis errorem. 7 *Ephes.* 3, 8—11 19 cf. *Matth.* 22, 30

2 oportuno *bd* reuelatum (re s. l. m. 1) *E* quod *PRSD* 3 cap. XXIII *E* enim *om. b* 4 semen (*in mg. m. 2 ad sacramta*) *E* oportuno *Pbd* 5 ipsos *P* 7 item *R*¹ mihi enim *b* 8 annuntiare in gentibus *Pbd* 10 dispositio] dispositio dispensatio *PR* (*sed in R dispensatio m. 1 del.*), dispositio et dispensatio *b* dispensatio *d* 12 principibus *b* 13 aeclesiam *E* ecclesiam *R* multiformis (*in fin. ex t m. 1*) *E* sapientiae *EPRSb* 14 quem *E*¹ 15 sic (c s. l. m. 1) *R* absconsum *S* 16 innotesceret (*n inii. ex g m. 1*) *E* 17 aeclesiam *E* sapientiae *EPRSb* 18 ibi *om. b* aeclesia *E* quod *P*¹ 19 cum uoce ut *inc. cap. XXIII* *E* 20 omnes *R*¹ 21 ex-orta (t er.) *E*

ipsa a saeculis, quoniam initium eius initium saeculorum est: unigenitus autem ante saecula, per quem facta sunt saecula. ideoque ex persona sapientiae, ante saecula, inquit. fundavit me, ut in ea faceret omnia. cui dictum est: omnia in
 5 sapientia fecisti.

Quod non autem in deo tantum innotescit angelis. quod absconditum est, uerum etiam hic eis adparet, cum efficitur atque proपालatur, idem apostolus ita testis est: et sine dubio, inquit, magnum est pietatis sacramentum, quod
 10 manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, adparuit angelis, praedicatum est in gentibus. creditum est in mundo, adsumtum est in gloria. et. nisi fallor, mirum est, si non omnia, quae dicitur deus tamquam ad praesens tempus cognoscere, ideo dicitur, quia cognosci
 15 facit, siue ab angelis siue ab hominibus. modus quippe iste locutionis, cum per efficientem id quod efficitur significatur. creber est in scripturis sanctis, maxime cum de deo aliquid dicitur, quod ei ad proprietatem locutionis non conuenire praesidens mentibus nostris ipsa ueritas clamat.

20 20. Iam nunc ergo discernamus opera dei. quae usque nunc operatur, ab illis operibus, a quibus in die septimo requieuit. sunt enim, qui arbitrentur tantummodo mundum ipsum factum a deo, cetera iam fieri ab ipso mundo, sicut ille ordinauit et iussit, deum autem ipsum nihil operari. contra
 25 quos profertur illa sententia domini: pater meus usque modo operatur. et ne quisquam putaret apud se illum aliquid operari, non in hoc mundo, pater in me manens,

2 cf. Hebr. 1, 2 3 Prou. 8, 23 4 Ps. 103, 24 8 I Tim. 3, 16
 25 Ioh. 5, 17 27 Ioh. 5, 20, 21

1 ante saecul. add. m. 2 omnium E 4 in fn. s. l. m. 1 P 6 autem non PRSbd ignotescit E¹ innotescet S 7 hinc Sb 9 inquit E¹ sacramentum] mysterium S 12 adsumptum E¹ 14 praesens S 15 angelis (an s. l. m. 1) P 16 loquutionis P 18 loquutionis P 19 praesidens S ueritas ex uarietas m. 1 E 22 arbitrantur b ipsum om. S 24 nihil] אַתֶּם nihil (autem exp. m. 1) S 26 modo] nunc E² PRSbd apud E¹ P

inquit, facit opera sua; et sicut pater suscitatur mortuos et uiuificat, sic et filius quos uult uiuificat. deinde quia non solum magna atque praecipua, uerum etiam ista terrena et extrema ipse operatur, ita dicit apostolus: stulte, tu quod seminas non uiuificatur, nisi moriatur; et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum fere tritici aut alicuius ceterorum; deus autem illi dat corpus quomodo uoluerit et unicuique seminum proprium corpus. sic ergo credamus uel, si possumus, etiam intellegamus usque nunc operari deum, ut, si conditis ab eo rebus operatio eius subtrahatur, interdicant.

Sed plane, si aliquam creaturam sic eum nunc instituere putauerimus, ut genus eius primae illi suae conditioni non inseruerit, aperte contradicimus dicenti scripturae, quod consummauerit omnia opera sua in die sexto. secundum illa enim genera rerum, quae primo condidit, noua eum multa facere, quae tunc non fecit, manifestum est. nouum autem genus instituere credi recte non potest, quoniam tunc omnia consummauit. mouet itaque occulta potentia uniuersam creaturam suam eoque motu illa uersata, dum angeli iussa perficiunt, dum circumeunt sidera, dum alternant uenti, dum abyssus aquarum lapsibus et diuersis etiam per aerem conglobationibus agitur, dum uireta pullulant suaque semina euoluunt, dum animalia gignuntur uarioque adpetitu proprias uitas agunt, dum iniqui iustos exercere permittuntur, explicat

4 I Cor. 15, 36—38 15 cf. Gen. 2, 2

3 solum] sunt *E* 4 terraena *E* 5 nisi prius *b* 6 *init.* quod] cum *S* quid *b* 7 tritici *E* caeterorum *R* 8 dat illi *Sbd* quomodo uoluerit *om. S* 9 seminum *om. S* 10 possimus *P* 12 interdicant (*i alt. ex e m. 1*) *SR* intereant *b* 13 plane (*e ex æ*) *S* nunc *om. S* 15 contradicimus (*dicimus s. l. m. 2*) *E* dicenti (*i fin. ex e*) *S* scriptura. *S* 17 primum *PRbd* 22 circumeunt (*e s. l. m. 1*) *E* circa eunt *PR* 23 lapsibus *E¹* 24 uirecta (*c ex s m. 1*) *E, PR* uirentia *S* pullant *E¹* sua seminaque *b* 25 adpetitu *E¹*

saecula, quae illi, cum primum condita est. tamquam plicata indiderat: quae tamen in suos cursus non explicarentur, si ea ille, qui condidit, prouido motu administrare cessaret.

21. Admoneri autem nos oportet his, quae in tempore
 5 formantur atque nascuntur, quomodo ista considerare debeamus.
 non enim frustra scriptum est de sapientia, quod amatoribus
 suis ostendit se in uis hilariter et in omni prouidentia
 occurrit illis. nec omnino audiendi sunt, qui
 putauerunt sublimes quidem mundi partes, id est a confinio
 10 corpulentioris aeris huius et supra, diuina prouidentia guber-
 nari, hanc autem imam partem terrenam et humidam aerisque
 huius uicinioris, qui terrarum et aquarum exhalationibus
 humescit, in quo uenti nubesque consurgunt, casibus potius
 et fortuitis motibus agitari. contra hos enim loquitur psalmus,
 15 qui cum explicasset laudem caelestium se etiam ad ista
 inferiora conuertit dicens: laudate dominum de terra,
 dracones et omnes abyssi: ignis, grando, nix, glacies,
 spiritus tempestatis, quae faciunt uerbum eius. nihil
 enim tam uidetur casibus uolui quam omnes istae procellosae
 20 ac turbulentae qualitates, quibus caeli huius inferioris, quod
 non inmerito etiam terrae nomine deputatum est, facies
 uariatur et uertitur. sed cum addidit: quae faciunt uerbum
 eius, satis ostendit earum quoque rerum ordinem diuino
 subditum imperio latere nos potius quam uniuersitatis deesse
 25 naturae. quid autem? ore suo saluator, cum dicit unum

7 Sap. 6, 17 16 Ps 148, 7. 8

1 ille *Rb* est] sunt *b* plicata] placita *E*²*R*² iam licitata *S* impli-
 cita *b* 2 suo* (*s er.*) *R* cursu* *R* cursus *P*¹ 3 amministrare *R*
 amministrare cessaret (ministrare cessaret *s. l. m. 2*) *P* 4 ammoneri *PR*
 iis *d* 5 formantur (*n s. l. m. 1*) *E* 6 post frustra *add. est* his, *sup.*
quod m. 1 scr. id *S* de sapientia scriptum est *bd* 7 hilariter *S*
 9 mundi quidem *E* a* (*d er.*) *R* 10 supra *S*¹ 11 imam] unā *b*
 umidam *PR* 12 exalationibus *E*¹*S* 13 umescit *E*¹*PR* quo *s. l.*
m. 1 R 14 potius agitari (*potius exp. m. 1*) *S* agittari *R* 17 dracones
 (*h er.*) *E* glacies *SR* 20 turbolentae *SR*¹ 21 in merito *PR*
 24 deesse *om. E* 25 quod *PR* cum *om. b*

passerem non cadere in terram sine dei uoluntate, et quod fenum agri post paululum mittendum in clibanum ipse tamen uestiat. nonne confirmat non solum totam istam mundi partem rebus mortalibus et corruptibilibus deputatam, uerum etiam uilissimas eius abiectissimasque particulas diuina prouidentia regi?

22. Et certe isti, qui hoc negant nec sanctis eloquiis tantae auctoritatis adquiescunt, si in hac mundi parte, quam putant fortuitis motibus perturbari potius quam sapientia diuinæ summitatis regi et, ut hoc quasi probent, gemino abutuntur argumento, uel quod supra commemorauī de inconstantia tempestatum uel de felicitatibus atque infelicitatibus hominum, quod non pro uitae meritis accidunt, uiderent tantum ordinem, quantus in membris carnis cuiuslibet animantis adparet, non dico medicis, qui haec propter artis suae necessitatem diligenter patefacta et dinumerata rimati sunt, sed cuius mediocris cordis et considerationis homini, nonne clamarent ne puncto quidem temporis deum, a quo est omnis mensurarum modus, omnis parilitas numerorum, omnis ordo ponderum, ab eius gubernatione cessare? quid ergo absurdius, quid insulsius sentiri potest quam eam totam esse uacuum nutu et regimine prouidentiae, cuius extrema et exigua uideas tanta dispositione formari, ut aliquanto adtentius cogitata ineffabilem incutiant admirationis horrorem? et cum animae natura naturae corporis antecellat, quid est dementius quam

1 cf. Matth. 10, 29 2 cf. Matth. 6, 30

1 uoluntate dei *S* uoluntatem *E*¹ uoluntate. *P* 2 foenum *S*
faenum *PR* paululum *S* 3 totam] tatam *S* 4 deputari *b* 5 ab-
iectissimasquae *R* 6 regi] geri *S* 7 tantae (n s. l. m. 1) *E* 8 in
om. *E*¹ hanc *S* partem *E*¹*S* parte. *R* 9 sapientiae *Eb* sapi-
entia. *P* sapiencia *R* diuine *S* 11 dein constantia *R* 14 eius
carnis (eius *del. m. 1*) *S* 15 hoc *b* 16 cuius *ER* cuius *P* cuiusuis
(uis s. l. m. 1) *S* cuiuslibet *b* 17 homini. (s. er.) *R* 19 cum uoce
omnis *inc. cap. XXVI E* 21 insulsius] incultius *S* sentire *P*¹
22 notu (o ex u) *P* extrema est (est *exp. m. 1*) *S* 23 adtentius *E*¹
diutius *S* cogitata] *E* 24 ammirationis *PR* 25 naturam *E*
naturae om. *b*

putare nullum esse diuinae prouidentiae iudicium de moribus hominum, cum in eorum carne tanta eius sollertiae clareant et demonstrentur indicia? sed quia haec minima in promptu sunt sensibus nostris et ea facile uestigamus, elucet in eis
 5 ordo rerum; at illa, quorum ordinem uidere non possumus, inordinata arbitrantur. qui esse non putant, nisi quod uidere possunt, aut, si putant, tale aliquid putant, quale uidere con-
 suerunt.

23. Nos autem, quorum gressus, ne in illam peruersitatem
 10 incidamus, eadem diuina prouidentia per sanctam scripturam regit, ex ipsis quoque operibus dei eodem adiuuante indagare conemur, ubi haec simul creauerit, cum a consummatis suis operibus requieuit, quorum species per ordinem temporum usque nunc operatur. consideremus ergo cuiuslibet arboris
 15 pulchritudinem in robore, ramis, frondibus, pomis: haec species non utique repente tanta ac talis exorta est, sed quo etiam ordine nouimus. surrexit enim a radice, quam terrae primum germen infixit, atque inde omnia illa formata et distincta crenerunt, porro illud germen ex semine; in semine ergo illa
 20 omnia primitus fuerunt non mole corporeae magnitudinis, sed ui potentiaque causali. nam illa magnitudo copia terrae humorisque congesta est, sed illa in exiguo grano mirabilior praestantiorque uis est, qua ualuit adiacens humor commixtus terrae tamquam materies uerti in ligni illius qualitatem, in
 25 ramorum diffusionem, in foliorum uiriditatem ac figuram; in

2 in *s. l. m.* 1 *E* tantae *SRb* solerciae *R* 3 demonstrentur
 (s *m.* 1 *s. l.*) *S* promptu *Sbd* 4 inuestigamus (in *s. l. m.* 1) *Rbd*
 5 ad *E¹S¹* illa quorum] aliquorum *S* 7 nō possunt *ER¹* con-
 suerunt *PR* 9 in *s. l. m.* 1 *E* 11 adiubante *E¹* 12 a *om. b*
 14 *cap. XXVII E* arboribus *E* 15 pulchritu nem *E* pomis] pom-
 mis pendentibus *S* 16 est exorta *Sbd* quo] a quorum (*in mg.* sed
 quo etiam) *P* 17 radice. (*s. cr.*) *P* 18 atque (*t. s. l. m.* 1) *S* 19 cre-
 querunt *E* ex semine (*se m.* 1 *s. l.*) *E* in semine: ergo (*sic*) *b*
 20 fuerunt primitus *PRbd* molae *R* 21 ui] in *b* causaliter *b*
 22 umorisquae *E¹* humorisque (*s. m.* 1 *s. l.*) *S* congesta] quamgesta *E¹*
 23 praestantiorque *ES* praestantiorque (*r. fin. s. l. m.* 1) *R* quae *R*
 amor *E¹R* commixtus *PRsbd* 24 illus *E¹* qualitate *E¹*

fructuum formas et opulentiam omniumque ordinatissimam distinctionem. quid enim ex arbore illa surgit aut pendet. quod non ex quodam occulto thesauro seminis illius extractum atque depromptum est? at illud semen ex arbore licet non illa sed altera, atque illa rursus ex altero semine; aliquando 5 autem et arbor ex arbore, cum surculus demitur atque plantatur. ergo et semen ex arbore et arbor ex semine et arbor ex arbore. semen autem ex semine nullo modo, nisi arbor interueniat prius; arbor uero ex arbore, etiamsi semen non interueniat. alternis igitur successionibus alterum ex altero, sed 10 utrumque ex terra nec ex ipsis terra; prior igitur eorum parens terra. sic et animalia: potest incertum esse utrum ex ipsis semina, an ipsa ex seminibus; quodlibet tamen horum prius, ex terra certissimum est.

Sicut autem in ipso grano inuisibiliter erant omnia simul, 15 quae per tempora in arborem surgerent, ita ipse mundus cogitandus est, cum deus simul omnia creauit, habuisse simul omnia, quae in illo cum illo facta sunt, quando factus est dies. non solum caelum cum sole et luna et sideribus, quorum species manet motu rotabili, et terram et abyssos, quae uelut 20 inconstantes motus patiuntur atque inferius adiuncta partem alteram mundo conferunt, sed etiam illa, quae aqua et terra produxit potentialiter atque causaliter, priusquam per temporum moras ita exorerentur, quomodo nobis iam nota sunt in eis operibus, quae deus usque nunc operatur. 25

Quae cum ita sint, hic est liber creaturae caeli et terrae, cum factus est dies, fecit deus caelum et

26 Gen. 2, 4. 5

1 opulentiam *R* 2 quid] quidquid *P* quicquid *R* aut] et *b* 3 ex illo occulto quodam *S* thesauro *E*¹ seminis *E* 4 depromptum *Sbd* ad *E*¹*R* 5 rursus *S* altero] alio *S* 11 utruq; (u *imit. s. l.*) *P* nec ex] *nex* (*corr. m.* 1) *S* 14 post terra *add. esse d* 15 cap. XXVIII *E* 18 cum] et cum *d* facta] creata *S* 20 manent *S* terra *EPb* terra. (e *er.*) *R* abyssus *EPRSb* uelud *S* 21 patiuntur *R* adiuncta *E*¹ 22 quae *om. E*¹ 23 produxer (ef *m. 2 in ras.*) *E* 24 exorerentur *Sbd* 26 quaecum *P*¹ quaecumq; *RP*² sint (i *ex u*) *R*

terram et omne uiride agri, antequam esset super
 terram, et omne fenum agri. antequam exortum est.
 non sic, quomodo facit opere, quo nunc usque operatur per
 pluuiam et hominum agriculturam — ad hoc enim adiunctum
 5 est: non enim pluerat deus super terram nec erat
 homo qui operaretur terram — sed illo modo, quo
 creauit omnia simul senarioque dierum numero consummauit.
 cum diem, quem fecit, eis, quae fecit, sexies praesentauit
 non alternante spatio temporaliter, sed ordinata cognitione
 10 causaliter. a quibus operibus in die septimo requieuit, etiam
 suam requiem eiusdem diei notitiae gaudioque praebere
 dignatus. et ideo non eum in quolibet opere suo, sed in sua
 requie benedixit et sanctificauit. unde nullam ulterius crea-
 turam instituens, sed ea. quae omnia simul fecit, admini-
 15 stratorio actu gubernans et regens sine cessatione operatur,
 simul et requiescens et operans, sicut iam ista tractata sunt.
 quorum operum eius. quae nunc usque operatur, per uolumina
 temporum explicandorum uelut exordium narrandi sumens ait
 scriptura: fons autem ascendebat de terra et inrigabat
 20 omnem faciem terrae. de quo fonte quia diximus, quod
 dicendum putauimus, ea quae sequuntur ab alio consideremus
 exordio.

19 Gen. 2. 6

1 omnia uiride R 2 faenum PR 3 quomodo] quod E¹ 4 agri-
 culturam hominum S 5 nec—terram *repetitum m. 1 del. S* 6 terram
 (ter ex su m. 1) E 7 creauerat S 8 ei S qui b sexiens P
 sex&ies S prestauit E 11 eius P¹ notitiamque S gaudioque
 om. S 12 dignatus (s. l. m. 2 at r) E in pr. om. E¹ 13 sanctificauit
 eum S 14 instituens] constituens S, (m. 2 s. l.) E amministra-
 torio E²R 15 actu] aequibus (ac exp. m. 1) S regens] mouens PRSbd
 operetur E 16 tracta (pr. a ex e) R 17 usque nunc PRSbd
 uolumina] lumina E¹ 18 temporum corporum (corporum in mg. add.) R
 21 eaque R sequuntur EP secuntur SR 22 Explicit liber quintus.
 incipiunt capitula libri sexti fol. 82 E Explicuit liber quintus incipit
 liber sextus aureli Augustini (litt. mai. color.) fol. 130^a P Explicit liber
 quintus Incipit liber VI aureli augustini fol. 113^a R Explicuit liber quintus
 (litt. mai. atr.) Incipit liber sextus (litt. mai. rubr.) pag. 144^b S fol. 44^b C

LIBER SEXTUS.

1. Et finxit deus hominem puluerem de terra et insufflauit in faciem eius flatum uitae. et factus est homo in animam uiuentem. hic primo uidendum est, utrum ista recapitulatio sit, ut nunc dicatur, quomodo factus sit homo, quem sexto illo die factum legimus. an uero tunc quidem, cum fecit omnia simul, in his etiam hominem latenter fecit, sicut fenum terrae antequam esset exortum, ut eo modo et ipse, cum iam esset in secreto quodam naturae aliter factus, sicut illa, quae simul creauit, cum factus esset dies, accessu temporis etiam isto modo fieret. quo in hac perspicua forma uitam gerit, uel male uel bene, sicut fenum, quod factum est, antequam exoreretur super terram, accedente iam tempore et fontis illius inrigatione exortum est, ut esset super terram.

Prius ergo secundum recapitulationem id conemur accipere. fortassis quippe ita homo factus sit in die sexto, sicut dies ipse primitus factus est, sicut firmamentum. sicut terra et mare. neque enim haec dicenda sunt ante in quibusdam primordiis iam facta latuisse ac deinde in hanc faciem, qua mundus exstructus est, accessu temporis tamquam exorta claruisse, sed ab exordio saeculi, cum factus est dies, conditum mundum, in cuius elementis simul sunt condita, quae post accessu temporis orerentur. uel fructa uel animalia quaeque secundum suum genus. nam nec ipsa sidera credendum est in elementis mundi primitus facta atque recondita accessu postea temporis extitisse atque in has enituisse formas, quae

2 Gen. 2, 7

2 Explicuerunt capitula incipit liber sextus feliciter deo gratias fol. 84 E 3 insufflauit E¹ 4 uiuam S 7 fecit om. S latenter hominem bd 8 foenum (o s. l. m. 1) S faenum PRC 10 esset] est PRSbd 12 pspicua S sicuti S foenum S faenum PRC 13 exoriretur SR²Cbd 14 inrigatione E¹ 16 cap. I E 18 ē factus est (ē exp. m. 1) S 19 dicenda sunt haec S 20 ac] hac R deinde (n s. l. m. 1) S hanc (n s. l. m. 1) E 21 exstructus EP 24 orientur SCbd fructa b et Migne 25 genus suum b 27 temporis postea S

caelitus fulgent, sed illo senario perfectionis numero creata simul omnia, cum factus est dies. utrum ergo sic et homo ista iam specie, qua in sua natura uiuit et agit siue bonum siue malum? an et ipse in occulto sicut fenum agri, ante-
 5 quam exortum est. ut hoc ei post esset accessu temporis exoriri, quod de puluere factus est?

2. Accipiamus ergo eum sexto ipso die in hac perspicua uisibilique forma de limo fictum, sed tunc non commemoratum, quod nunc recapitulando insinuatur, et uideamus, utrum
 10 nobiscum ipsa scriptura concordet. sic certe scriptum est, cum adhuc diei sexti opera narrarentur: et dixit deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; et habeat potestatem piscium maris et uolatilium caeli et omnium pecorum et omnis terrae
 15 et omnium reptentium, quae repunt super terram. et fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit eum: masculum et feminam fecit eos. et benedixit eos deus dicens: crescite et multiplicamini et inplete terram et dominamini eius et habete potestatem
 20 piscium maris et uolatilium caeli et omnium pecorum et omnis terrae et omnium reptilium reptentium super terram. iam ergo de limo formatus erat et illi iam soporato mulier ex latere facta erat. sed hoc commemoratum non erat, quod nunc recapitulando commemoratum est. neque enim
 25 sexto die factus est masculus et accessu temporis postea facta femina; sed fecit eum, inquit; masculum et feminam fecit eos et benedixit eos. quomodo ergo iam homine in paradiso constituto mulier ei facta est? an et hoc praetermissum scriptura recoluit? nam sexto illo die etiam paradisus

11 Gen. 1, 26—28

1 perfectionis senario *S* 2 homo *s. l. m.* 1 *S* 3 in *om.* *S* 4 foc-
 num *S* faenum *PRC* 8 fictum (*s. l. m.* 2 *al* fac) *E, PR²* factum *R¹Sb*
 non *om.* *S* 11 narrarentur (*ra s. l. m.* 1) *S* 15 reppunt *R* 17 femi-
 nam *E¹* 18 deus] dominus *E* 19 eis *S* 22 superato *R¹*
 23 facta] iam facta *PRSCbd* hoc] hoc tunc *bd* 26 facta est *S*
 faemina *P* inquit *P* 27 homine* (*m er.*) *P* 28 paradyso *S*

plantatus est et ibi homo conlocatus et soporatus est, ut Eua formaretur; et ea formata euigilauit eique nomen inposuit. sed haec nisi per temporales moras fieri non possent. non itaque ita facta sunt, sicut creata sunt omnia simul.

3. Quantamlibet enim homo cogitet facilitatem, qua deus 5 etiam haec simul cum ceteris fecit, uerba certe hominis nouimus nisi per temporales morulas emitti uoce non posse. cum ergo uerba hominis audimus, uel cum animantibus uel cum mulieri nomen inposuit uel cum secutus etiam dixit: propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem 10 et coniungetur uxori suae; et erunt duo in carne una. quibuslibet syllabis ista sonuerint, nec duae quaecumque in his uerbis syllabae simul sonare potuerunt, quanto minus haec omnia cum his, quae simul creata sunt, simul fieri! ac 15 per hoc aut et illa omnia non simul ab ipso summo exordio saeculorum, sed per moras atque interualla temporum facta sunt diesque ille non spiritali sed corporali substantia primum conditus uel circuitu lucis nescio quomodo uel emissionem et contractionem mane ac uesperam faciebat; aut, si consideratis omnibus, quae superioribus sermonibus pertractata sunt, pro- 20 babilis ratio persuasit illum diem spiritalem sublimiter ac primitus conditum lucem quandam sapientem uocatum esse diem, cuius praesentia per ordinatam cognitionem conditionum rerum in numero senario praeberetur, atque huic sententiae scripturae uerba congruere, quod ait postea: cum factus 25 dies est, fecit deus caelum et terram et omne uiride agri, antequam esset super terram, et omne fenum

10 Gen. 2, 24 25 Gen. 2, 4. 5

1 conlocatus *E*¹ collocatus est *PSbd* collocatus *e..* (st *paene er.*) *R*
 2 inposuit *E*¹*R* 6 simul haec *S* 7 morulas *om. S*¹ 9 sequutus *PRC*
 10 matrem suam *S* 11 coniungitur *PR* duo] ambo *RC*¹*b*
 "una carne *E* 12 sonuerunt *b* 14 his] iis *Rd* cum uoce ac *inc. cap. II E*
 17 substantia *R* 20 pertracta *E* 22 conditam *EPRSCb*
 esse uocatum *S* 23 praesentiam *E* conditionum] cognitioni *b* 26 est dies *PRSD* 27 foenum *S* faenum *PRC*

agri, antequam exoreretur, adtestari etiam, quod alibi scriptum est: qui uiuit in aeternum, creauit omnia simul: non est dubium hoc, quod homo de limo terrae fictus est eique formata uxor ex latere, iam non ad conditionem, qua simul omnia facta sint, pertinere, quibus perfectis requieuit deus, sed ad eam operationem, quae fit iam per uolumina saeculorum, qua usque nunc operatur.

Huc accedit, quod ipsa etiam uerba, quibus narratur, quomodo deus paradisum plantauerit in eoque hominem, quem fecerat, conlocarit ad eumque adduxerit animalia, quibus nomina inponeret, in quibus cum adiutorium simile illi non fuisset inuentum. tunc ei mulierem costa eius detracta formauerit, satis nos admonent haec non ad illam operationem dei pertinere, unde requieuit in die septimo, sed ad istam potius, qua per temporum cursus usque nunc operatur. cum enim paradisus plantaretur, ita narrat: et plantauit deus paradisum in Eden ad orientem et posuit ibi hominem, quem finxerat. et eiecit deus adhuc de terra omne lignum pulchrum ad aspectum et bonum ad escam.

4. Cum ergo dicit: eiecit adhuc de terra omne lignum pulchrum ad aspectum, manifestat utique, quod aliter nunc eiecerit de terra lignum, aliter tunc, cum tertio die produxit terra herbam pabuli seminantem semen secundum suum genus et lignum fructuosum secundum suum genus. hoc est enim: eiecit adhuc, super illud scilicet, quod iam eiecerat: tunc utique potentialiter et causaliter in opere pertinente ad creanda omnia simul, a quibus consummatis in die septimo requieuit,

2 Eccli 18, 1 16 Gen. 2, 8. 9 20 Gen. 2, 9

1 exoriretur *SCbd* adtestari *E*¹ 3 est] est enī (enī *s. l. m.* 1) *R*
 4 fictus] factus *R*¹*Sb* 5 sint *E*¹ sunt *E*²*PR**Sbd* 6 ad *om. S* 7 quā *R*
 operatur huc ac *om. P*¹ 8 accidit *S* 10 conlocauit *E* collocarit *PRd*
 collocauerit *b* 11 inponeret *E*¹ 13 ammonent *E*²*PRC* 14 in *s. l.*
m. 1 *S* 15 quo *S* 16 narrařet *E* 17 aedem *E*¹ eden *S* 18 quam *R*
 19 pulchrum (1 *s. l. m.* 1) *R* et — *uers.* 21 aspectum *om. S* 20 dicit
 ergo *PRCb*^d 21 adspectum (*ubique ads.*) *d* 22 eiecerit *R* 23 pa-
 uuli *E*¹ genus suum *Sd*

nunc autem uisibiliter in opere pertinente ad temporum cursum, sicut usque nunc operatur.

Nisi forte quis dicat non omne ligni genus tertio die creatum. sed dilatatum aliquid, quod sexto crearetur, cum homo factus est atque in paradiso constitutus. sed quae die sexto creata sint, apertissime scriptura declarat, anima uiua scilicet secundum unumquodque genus quadrupedum et reptantium et bestiarum et ipse homo ad imaginem dei masculus et femina. proinde potuit praetermittere, quomodo sit homo factus, quem tamen ipso die factum esse narrauit, ut recapitulando postea, quemadmodum etiam factus fuerit, intimaret, hoc est de terrae puluere, et mulier illi de latere, non tamen aliquod creaturae genus praetermittere, uel in eo, quod dixit deus: fiat, siue: faciamus, uel in eo, quod dicitur: sic est factum, siue: fecit deus. alioquin frustra per singulos dies tam diligenter distincta sunt omnia, si permixtionis dierum potest ulla suspicio residere, ut, cum herba et lignum diei tertio sit adtributum, aliqua ligna etiam sexto die creata esse credamus, quae ipso sexto die scriptura tacuerit.

5. Postremo, quid respondebimus de bestiis agri et uolatilibus caeli, quae adduxit deus ad Adam, ut uideret, quid ea uocaret? quod ita scriptum est: et dixit dominus deus: non bonum est esse hominem solum; faciamus illi adiutorium secundum ipsum. et finxit deus adhuc de terra omnes bestias agri et omnia uolatilia caeli et adduxit illa ad Adam, ut uideret, quid uocabit illa:

22 Gen. 2, 18—22

3 cap. IIII E tercio R 5 paradyso S sexto die PRSCbd
6 sunt bd 7 unumquoque E¹S¹ 8 uestiarum E¹ femina E¹ 10 esse]
ipse (in mg. m. 2 add. al esse) Pb 11 etiam quemadmodum S quem-
ammodum R¹ fuerit factus S 13 pretermittre P 14 dicitur]
dictum est in ras. S et sic b 15 siue] uel b 17 suspitio R die R
18 creata—die in mg. infer. m. 1 add. R 19 que R scribtura E
20 quod S¹ 22 uocauerit S 23 est bonum bd 24 deus om. R
25 celi S 26 uocabit scripsi: uocaret libri; sed cf. τὴ καλέει: ἀνά Tischendorfii et P. de Lagarde Gen. 2, 19 et lib. VIII cap. 1 huius edit. illa] ea S

et omne quodcumque illud uocauit Adam animam uiuam, hoc nomen illius. et uocauit Adam nomina omnibus pecoribus et omnibus uolatilibus caeli et omnibus bestiis agri. Adae autem non est inuentus
 5 adiutor similis ipsi. et iniecit deus mentis alienationem super Adam, et obdormiuit: et sumpsit unam de costis eius et adimpleuit carnem in locum eius. et aedificauit dominus deus costam, quam sumpsit de Adam, in mulierem. si ergo consequenter, cum in pecoribus
 10 et bestiis agri et uolatilibus caeli non esset inuentum adiutorium simile homini, fecit ei deus adiutorium simile de costa lateris eius, hoc autem factum est, cum easdem bestias agri et uolatilia caeli adhuc de terra finxisset et ad illum adduxisset: quomodo sexto die factum hoc potest intellegi,
 15 quandoquidem illo die produxit terra animam uiuam secundum uerbum dei, uolatilia uero quinto die produxerunt aquae similiter secundum uerbum dei? non itaque hic diceretur: et finxit deus adhuc de terra omnes bestias agri et omnia uolatilia caeli, nisi quia iam terra produxerat omnes
 20 bestias agri sexto die et aqua omnia uolatilia caeli quinto die. aliter ergo tunc, id est potentialiter atque causaliter, sicut illi operi competebat, quo creauit omnia simul, a quibus in die septimo requieuit, aliter autem nunc, sicut ea uidemus, quae per temporalia spatia creat, sicut usque nunc operatur.
 25 ac per hoc iam per istos notissimos lucis corporalis dies, qui circuitu solis fiunt. Eua facta est de latere uiri sui. tunc enim deus adhuc finxit de terra bestias et uolatilia, in quibus cum adiutorium simile ipsi Adam non esset inuentum, illa

2 nomen] nomen est *Pbd* (est *er.*) *R* 3 uolatibus *P* 4 inuentus
 (s. l. m. 2 a† a) *E* 5 illi adiutor *SC* adiutor (s. l. m. 2 a† riu) *E*
 similis (s. l. m. 2 a† le) *E* ipsi] illi in *ras R om. SC* 6 sumpsit *E*¹
 sumpsit *RSbd* 7 loco *PRCb* 8 sumpsit *E*¹ sumpsit *RSbd* 10 celi *C*
 11 hominis *S* 13 adduxisset *om. P*¹ 14 quomodo] adhuc quomodo *PCb*
 (adhuc *eras.*) *R* 15 terra produxit *b* 20 aqua] a quo *S* aquae *E*
*om. R*¹ 21 cum aliter *inc. cap. V E* 22 quod *E* 25 ac per]
 ac *p*** (ro *eras.*) *R*

formata est. in talibus ergo diebus etiam ipsum de limo finxit deus.

Neque enim dicendum est masculum quidem sexto die factum, feminam uero posterioribus diebus, cum ipso sexto die apertissime dictum sit: masculum et feminam fecit eos et ⁵ benedixit eos et cetera, quae de ambobus et ad ambos dicuntur. aliter ergo tunc ambo et nunc aliter ambo: tunc scilicet secundum potentiam per uerbum dei tamquam seminaliter mundo inditam, cum creauit omnia simul, a quibus in die septimo requieuit, ex quibus omnia suis quaeque temporibus ¹⁰ iam per saeculorum ordinem fierent, nunc autem secundum operationem praebendam temporibus, qua usque nunc operatur, et oportebat iam suo tempore fieri Adam de limo terrae eiusque mulierem ex uiri latere.

6. In qua distributione operum dei partim ad illos dies ¹⁵ inuisibiles pertinentium, in quibus creauit omnia simul, partim ad istos, in quibus operatur cotidie quicquid ex illis tamquam inuolucris primordialibus in tempore euoluitur. si non inopportune neque absurde scripturae uerba secuti sumus, quae nos ad haec distinguenda duxerunt, cauendum est, ne propter ipsarum ²⁰ rerum aliquanto difficilem perceptionem, quam tardiores adsequi non sufficiunt, putemur aliquid sentire ac dicere, quod scimus nos nec sentire nec dicere. quamquam enim praecedentibus sermonibus, quantum potuerim, lectorem praestruxerim, plures tamen arbitror caligare in his locis et putare ita fuisse prius ²⁵ hominem in illo dei opere quo simul omnia creata sunt, ut aliquam uitam duceret, ut dei locutionem ad se directam,

4 factum — die *in mg. m. 1 R* 7 et *om. b* 12 prebendam *S*
 13 tempore suo *bd* 16 in *om. S* 17 istos] istos appositos *R* dispositos (*in mg. a1 istos*) *P* istos appositos *bd* cottidie *ES* quicquid *RS*
 illos *S* 18 exuolucris (*sup. ex add. s. l. m. 1 in*) *S* uoluitur *EP1S*
 importunae *R* 19 neque] atque *PRbd* scribiturae *EP* sequuti *PR*
 21 perceptionem (*prim. e s. l. m. 1 add. et ae exp.*) *E* adsequi *E1*
 aut si que (*v s. l. s in ras.*) *S* 22 aliquid] aliud *ER* 24 prestruxerim *S*
 perstruxerim (*s. l. m. 2 a1 p*) *E* 26 post quo *add* cuncta *bd* omnia
om. bd 27 et ut dei *b* locutione *S* locutionem *P* directa *S*

cum dixit deus: ecce dedi uobis omne pabulum seminale, discerneret, crederet, intellegeret. nouerit ergo, qui hoc putat, non hoc me sensisse neque dixisse.

Sed rursus, si dixerō non ita fuisse hominem in illa prima rerum conditione, qua creauit deus omnia simul, sicuti est non tantum perfectae aetatis homo, sed ne infans quidem, nec tantum infans, sed ne puerperium quidem in utero matris, nec tantum hoc, sed ne semen quidem uisibile hominis, putabit omnino non fuisse. redeat ergo ad scripturam, inueniet sexto die hominem factum ad imaginem dei, factos autem masculum et feminam. item quaerat, quando facta sit femina, inueniet extra illos sex dies; tunc enim facta est, quando deus de terra finxit adhuc bestias agri et uolatilia caeli, non quando uolatilia produxerunt aquae et animam uiuam, in qua et bestiae sunt, produxit terra. tunc autem factus est homo et masculus et femina: ergo et tunc et postea. neque enim tunc et non postea aut uero postea et non tunc; nec alii postea, sed idem ipsi aliter tunc, aliter postea. quaeret ex me: quomodo postea? respondebo: uisibiliter, sicut species humanae constitutionis nota nobis est, non tamen parentibus generantibus, sed ille de limo, illa de costa eius. quaeret: tunc quomodo? respondebo: inuisibiliter, potentialiter, causaliter, quomodo fiunt futura non facta.

Hic forte non intellet. subtrahuntur enim ei cuncta, quae nouit, usque ad ipsam seminum corpulentiam. neque enim

1 Gen. 1, 29

1 paulum *E*¹ seminalē *R* 3 neque] atque *S* 4 si *s. l. m.* 1 *R*
 ita non *S* 5 secuti *S*¹ 6 non *s. l. m.* 1 *S* etatis *R* 8 nec (*c*
s. l. m. 1) *S* ne] nec *PRbd* putauit *EPRS* 9 *cap. VI E*
 10 factos *R*² 11 quando] quomodo *R*¹ 14 et *ante* bestiae *om. b*
 15 produxit *E*¹ productę *E*² de terra (*de add. m. saec. XII E*
et] ut *b* 16 enim *s. l. m.* 1 *S* 18 iidem *d* quomodo postea]
 quomodo *PRsbd* 19 uisibiliter] postea uisibiliter *PRsbd* 22 *post*
 quomodo *sequuntur uerba u.* 19 postea uisibiliter *sqg. usque ad* respon-
 debo, *nisi quod pro* constitutionis *redditur* conditionis, *in cod. S*
 24 intellegit *S* 25 nouerat *b* ipsa *PR*

uel tale aliquid homo iam erat. cum in prima illa sex dierum
 conditione factus erat. datur quidem de seminibus ad hanc
 rem nonnulla similitudo propter illa, quae in eis futura con-
 sersa sunt; uerum tamen ante omnia uisibilia semina sunt
 illae causae. sed non intellegit. quid ergo faciam, nisi, quan- 5
 tum possum, salubriter moneam, ut scripturae dei credat et
 tunc factum hominem, quando deus, cum factus est dies,
 fecit caelum et terram, de quo alibi scriptura dicit: qui uiuit
 in aeternum, creauit omnia simul, et tunc, quando iam
 non simul sed suis quaeque temporibus creans finxit eum de 10
 limo terrae et ex eius osse mulierem? nam nec isto modo eos
 illo sexto die factos nec tamen eos illo sexto die non factos
 intellegere scriptura permittit.

7. Forte ergo animae eorum sexto illo die factae erant, ubi
 et ipsa imago dei recte intellegitur in spiritu mentis eorum, 15
 ut postea corpora formarentur? sed neque hoc credere scrip-
 tura eadem permittit. primo propter illam operum consum-
 mationem — quae non uideo quomodo possit intellegi, si defuit
 aliquid tunc non causaliter conditum, quod postea uisibiliter
 conderetur — deinde quia sexus ipse masculi et feminae nisi in 20
 corporibus esse non potest. quod si quisquam secundum
 intellectum et actionem tamquam utrumque sexum in una
 anima accipiendum putauerit. quid faciet de his, quae ad
 escam deus ipso die dedit de lignorum fructibus, quae nisi
 homini habenti corpus non utique congrua est? nam si et 25
 hanc escam figurate quisquam accipere uoluerit. recedet a pro-
 prietate rerum gestarum, quae primitus in huiusmodi narra-
 tionibus omni obseruatione fundanda est.

8 Eccli. 18, 1

3 consersa] conseruata *S* 5 ille *S* intelleg& *S* quā tā *P*
 6 scribtura *E* 7 hominem factum *b* 11 nam] cū *b* 12 illo. (s *eras.*) *E*
 eos s. l. m. 1 *R* illos *E* 13 permittit (i *fn. ex a*) *R* permittat *Pb*
 14 cap. VIII *E* die illo *bd* diae *P* erant *E*¹, (e *ex f*) *P*
 15 recte *R* 16 conformarentur *b* eadem scriptura *PRsbd* 17 primiti *b*
 24 dedit die *b* 25 si et] etsi *b* 26 figuratae *ER* accipere
 quisquam *bd* 28 fuudata *b*

8. Quomodo, inquit, ergo loquebatur eis, qui nondum audiebant nec intellegebant, quia nec erant, qui uerba perciperent? possem respondere sic eos adlocutum deum, quemadmodum Christus nos nondum natos et tam longe post futuros, nec tantum nos, sed etiam eos omnes, qui futuri sunt post nos. omnibus enim dicebat, quos suos futuros uidebat: ecce ego uobiscum sum usque in consummationem saeculi; sicut deo notus erat propheta, cui dixit: priusquam te formare in utero, noui te, sicut decimatus est Leui, cum esset in lumbis Abraham. cur enim non ita et ipse Abraham in Adam et ipse Adam in primis operibus mundi, quae deus creauit omnia simul? sed uerba domini per os carnis eius et uerba dei per ora prophetarum temporali corporis uoce proferuntur et omnibus syllabis suis congruas temporum moras sumunt atque consumunt; cum uero deus dicebat: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; et habeat potestatem piscium maris et uolatilium caeli et omnium pecorum et omnis terrae et omnium reptantium, quae repunt super terram, et: crescite et multiplicamini et replete terram et dominamini eius et habete potestatem piscium maris et uolatilium caeli et omnium pecorum et omnis terrae et omnium reptantium, quae repunt super terram, et: ecce dedi uobis omne pabulum seminale seminans semen, quod est super omnem terram, et omne lignum fructiferum, quod habet in se fructum

6 Matth. 28, 20 8 Hier. 1, 5 10 cf. Hebr. 7, 9. 10 16 Gen. 1, 26—29

1 ergo loquebatur inquit *PRsbd* inquit *E*¹ 3 eos] illos *b* allo-
 quutum *PR* quemadmodum *EPR*¹ 4 et tam] etiam *PRsbd*
^{poet}
 isty (*corr. m. 1*) *S* 6 dicebant (*n exp. m. 1*) *P* futuros suos *S*
 7 in] ad *S* 8 profeta *E* propheta *R* 9 formare *E*¹ 10 abraę *b*
 13 ora] os *E*¹ ora. (*m eras. (?)*) *P* 15 uero (*s. l. m. 2 al* ergo) *E*
 19 reptantium] reptilium *PRd* repunt *R* 20 et crescite — 24 terram
 om. *b* 24 paululum *E*¹ 25 semens *E*

seminis seminalis, quod erit uobis ad escam, ipse sermo eius ante omnem aeris sonum, ante omnem carnis et nubis uocem in illa eius summa sapientia, per quam facta sunt omnia, non quasi humanis auribus instrepebat, sed rebus factis rerum faciendarum causas inserebat et omnipotenti 5 potentia futura faciebat hominemque suo tempore formandum in temporum tamquam semine uel tamquam radice condebat, quando condebat, unde inciperent saecula ab illo condita, qui est ante saecula. creaturae quippe aliae creaturas alias quaedam tempore, quaedam causis praecedunt; ille autem omnia, 10 quae fecit, non solum excellentia, qua etiam causarum effector est, uerum etiam aeternitate praecedit. sed de hoc opportunioribus deinde scripturarum locis fortassis plenius disserendum est.

9. Nunc de homine quod coeptum est terminetur ea mode- 15 ratione seruata, ut in profundo scripturae sensu magis praestemus diligentiam requirendi quam adfirmandi temeritatem. quia enim nouerat Hieremiam deus, priusquam eum formaret in utero, dubitare fas non est; apertissime quippe dicit: priusquam te formarem in utero, noui te. ubi 20 autem illum nosset, antequam ita formasset, etsi nostrae infirmitati adsequi uel difficile uel impossibile est—utrum in aliquibus propinquieribus causis, sicut Leui in lumbis Abrahae decimatus est, an in ipso Adam, in quo genus humanum tamquam radicaliter institutum est; et in eo ipso utrum iam 25 cum de limo formatus esset, an causaliter in his operibus

20 Hier. 1, 5

1 seminalis *in mg. m.* 1 *R* 2 aeris—omnem *om. S* 3 summa eius *PRSbd* qua *E*¹ 4 instraepebat *E* 5 inferebat *S*¹ 6 hominem quae *R* 7 radicem *E* 8 quando] Unde *R* quando condebat *om. EP*¹*S* unde] omne unde *b* 9 post saecula *inc. cap. VIII E* 10 autem] autem etiam *E* 11 quae *P*¹ 12 etiam *om. b* praecedit] praecellit *b* opportunioribus *Pbd* 15 ceptum *E* coeptum (*o s. l. m.* 1) *S* 17 prestemus *E* adfirmandi *E*¹ 18 deus] dñs *S* 21 antequam *P*¹ antequam illum (*illum exp. m.* 1) *S* 22 adsequi *E*¹ 24 humanum genus *b* humanum] hominum *S* 26 post an *add. cum bd*

factus, quae creauit omnia simul; an uero ante omnem potius creaturam, sicut elegit et praedestinauit sanctos suos ante mundi constitutionem; an potius in omnibus praecedentibus causis, siue quas commemorauit siue quas non commemorauit, 5 priusquam in utero formaretur —: non arbitror scrupulosius quaeri oportere, dummodo Hieremiam constet ex quo est in hac luce a parentibus editus ex illo egisse uitam propriam, qua grandescens aetatis accessu posset uiuere seu male seu bene, antea uero nullo modo, non solum priusquam in utero 10 formaretur, sed nec iam ibi formatus, antequam natus. neque enim habet ullam cunctationem apostolica illa sententia de geminis in utero Rebeckae nondum agentibus aliquid boni aut mali.

Nec tamen frustra scriptum est nec infantem mundum esse 15 a peccato, cuius est unius diei uita super terram, et illud in psalmo: ego in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis mater mea me in utero aluit, ed quod in Adam omnes moriuntur, in quo omnes peccauerunt. nunc autem liquido teneamus, quaelibet parentum merita traiciantur in 20 prolem, quaecumque gratia dei, antequam nascatur, quemque sanctificet, nec iniquitatem esse apud deum nec boni maliue agere quemquam, quod ad propriam personam pertineat, antequam natus est, illamque sententiam, qua nonnulli putant alibi peccasse magis minusque animas et pro diuersorum 25 meritis peccatorum in diuersa corpora esse detrusas, apostolicae non conuenire sententiae, cum apertissime dictum sit nihil egisse nondum natos siue boni siue mali.

2 cf. Ephes. 1, 4 12 cf. Rom. 9, 11 15 cf. Iob. 14. 5 16 Ps. 50, 7 17 cf. Rom. 5, 12

2 praedestinauit *PRS* 4 *in fine* siue—commemorauit *om.* *S*¹ 5 scripulosius *E*¹*PR* 7 aeditus (a *exp. m.* 1) *S* 8 aetatis *P* seu] siue (*bis*) *bd* seu bene seu male *S* 9 ante *b* 11 illa apostolica *b* 12 rebeckae utero *PR**Sbd* 17 in utero mater mea me aluit *S* 20 prole *E*¹ quemque] quaeque *E*¹ 22 pertineant *S* 25 detrusas (*s m. 1 exp.*) *S* 26 apertissimae *R* 27 siue—siue] seu—seu *PR**Sbd*

Ac per hoc alia quaestio est suo loco retractanda, quid de peccato primorum parentum, qui duo soli fuerunt, generis humani contraxerit uniuersa conspersio; nihil tamen talium mrcitorum habere potuisse hominem, antequam de terrae puluere fictus esset, antequam suo tempore uiueret, nulla 5 quaestio est. sicut enim Esau et Iacob, quos nondum natos dixit apostolus nihil egisse boni uel mali, non possemus dicere traxisse aliquid meriti de parentibus, si nec ipsi parentes egissent aliquid boni aut mali, nec genus humanum peccasse in Adam, si ipse non peccasset Adam — non autem peccasset 10 Adam, nisi iam suo tempore uiueret, quo posset uiuere siue bene siue male —: ita frustra peccatum eius seu recte factum requiritur, cum adhuc in rebus simul creatis causaliter conditus nec uita propria iam uiuebat nec in parentibus erat sic uiuentibus. in illa enim prima conditione mundi, cum 15 deus creauit omnia simul, homo factus est, qui esset futurus — ratio creandi hominis, non actio creati.

10. Sed haec aliter in uerbo dei, ubi ista non facta, sed aeterna sunt, aliter in elementis mundi, ubi omnia simul facta futura sunt, aliter in rebus, quae secundum causas simul 20 creatas non iam simul, sed suo quaeque tempore creantur: in quibus Adam iam formatus ex limo et dei flatu animatus, sicut fenum exortum, aliter in seminibus, in quibus rursus quasi primordiales causae repetuntur de rebus ductae, quae secundum causas, quas primum condidit, extiterunt, uelut 25

6 cf. Rom. 9, 11

1 alia] aliqua *Rd* 3 cons parsio (*sic disting.*) *R* conspersio *b* talium *s. l. m.* 1 *R* 5 fictus (*n exp. m.* 1) *S* finctus *PRbd* 6 nondam *E*¹ 7 uel] aut *PRSBd* possumus *b* possemus (*sup. e m. 1 pos. i*) *P* 12 rectae *R* 13 requiretur *S* 14 sic uiuentibus erat *PRSBd* 15 cum uoce in *inc. cap. X E et Eug. Excerpta* (*ed Knöll p. 225, 21—235, 11*) enim *om. Eug. (ed. Knöll. p. 225, 21)* condicione *Eug.* 16 creauit omnia, simul homo *sqg. Eug. Knöll 225, 21* omnia simul creauit *bd* 17 non] nota non (*nota exp. m. 1*) *S* 19 cum aliter *inc. cap. XI E* 21 creatis *S*¹ quoque *EPR*^{1b} 23 faenum *PRSEug.* 25 extiterant *Pb*

herba ex terra, semen ex herba. in quibus omnibus ea iam facta modos et actus sui temporis acceperunt, quae ex occultis atque inuisibilibus rationibus, quae in creatura causaliter latent, in manifestas formas naturasque prodierunt, sicut herba
 5 exorta super terram et homo factus in animam uiuam et cetera huius modi, siue fructa siue animantia ad illam operationem dei pertinentia, qua usque nunc operatur. sed etiam ista secum gerunt tamquam iterum se ipsa inuisibiliter in occulta quadam ui generandi, quam extraxerunt de illis prim-
 10 ordiis causarum suarum, in quibus creato mundo, cum factus est dies, antequam in manifestam speciem sui generis exorerentur, inserta sunt.

11. Si enim prima illa opera dei, cum simul omnia creauit, in suo modo perfecta non essent, ea procul dubio post ad-
 15 derentur, quae illis perficiendis defuissent, ut quaedam uni- uersitatis perfectio ex utriusque constaret singulis quasi semis, uelut alicuius totius partes essent, quarum coniunctione ipsum totum, cuius partes fuerant, conpleretur. rursus, si ita essent illa perfecta, sicut perficiuntur, cum suis quaeque temporibus
 20 in manifestas formas actusque procreantur, profecto aut nihil ex eis post ea tempora fieret aut hoc fieret, quod ex istis, quae suo quaeque iam tempore oriuntur, deus non cessat operari. nunc autem, quia et consummata quodam modo et quodam modo inchoata sunt ea ipsa, quae consequentibus
 25 euoluenda temporibus primitus deus simul omnia creauit, cum faceret mundum — consummata quidem, quia nihil

1 erba (bis) S 2 modus b et (t ex x m. 1) E *occultis P
 3 atque s. l. m. 1 S 4 erba E¹S 6 fructa b 7 qua E Eug.: quae PRSbd
 nunc usque S 9 traxerunt Eug. 11 manifestam (m exp. m. 1) S
 speciē S¹ 12 exorerentur RSbd 13 illa prima R 15 in illis (in s.
 l. m. 2) R quedam R 16 ex om. Eug. utriusque E utris-
 que PRSbd seminis E 17 coniunctionem (m exp. m. 1) S 18 fuerunt E
 ista S¹ 19 suis in mg. add. P 20 creantur PRb nihil (1 s. l. m.
 1) P 21 post ea scripsi: postea lib. tempora] per tempora PRSbd Eug.
 23 cum nunc inc. cap. XII E et] iam et Sbd et quodam modo
 in mg. add. P om. R¹ 24 inchoata PR 25 omnia simul PRbd
 26 quia] quoniam b

habent illa in naturis propriis, quibus suorum temporum cursus agunt, quod non in istis causaliter factum sit, inchoata uero, quoniam quaedam erant quasi semina futurorum per saeculi tractum ex occulto in manifestum locis congruis exerenda — ipsius etiam scripturae uerba satis ad hoc ad-
monendum insigniter uigent, si quis in eis euigilet. nam et consummata ea dicit et inchoata; nisi enim consummata essent, non scriptum esset: et consummata sunt caelum et terra et omnis compositio eorum. et consummauit deus in die sexto opera sua, quae fecit. et benedixit deus diem septimum et sanctificauit eum; rursusque, nisi inchoata essent. non ita sequeretur, quia in illa die requieuit ab omnibus operibus suis, quae inchoauit deus facere.

Hic igitur si quis inquirat, quomodo consummauit et quomodo inchoauit — neque enim alia consummauit, alia inchoauit, sed eadem ipsa utique, a quibus in die septimo requieuit — ex his. quae supra diximus, clarum est. consummasse quippe ista intellegimus deum. cum creauit omnia simul ita perfecte, ut nihil ei adhuc in ordine temporum creandum esset, quod non hic ab eo iam in ordine causarum creatum esset, inchoasse autem, ut, quod hic praefixerat causis, post inpleret effectis. proinde formaui deus hominem puluerem terrae, uel limum terrae — hoc est de puluere uel limo terrae —

8 Gen. 2, 1—3 23 Gen. 2, 7

2 cursibus (bu s. l. m. 1) S in s. l. m. 1 S caussaliter P
3 per quaedam ^{per} Eug. quae quaedam (corr. m. 1) S 5 exserenda PRd
exercenda Sb ammonendum EPR 8 scribunt E consummata E
9 terram E compositio] consummatio Eug. eorum] illorum
PRbd Eug. 10 post fecit sequitur: et requieuit deus in die septimo
ab omnibus operibus suis, quae fecit, in bd benedit P¹ 12 inchoata E
sequere-tur (n er.) R in om. PRbd 13 que P 15 cap.
XIII E consummauit E 16 consummauit E 18 his] iis bd
19 perfectae R 21 in s. l. m. 1 E ordinē b 22 inchoasset d
praedixerat E¹; sed cf. 192, 18 causis post (sis post in ras.) S
23 a uoce proinde cap. XIII E 24 limo] de limo S

et inspirauit sine sufflauit in eius faciem spiritum uitae, et factus est homo in animam uiuam, non tunc praedestinatus — hoc enim ante saeculum in praescientia creatoris — neque tunc causaliter uel consummate inchoatus uel inchoate consummatus — hoc enim a saeculo in rationibus primordialibus, cum simul omnia crearentur — sed creatus in tempore suo uisibiliter in corpore, inuisibiliter in anima, constans ex anima et corpore.

12. Iam ergo uideamus, quomodo eum fecerit deus, primum de terra corpus eius, post etiam de anima uidebimus, si quid ualebimus. quod enim manibus corporalibus deus de limo finxerit hominem, nimium puerilis cogitatio est, ita ut, si hoc scriptura dixisset, magis eum, qui scripsit, translato uerbo usum credere deberemus, quam deum talibus membrorum liniamentis determinatum. qualia uidemus in corporibus nostris. dictum est enim: manus tua gentes disperdidit, et: eduxisti populum tuum in manu forti et brachio excelso. sed pro potestate et uirtute dei positum huius membri nomen quis usque adeo desipit, ut non intellegat?

20 Nec illud audiendum est, quod nonnulli putant, ideo praecipuum dei opus esse hominem, quia „cetera dixit, et facta sunt“. hunc autem ipse fecit, sed ideo potius, quia hunc ad imaginem suam fecit. nam illa, quae dixit et facta sunt, ideo sic scriptum est, quia per uerbum eius facta sunt, sicut per hominem hominibus dici potuit uerbis, quae temporaliter cogitantur et uoce proferuntur. non sic autem loquitur deus, nisi cum per creaturam corporalem loquitur. sicut Abrahae. sicut Moysi. sicut per nubem de filio suo. ante omnem uero creaturam, ut esset ipsa

16 Ps. 43, 3 17 Ps. 135, 11. 12 23 cf. Ps. 148, 5

1 sufflauit *EP* insufflauit *Sd Eug.* 2 praedestinatus *S* 3 saecula *S* praescientia (ci s. l. m. 1) *S* prescientia *P* 4 consummatae *E¹S* 5 inchoatae *ES* consummatus *E* 9 eum] cum eum *E* formauerit *S* 10 uideuimus *E¹* uidemus *S¹* 11 ualeuimus *E¹* 14 talium *Eug.* (ed. Knöll 228, 12) 15 lineamentis *d* 17 brachio *Eug.* 20 cap. *XV E* precipuum *S* 24 sic *om. S* 27 corporalem creaturam *bd* mosi *P* 23 uero omnem *PRbd*

creatura, eo uerbo dictum est, quod in principio erat deus apud deum; et quia omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil, utique et homo per ipsum factus est. certe enim caelum uerbo fecit, quia dixit et factum est; scriptum est tamen: et opera manuum tuarum sunt caeli. et de hoc imo quasi ⁵ fundo mundi scriptum est: quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam terram manus eius finxerunt. non igitur hoc in honorem hominis deputetur, uelut cetera deus dixerit, et facta sint, hunc autem ipse fecerit, aut uerbo cetera, hunc autem manibus fecerit. sed hoc excellit ¹⁰ in homine, quia deus hominem ad imaginem suam fecit propter hoc, quod ei dedit mentem intellectualem, qua praestat pecoribus: unde iam superiore loco disseruimus. in quo honore positus, si non intellexerit, ut bene agat, eisdem ipsis pecoribus, quibus praelatus est, comparabitur. sic enim et ¹⁵ scriptum est: homo in honore positus non intellexit; comparatus est pecoribus insensatis et similis factus est eis. nam et pecora deus fecit, sed non ad imaginem suam.

Nec dicendum est: „hominem ipse fecit, pecora uero iussit, et facta sunt“; et hunc enim et illa per uerbum suum fecit, ²⁰ per quod facta sunt omnia. sed quia idem uerbum et sapientia et uirtus eius est, dicitur et manus eius non uisibile membrum, sed efficiendi potentia. nam haec eadem scriptura, quae dicit, quod deus hominem de limo terrae finxerit. dicit etiam, quod et bestias agri de terra finxerit. quando eas cum uola- ²⁵

1 cf. Ioh. 1, 1. 3 4 Ps. 101, 26 6 Ps. 94, 5 16 Ps. 48, 13
21 cf. Ioh. 1, 3

1 aput *E¹P* 5 manum *P* imo] uno *b* quasi] tamquam *S*
6 scribitum *E¹* 7 arida *S* terram *om.* *PRsbd* eius *om.* *S*
8 honorē hō pōrem (*exp. m. 1*) *P* honore. (*m. er.*) *R* uelud *R* 9 sunt *b*
11 ad imaginem suam hominem *bd* 12 hoc *om.* *S* praestat *E*
praestat (*aestat in ras. et in mg. add. m. 2 id est excellit*) *R* 15 enim
et] etenim *d* enim *R¹b* 17 est *s. l. m. 1 R* 19 iussit (*in mg. at*
dixit) *b* 21 *cap. XVI E* 22 membrum (*in mg. at uerbum*) *b*
23 faciendi *b* haec] et *b om. Eug.* 25 et *s. l. m. 2 E om. PRsbd*
uestias *E¹*

tilibus caeli adduxit ad Adam, ut uideret, quid ea uocaret. sic enim scriptum est: et finxit deus adhuc de terra omnes bestias. si ergo et hominem de terra et bestias de terra ipse formauit, quid habet homo excellentius in hac re, nisi quod ipse ad imaginem dei creatus est? nec tamen hoc secundum corpus, sed secundum intellectum mentis, de quo post loquemur. quamquam et in ipso corpore habeat quandam proprietatem, quae hoc indicet, quod erecta statura factus est, ut hoc ipso admoneretur non sibi terrena esse sectanda, uelut pecora, quorum uoluptas omnis ex terra est: unde in aluum cuncta prona atque prostrata sunt. congruit ergo et corpus eius animae rationali non secundum liniamenta figurisque membrorum, sed potius secundum id, quod in caelum erectum est ad intuenda, quae in corpore ipsius mundi superna sunt; sicut anima rationalis in ea debet eregi, quae in spiritualibus natura maxime excellunt, ut quae sursum sunt sapiat, non quae sunt super terram.

13. Sed quomodo eum fecit deus de limo terrae? utrum repente in aetate perfecta, hoc est uirili atque iuuenali, an sicut nunc usque format in uteris matrum? neque enim alius haec fecit quam ille, qui dixit: priusquam te formarem in utero, noui te, ut illud tantum proprium habuerit Adam, quod non ex parentibus natus est, sed factus ex terra, eo tamen modo, ut in hoc perficiendo et per aetates augendo hi temporum numeri complerentur, quos naturae humani generis

2 Gen. 1, 25 16 cf. Col. 3, 2 21 Hier. 1, 5

1 ad Adam adduxit *bd* 3 si] sic *S* ergo] enim *b* 6 corpus sed secundum in *om.* *P*¹ 7 loquimur *S* loquamur *b* cap. XVII *E* 9 amoneretur *P* ammoneretur *E*²*R* 10 uoluptas (m. er.) *R* tera *E*¹ 11 album *E*¹ cuncta] cuncta *P*¹ cuncta pecora *b* prostata *R*¹ congruit (i. ex e. m. 1) *S* 12 eiusdem *b* lineamenta *d* 14 erectus *S* erectum (e. *init.* s. l. m. 1) *E* 16 naturā *S* maximae *R* utq; *R* sursum (s. *init.* ex r. m. 1) *E* sapiant *E* sapiant *S* 17 sunt *exp.* m. 1 *S* *om.* *bd* *Eug.* 18 fecit eum *bd* 19 iuuenili *bd* 21 facit *E*²*PRSbd* 23 factus est *E* 24 in *om.* *Eug.* proficiendo *E*²*P* hi* (i. er.) *R* 25 auerentur (s. l. m. 2 *add.* a] cōplerentur) *E*

adtributos uidemus. an potius hoc non est requirendum? utrumlibet enim fecerit, hoc fecit, quod deum et omnipotentem et sapientem posse ac facere congruebat. ita enim certas temporum leges generibus qualitatibusque rerum in manifestum ex abdito producendis adtribuit, ut eius uoluntas sit super omnia. potentia quippe sua numeros creaturae dedit, non ipsam potentiam eisdem numeris adligauit. nam spiritus eius ita faciendo mundo superferebatur, ut et facto superferatur, non corporalibus locis, sed excellentia potestatis.

Quis enim nescit aquam concretam terrae, cum ad radices uitis uenerit, duci in saginam ligni illius atque in eo sumere qualitatem, qua in uuam procedat paulatim erumpentem atque in ea grandescente uinum fiat maturumque dulcescat, quod adhuc feruescat expressum et quadam uetustate firmatum ad usum bibendi utilius iucundiusque perueniat? num ideo dominus lignum quaesiuit aut terram aut has temporum moras, cum aquam miro compendio conuertit in uinum, et tale uinum, quod etiam ebrius conuiuia laudaret? numquid adiutorio temporis eguit conditor temporis? nonne certis dierum numeris suo cuique generi adcommo-dat^{is} omnis natura serpentum coalescit, formatur, nascitur, roboratur? num expectati sunt hi dies, ut in draconem uirga conuerteretur de manu Moysi et Aaron? nec ista cum fiunt, contra naturam fiunt, nisi nobis, quibus aliter naturae cursus innotuit, non autem deo, cui hoc est natura, quod fecerit.

7 cf. Gen. 1, 2 17 cf. Ioh. 2, 9. 10 22 cf. Exod. 7, 10

1 adtributos *E*¹ non om. *E*¹: s. l. add. m. 2 al nō ē 3 ac] et *Eug.* hac *R* cap. XVIII *E* certas *S*¹ 4 qualitatibus quae *R* 5 adtribuit *E*¹ 7 adligauit *E*¹ 8 ut—superferatur s. l. m. 1 *S* 10 nesciat *S* concretam *E*¹ 11 sagina *Eug.* (*Knöll* 231, 4) 12 qua (a in ras.) *R* 13 grandescens *E* naturam qui *R* 14 expraessum *R* 15 uiuendi *E*¹ iucundiusque *PR*²*S*^b proueniat *E*² *Eug.* ideo] quid *S* 17 aquas *S* compendio *E*²*bd* 18 ebrins etiam *PR*²*bd* *Eug.* conbiba *E*¹ 19 certis (i ex e m. 1) *R* 20 genera *R* accomo-dat^{is} *E*²*PR*^b 21 serpentium *Pbd* roboratur ex probatur m. 1 *S* 22 hii *E*²*P*² hi- *R* drachonem *E* drachonē *P* 23 mosi *P* 25 fecit *R*¹

14. Quaeri autem merito potest, causales illae rationes, quas mundo indidit, cum primum simul omnia creauit. quomodo sint institutae: utrum ut, quemadmodum uidemus cuncta nascentia uel fruticum uel animalium, in suis conformationibus atque incrementis sua pro diuersitate generum diuersa spatia peragerent temporum, an ut, quemadmodum creditur factus Adam. sine ullo progressu incrementorum uirili aetate continuo formarentur. sed cur non utrumque illas credimus habuisse, ut hoc ex eis futurum esset, quod facturo placuisset? si enim illo modo dixerimus, incipit contra ipsas factum uideri non solum etiam illud de aqua uinum, sed et omnia miracula, quae contra naturae usitatum cursum fiunt; si autem isto modo, multo erit absurdus istas ipsas cotidianas naturae formas et species contra illas primarias omnium nascentium causales rationes suorum temporum peragere spatia. restat ergo, ut ad utrumque modum habiles creatae sint, siue ad istum, quo usitatissime temporalia transcurrunt, siue ad illum, quo rara et mirabilia fiunt, sicut deo facere placuerit, quod tempori congruat.

15. Uerum tamen sic factus est homo, quemadmodum illae primae causae habebant, ut fieret primus homo, quem non ex parentibus nasci, qui nulli praecesserant, sed de limo formari oportebat secundum causalem rationem, in qua primitus factus erat. nam si aliter factus est, non eum deus in illorum sex dierum operibus fecerat. in quibus cum dicitur factus, ipsam causam utique fecerat deus, qua erat suo tempore homo futurus et secundum quam fuerat ab illo faciendus, qui simul et consummauerat inchoata propter perfectionem

1 cap. XVIII E ille R 3 quemammodum PR 4 fruticum R
 6 peragerent (a sup. e m. 1) S quemammodum EPR¹S 8 forma-
 retur EP conformarentur bd 9 hã habuisse (ha exp. m. 2) P
 facturo] factori bd 10 inquit E¹ incipiet Rbd 11 et s. l. m. 1 S
 13 multum b ipsas istas bd cottidianas E 16 auiles E¹ abiles S¹
 creature (in mg at create) b 17 istud (corr. m. 1) S usitatissimae R
 18 facere] placere E¹ 20 quemammodum EPR 28 consummauerat E
 consummauerat has perspicuas species producens inchoata sqq. b

causalium rationum et inchoauerat consummanda propter ordinem
 temporum. si ergo in illis primis rerum causis, quas mundo
 primitus creator inseruit, non tantum posuit, quod de limo
 formaturus erat hominem, sed etiam quemadmodum formaturus.
 utrum sicut in matris utero, an in forma iuuenali, procul
 dubio sic fecit, ut illic praefixerat; neque enim contra dis-
 positionem suam faceret. si autem uim tantum ibi posuit
 possibilitatis, ut homo fieret, quoquo modo fieret, ut et sic
 et sic posset, id est, ut id quoque ibi esset. quia et sic et
 sic posset, unum autem ipsum modum, quo erat facturus,
 in sua uoluntate seruauit, non mundi constitutioni contexit,
 manifestum est etiam sic non factum esse hominem contra
 quam erat in illa prima conditione causarum, quia ibi erat
 etiam sic fieri posse, quamuis non ibi erat ita fieri necesse
 esse. hoc enim non erat in conditione creaturae, sed in placito
 creatoris, cuius uoluntas rerum est necessitas.

16. Nam et nos pro captu infirmitatis humanae iam in
 ipsis rebus tempore exortis possumus nosse, quid in cuiusque
 natura sit, quod experimento perceperimus; sed utrum etiam
 futurum sit ignoramus. est quippe in natura huius, uerbi
 gratia, iuuenis, ut senescat; sed utrum etiam hoc sit in dei
 uoluntate, nescimus. sed nec in natura esset, nisi in dei
 uoluntate prius fuisset, qui condidit omnia. et utique occulta
 ratio est senectutis in corpore iuuenali uel iuuentutis in cor-
 pore puerili; neque enim oculis cernitur, sicut ipsa in puero
 pueritia, sicut iuuentus in iuene, sed alia quadam notitia

1 inchoauerat rationes causales fiendorum mundo imprimens consum-
 manda *sqg. b* consummanda *E* 2 primitus *E* mundo (n s. l.
 m. 1) *R* 4 quemadmodum *EPR* formaturos *S* 5 iuuenili *bd*
 7 fecerat *Eug.* (*Knöll 232, 27*) a uoce si incip. cap. XX *E* 8 ut
 et] ut *S* 9 *alt.* id] ideo *b* prius et om. *b* 11 constitutione *PR* consti-
 tutionē *b* 12 etiam] enim *Eug.* (*ed. Knöll 233, 3*) 13 quam] quod *b*
 14 etiā s. l. m. 2 *P* 16 est rerum necessitas *S* rerum necessitas
 est *PRbd* 18 noscere *b* 19 quod] quam *b* 21 post senescat *addita*
sunt uerba *uers.* 19 sed utrum—senescat m. 2 *in mg.* *R* hoc sit
 etiam *PRS* hoc etiam sit *bd* 24 iuuenili *bd* iuuentatis *Eug.*
 26 iuuentas *Eug.*

conligitur inesse in natura quiddam latens, quo educantur in promptu numeri occulti uel iuuentutis a pueritia uel senectutis a iuuentute. occulta est ergo ista ratio, qua fit, ut hoc esse possit, sed oculis; menti autem non est occulta. utrum autem hoc etiam necesse sit, omni modo nescimus. et illam quidem, qua fit, ut esse possit, esse in natura ipsius corporis nouimus; illam uero, qua fit, ut necesse sit, manifestum est illic non esse.

17. Sed fortassis in mundo est, ut necesse sit istum hominem senescere; si autem nec in mundo est, in deo est. hoc enim necessario futurum est, quod ille uult, et ea uere futura sunt. quae ille praesciuit; nam multa secundum inferiores causas futura sunt. sed si ita sunt et in praescientia dei, uere futura sunt; si autem ibi aliter sunt, ita potius futura sunt, sicut ibi sunt, ubi qui praescit falli non potest. nam futura dicitur senectus in iuene, sed tamen futura non est, si ante moriturus est. hoc autem ita erit, sicut se habent aliae causae siue mundo contextae siue in dei praescientia reseruatae; nam secundum quasdam causarum futurorum moriturus erat Ezechias, cui deus addidit quindecim annos ad uitam, id utique faciens, quod ante constitutionem mundi se facturum esse praesciebat et in sua uoluntate seruabat. non ergo id fecit, quod futurum non erat; hoc enim magis erat futurum, quod se facturum esse praesciebat. nec tamen illi anni additi recte dicerentur, nisi ad aliquid adderentur, quod se aliter in aliis causis habuerat. secundum aliquas igitur causas inferiores

20 cf. IV Reg. 20, 6; Es. 38, 5

1 conligitur *E*¹ quoddam *b* 2 promptu *SRd* promptu *b* iuuentutis *Eug.* 3 occulta* *E* ista] illa *b* quae *E* 4 possit (i *ex e m.* 1) *S* 5 omni modo] omnino *d* 6 possit (i *ex e m.* 1) *S* esse *om. b* 7 cap. XXI *E* illa *S* 10 enim] autem *b* 13 praescientia (ci *s. l. m.* 1) *S* 17 ante] an *P*¹ 18 in mundo *b* praescientiam *E* 19 reseruatae *R* a uoce nam *incip. cap. XXII E* futurorum causas *PRsbd Eug.* 20 ·XV· *R* 21 facturum] futurum *b* 24 facturum *ex* futurum *corr. m.* 1 *R* 25 rectae *R* ad] ad (*in mg. add. m.* 1) *P om. Rbd* adderetur *E*¹*bd*

iam uitam finierat; secundum illas autem, quae sunt in uoluntate et praescientia dei, qui ex aeternitate nouerat, quid illo tempore facturus erat — et hoc uere futurum erat — tunc erat finiturus uitam, quando finiuit uitam, quia, etsi oranti concessum est, etiam sic eum oraturum ut tali orationi 5 concedi oporteret ille utique praesciebat, cuius praescientia falli non poterat. et ideo quod praesciebat necessario futurum erat.

18. Quapropter. si omnium futurorum causae mundo sunt insitae, cum ille factus est dies, quando deus creauit omnia 10 simul. non aliter Adam factus est, cum de limo formatus est. sicut est credibilius iam perfectae uirilitatis, quam erat in illis causis, ubi deus hominem in sex dierum operibus fecit. ibi enim erat non solum, ut ita fieri posset, uerum etiam ut ita eum fieri necesse esset. tam enim non facit 15 deus contra causam, quam sine dubio uolens praestituit, quam contra uoluntatem suam non facit. si autem non omnes causas in creatura primitus condita praefixit, sed aliquas in sua uoluntate seruauit, non sunt quidem illae, quas in sua uoluntate seruauit, ex istarum quas creauit necessitate pen- 20 dentes; non tamen possunt esse contrariae, quas in sua uoluntate seruauit, illis, quas sua uoluntate constituit, quia dei uoluntas non potest sibi esse contraria. istas ergo sic condidit, ut ex illis esse illud, cuius causae sunt, possit, sed non necesse sit; illas autem sic abscondit, ut ex eis esse necesse 25 sit hoc, quod ex istis fecit, ut esse possit.

19. Solet item quaeri, utrum animale corpus prius homini formatum sit e limo, quale nunc habemus. an spiritale, quale resurgentes habebimus. quamquam enim hoc in illud muta-

1 finierat (ni s. l. m. 1) E 2 qui] quia S 9 cap. XXIII E
 11 cum—formatus est om. Eug. (ed. Knöll 234, 26) limo terrae b
 12 perfecte EPR 15 fecit PRSbd 16 prestituit S 19 ille S
 quas* R 20 seruabit E¹ 22 in sua b constituit] instituit PR¹S²bd
 24 esset (t s. l. add. m. 2) E posset S ut possit (ut s. l. m. 2) E
 25 abscondidit Eug. (ed. Knöll 235, 10) 26 posset S 27 cap. XXIII E
 28 an] non ER

bitur — seminatur enim corpus animale, resurgit corpus spiritale — tamen quid prius homini factum sit, ideo disceptatur, quia, si animale factum est, non hoc recipiemus, quod in illo perdidimus, sed tanto melius quanto spiritale animali praeponendum est, quando erimus aequales angelis dei. sed angeli possunt aliis et iustitia praeponi; numquid et domino? de quo tamen dictum est: minorasti eum paulo minus ab angelis. unde. nisi propter carnis infirmitatem, quam sumpsit ex uirgine formam serui accipiens, in qua moriens a seruitute nos redimeret? sed quid hinc diutius disseramus? non enim obscura est apostoli sententia de hac re. qui cum uoluisset adhibere testimonium, quo probaret esse corpus animale, non tam de suo uel de cuiusquam hominis corpore, quod in praesenti uidebatur, quam de hoc ipso scripturae huius loco recoluit et adhibuit dicens: si est corpus animale, est et spiritale. sic et scriptum est: factus est primus homo Adam in animam uiuentem. nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. sed non primum quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale. primus homo de terra terrenus; secundus homo de caelo caelestis. qualis terrenus, tales et terreni; et qualis caelestis, tales et caelestes. et quomodo induimus imaginem terreni, induamus et imaginem eius qui de caelo est. quid dici potest ad hoc? imaginem ergo caelestis hominis nunc ex fide portamus habituri in resurrectione, quod credimus; imaginem autem terreni hominis ab ipso exordio humanae generationis induimus.

5 cf. Matth. 22, 30 7 Ps. 8, 6 9 cf. Phil. 2, 7 15 I Cor. 15, 44—49

1 resurget *E²S* surget *PRbd* 2 quod *S* 6 *pr.* et] *exb* 8 carnis propter *E*
 9 sumpsit (sum *s. l. m. 1*) *S, Rbd* 10 nos a seruitute *PRSbd*
 15 attribuit *P* 16 sic et] sic etenim *bd* 18 spiritu *E¹* spu *P*
 spiritum (*m s. l. m. 1*) *S* 19 primum] prius *E* 20 terrenus
 (*a exp. m. 1*) *E* 22 talis *R* 23 induamur *b* 24 ad hoc dici
 potest *PRSbd* 26 resurrectionem (*m exp. m. 1*) *S*

20. Hic occurrit alia quaestio, quomodo renouemur, si non ad hoc per Christum reuocamur; quod in Adam prius eramus. quamquam enim multa non in pristinum, sed in melius renouentur, ab inferiore tamen statu, quam quo erant antea, renouantur. unde ergo ille filius mortuus erat et reuixit, 5 perierat et inuentus est, unde illi profertur stola prima, si non immortalitatem recipit, quam perdidit Adam? quomodo autem perdidit immortalitatem, si corpus habuit animale? neque enim animale corpus, sed spiritale erit, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit in- 10 mortalitatem. nonnulli his angustiis coartati, ut et illa constet sententia, qua exemplum de animali corpore hinc datum est, ut diceretur: factus est primus homo Adam in animam uiuentem, [nouissimus Adam in spiritum uiuificantem], et ista renouatio receptioque in- 15 mortalitatis non absurde dicatur in pristinum futura, in illud scilicet, quod Adam perdidit, putauerunt prius quidem hominem fuisse corporis animalis, sed, dum in paradiso constitutus est, eum fuisse mutatum, sicut nos quoque resurrectione mutabimur. hoc quidem liber Geneseos non 20 commemorat; sed ut possint utraque testimonia scripturarum inter se consentire, siue illud, quod de animali corpore dictum est, siue illa, quae de renouatione nostra plurima in sanctis litteris reperiuntur, hoc tamquam necessario consequi crediderunt. 25

21. Sed si ita est, frustra conamur paradysum et illas arbores earumque fructus praeter figuratam significationem prius

5 cf. Luc. 15, 32. 22 10 cf. I Cor. 15, 53 13 I Cor. 15. 45

1 cap. XXV E 2 ad hoc] adhuc PR¹ 3 non s. l. m. 1 S 7 in adam b 8 non corpus S 10 induitur PR¹ induetur R² incorruptione PR induetur PRS immortalitate PRS 11 coartati (ta s. l. m. 1) E et om. E 12 sentia E¹ qua] a qua S quae R 14 nouissimus—uiuificantem om. EPRS 15 praeceptioque E immortalitatis E¹ 17 quidem prius S 20 qui...ē (corr. m. 1) R 22 consentire inter se b 23 quae s. l. m. 1 R 24 repperiuntur EPRS

accipere ad rerum gestarum proprietatem. quis enim credat iam illius modi cibos ex arborum pomis immortalibus et spiritalibus corporibus necessarios esse potuisse? uerum tamen, si aliud non potest inueniri, melius eligimus paradysum
 5 spiritaliter intellegere quam uel putare non renouari hominem, cum totiens hoc scriptura commemoret, uel eum existimare recipere, quod non ostenditur amisisse. huc accedit, quod et ipsa mors hominis, quam eum peccato commeruisse multa diuina testimonia conloquuntur, indicat eum sine morte futurum
 10 fuisse, nisi peccasset. quomodo ergo sine morte mortalis? aut quomodo non mortalis, si corpus animale?

22. Unde quidam non eum mortem corporis peccato meruisse arbitrantur, sed mortem animae, quam fecit iniquitas. nam credunt eum propter corpus animale exiturum fuisse de hoc
 15 corpore ad requiem scilicet, quam nunc habent sancti, qui iam dormierunt, et in fine saeculi eadem membra immortaliter recepturum, ut uidelicet mors corporis non de peccato accidisse uideatur, sed naturaliter, ut animalium ceterorum. uerum his rursus apostolus occurrit et dicit: corpus quidem mortuum
 20 est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. si autem spiritus eius, qui suscitauit Christum a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Christum a mortuis uiuificabit et mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. ac per hoc mors
 25 etiam corporis de peccato est. si ergo non peccasset Adam, nec corpore moreretur ideoque immortale haberet et corpus. quomodo ergo immortale, si animale?

19 Rom. 8. 10. 11

2 immortalibus *E*¹ 3 a uoce uerum tamen *inc. cap. XXVI E* 4 eligimus *PR*¹, (*gi s. l. m. 1*) *S* 6 toties *d* 7 recipere (*p et a er.*) *E* accidit *PR*¹*S* 8 eum *s. l. m. 1 S* 9 conloquuntur *E*¹ conlocuntur *S* 10 morte *om. S* 13 facit *E*² 16 finem *S* 17 recepturi *b* accedisse *IR*¹ 18 *cap. XXVII E* 21 christum] ihm *S* 22 a mortuis *om. S* 23 uiuificauit *E* 26 moriretur *S* immortali haberetur et corpore *b*

23. Sed rursus non uident, qui eius corpus in paradiso mutatum putant, ut ex animali fieret spiritale, nihil impedire. si non peccasset, ut post paradisi uitam, quam iuste oboedienterque uixisset, acciperet eandem corporis mutationem in uitam aeternam, ubi iam cibus corporalibus non egeret. quid ergo ⁵ necesse est propter hoc iam cogi figurate, non proprie paradisum intellegere, quia non posset mori corpus nisi peccato? uerum est quidem, quod non moreretur etiam corpore, nisi peccasset; aperte quippe dicit apostolus: corpus mortuum est propter peccatum: animale tamen posset esse ante ¹⁰ peccatum et post uitam iustitiae, cum deus uellet, fieri spiritale.

24. Quomodo ergo, inquiunt, renouari dicimur, si non hoc recipimus, quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur? hoc plane recipimus secundum quendam modum et ¹⁵ non hoc recipimus secundum quendam modum. non itaque immortalitatem spiritualis corporis recipimus, quam nondum habuit homo, sed recipimus iustitiam, ex qua per peccatum lapsus est homo. renouabimur ergo a uetustate peccati non in pristinum corpus animale, in quo fuit Adam, sed in melius. ²⁰ id est in corpus spiritale, cum efficiemur aequales angelis dei, apti caelesti habitationi, ubi esca, quae corrumpitur, non egebimus. renouabimur ergo spiritu mentis nostrae secundum imaginem eius, qui creauit nos, quam peccando Adam perdidit.

21 cf. Matth. 22, 30 23 cf. Ephes. 4, 23

1 paradisum *S* 3 ut *om. E* quam] si *b* oboedienter quae *R*
 5 uita aeterna *PRsbd* 6 cogi *om. S* figuratæ *E* figuratæ *S* pro-
 priæ *RS* 8 moriretur *S* in *mg. add. aut m. 1 aut coequalis:*
 Ex libro de correptione et gra. Bina ista quid inter se differunt diligenter et
 uigilanter . . . et posse multo maior non posse mori *R* 10 est *om. PRsbd*
 tamen posset] potest est (*in ras.*) *R* 11 fieri *om. E* 14 non perdi-
 dit *S* 15 cap. XXVIII *E* 16 post modum *repetuntur uerba uers. 15*
 et non hoc—modum *in cod. P* itaque] utique *S* 18 per] in *S*
 lapsus *P* 19 in *mg. additum:* Qui legis acute legas et non credas
 perdidisse sed deteriorasse imaginem dei *S* 23 renouamur *PRd*

renouabimur autem etiam carne, cum hoc corruptibile induet incorruptionem, ut sit spiritale corpus, in quod nondum mutatus, sed mutandus erat Adam, nisi mortem etiam corporis animalis peccando meruisset.

5 Denique non ait apostolus: corpus quidem mortale propter peccatum, sed: corpus mortuum propter peccatum.

25. Illud quippe ante peccatum et mortale secundum aliam et immortale secundum aliam causam dici poterat; id est mortale, quia poterat mori, immortale, quia poterat non mori.

10 aliud est enim non posse mori, sicut quasdam naturas immortales creauit deus; aliud est autem posse non mori, secundum quem modum primus homo creatus est immortalis, quod ei praestabatur de ligno uitae, non de constitutione naturae: a quo ligno separatus est, cum peccasset, ut posset
15 mori, qui nisi peccasset posset non mori. mortalis ergo erat conditione corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris. si enim corpus animale, utique mortale, quia et mori poterat, quamuis et immortale ideo, quia et non mori poterat. neque enim immortale, quod mori omnino non possit. erit nisi spiritale,
20 quod nobis futurum in resurrectione promittitur. ac per hoc illud animale et ob hoc mortale, quod propter iustitiam spiritale fieret, et ob hoc omni modo immortale factum est propter peccatum non mortale, quod et antea erat, sed mortuum, quod posset non fieri, si homo non peccasset.

25 26. Quomodo enim corpus nostrum dicit apostolus mortuum, cum adhuc de uiuentibus loqueretur, nisi quia iam ipsa con-

1 indueretur (re et ur er.) E induetur PS, (e ex i m. 1) R,d 2 incorruptione PRSd 7 cap. XXVIII. E 8 immortale E¹ 9 fn. quia] quippe quia b 11 deus om. S mori non posse S 12 quem modum R¹ creatus est homo PRbd 13 praestabatur E 15 posset non] non posset S potest non b condicione P 16 beneficio R 18 immortale (im s. l. m. 2) S 19 quod] quia b possit (ssit sup. eras. t m. 2) E 20 futurum quod nobis E in resurrectione futurum S 22 ob hoc—factum] ob hoc mortale omnino factum b 23 et om. S 24 posset] potuisset S 25 enim] ergo Pbd ergo (eras. et in mg. enim add.) R 26 loqueretur E¹ conditio RSbd

dicio moriendi ex peccato parentum haesit in prole? animale est enim et hoc corpus, sicut et primi hominis fuit; sed hoc iam in ipso animalis genere multo est deterius; habet enim necessitatem moriendi, quod illud non habuit. quamuis enim restabat adhuc, ut inmutaretur et spiritale factum plenam 5 immortalitatem perciperet, ubi cibo corruptibili non egeret, tamen, si iuste uiueret homo, in spiritalem habitudinem corpus eius mutaretur, non iret in mortem. in nobis autem etiam iuste uiuentibus corpus moriturum est. propter quam necessitatem ex illius primi hominis peccato uenientem non 10 mortale, sed mortuum corpus nostrum dixit apostolus, quia omnes in Adam morimur. item dicit: sicut est ueritas in Iesu deponere uos secundum priorem conuersationem ueterem hominem, eum, qui eorrumpitur secundum concupiscentias deceptionis, hoc est, factus Adam per 15 peccatum. uide ergo, quid sequatur. renouamini autem spiritu mentis uestrae et induite nouum hominem, eum, qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate ueritatis. ecce, quod perdidit Adam per peccatum! 20

27. In hoc ergo renouamur secundum id, quod amisit Adam, id est secundum spiritum mentis nostrae; secundum autem corpus, quod seminatur animale et surget spiritale, in melius renouabimur, quod nondum fuit Adam.

Dicit item apostolus: expoliantes uos ueterem hominem cum actibus eius induite nouum, qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius, qui 25

11 cf. Rom. 5, 12; I Cor. 15, 22 12 Ephes. 4, 21—24 25 Col. 3, 9. 10

1 peccatis *b* hesit *ERS* cap. XXX *E* 2 *alt.* et *om.* *b* 6 acciperet *S* ciuo *E*¹ 7 iustae *R* in] et in *PRbd* 8 autem *om.* *S* 9 iustae *R* moriturum (*alt.* r *s. l. m.* 1) *R* 11 mortalem *E* 13 uos] nos *b* 14 hominem ueterem *bd* 18 eum *om.* *b* 21 cap. XXXI *E* 23 resurget *PRbd* 24 in adam *b* 25 item (*s. l. m.* 2 *add.* al idē) *E* 26 eius] suis *Sb* 27 agnitione *S* agnitione. *R*

creavit eum. hanc imaginem in spiritu mentis inpressam
 perdidit Adam per peccatum, quam recipimus per gratiam
 iustitiae, non spiritale atque immortale corpus, in quo
 ille nondum fuit, et in quo erunt omnes sancti resurgentes
 5 a mortuis; hoc enim praemium est illius meriti, quod
 amisit. proinde illa stola prima aut ipsa iustitia est, unde
 lapsus est, aut, si indumentum corporalis immortalitatis
 significat, etiam hanc ille sic amisit, cum propter peccatum ad
 eam peruenire non potuit. dicitur enim et amisisse uxorem
 10 et amisisse honorem, qui speratum non acceperit illo, a quo
 sperabat, offenso.

28. Secundum hanc ergo sententiam corpus animale habuit
 Adam non tantum ante paradysum, sed iam in paradiso con-
 stitutus, quamvis in interiore homine fuerit spiritalis secundum
 15 imaginem eius, qui creavit eum: quod amisit peccando
 meruitque etiam corporis mortem, qui non peccando mereretur
 et in corpus spiritale commutationem. nam si et interius
 animaliter uixit, non possumus dici ad hoc ipsius renouari.
 quibus enim dicitur: renouamini spiritu mentis uestrae,
 20 hoc eis dicitur, ut spiritales fiant: quod si ille nec in ipsa
 mente fuit, quomodo nos renouamur ad id, quod homo num-
 quam fuit? apostoli autem et omnes iusti animale utique
 corpus adhuc habebant, sed tamen spiritaliter interius uiuebant,
 renouati scilicet in agnitionem dei secundum imaginem eius.
 25 qui creavit eos; non ideo tamen iam peccare non poterant, si
 consentirent iniquitati. nam et spiritales posse cadere in tem-

2 cf. Retract. II 24. 2. in sexto libro quod dixi Adam imaginem
 dei, secundum quam factus est, perdidisse peccato, non sic accipiendum
 est, tamquam in eo nulla remanserit, sed quod tam deformis, ut refor-
 matione opus haberet. 6 cf. Luc. 15, 22 19 Ephes. 4, 23

1 cap. XXXII E inpraessam R 2 recipimus non perdidit sed
 detruuit S 12 sentiam E¹ 13 paradysum S iam] etiam E² PRSbd
 paradysi S 14 interiori b 16 merueritque E 17 commutati-onem S
 18 dicere S hoc S¹ ipsius] corpus ipsius S 19 in spiritu S 20 in
 om. PRb 21 mente] nec mente b nos om. E¹ ad ex in E 22 a uoce
 apostoli inc. cap. XXXIII E 23 intus b 24 agnitione EPSb 25 iam
 om. b non peccare poterant S 26 temptacione E² P temptationem S

tatione peccati ostendit apostolus, ubi ait: fratres, et si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, intendens te ipsum, ne et tu temteris. hoc dixit ne cuiquam impossibile uideatur, quod peccauit Adam, si 5 spiritualis erat mente, quamuis animalis esset corpore. quae cum ita sint, nihil tamen adhuc praepropere confirmamus, sed expectamus potius, utrum etiam cetera scriptura hunc intellectum non inpediat.

29. Sequitur enim quaestio de anima ualde difficilis, in qua 10 multi laborauerunt nobisque, ubi laboremus, reliquerunt. siue enim quia non omnium omnia legere potui, qui de hac re secundum scripturarum nostrarum ueritatem ad aliquid liquidum minimeque dubium peruenire potuerunt, siue quia tanta quaestio est, ut etiam qui eam ueraciter soluunt non facile 15 intellegantur a talibus, qualis ipse sum, fateor neminem mihi adhuc persuasisse, quod sic habeam de anima, ut nihil amplius quaerendum putem. utrum autem nunc certum aliquid inuenturus sim et definiturus, ignoro. quod autem potuero, si conatum meum dominus adiuerit, sequenti uolumine explicare 20 curabo.

LIBER SEPTIMUS.

1. Et finxit deus hominem puluerem de terra et flauit in faciem eius flatum uitae, et factus est homo in

1 Gal. 6, 1 23 Gen. 2, 7

1 et om. *PR*Sbd 2 praeoccupatus] occupatus *E*¹ 4 temperis *E*²*RS*b tenteris *d* dixi *E*²*PR*Sbd 7 prepropere *P* 11 nobis quae *R* ubi] ut *b* reliquerunt *E* relinquerunt *PR* 13 nostrarum om. *PR*^b 16 quales *R* adhuc mihi *bd* 18 utrum om. *P*¹ autem om. *Pb* 20 meum *s. l. m.* 1 *S* adiuberit *E*¹ 21 Exp^l liber sextus incipiunt capitula *fol. 98 E* Explicuit liber sextus dō gratias amen (*litt. mai. color.*) *fol. 156^b P* Explicuit liber sextus dō gratias] Incipit lib septimus *fol. 127^b R* Explicuit liber sextus (*litt. mai. atr.*) Incipit liber septimus (*litt. mai. rubr.*) *pag. 169^b S fol. 52^b C*

22 Explicuerunt capitula incipit liber septimus *fol. 99 E* Incipit liber VII (*litt. mai. rubr.*) *fol. 157^a P* 24 est om. *C*

animam uiuentem. haec uerba scripturae nobis et in principio superioris libri considerata proposueramus et de ipso homine facto maximeque de eius corpore, quantum satis duximus, quod secundum scripturas uisum est, disseruimus. sed quia de
 5 anima humana non parua quaestio est, ad hunc eam librum differendam putauimus nescientes, quantum nos dominus adiuturus esset recte loqui cupidos, illud tamen scientes, nisi, quantum ipse adiuuaret, recte nos non esse locuturos. recte autem est ueraciter atque congruenter nihil audacter refellendo,
 10 nihil temere adfirmando, dum adhuc dubium est, uerum falsumne sit, siue fidei siue scientiae christianae, quod autem doceri potest, uel rerum ratione apertissima uel scripturarum auctoritate certissima sine cunctatione adserendo.

Ac primum illud uideamus, quod scriptum est: flauit uel
 15 sufflauit in faciem eius flatum uitae. nonnulli enim codices habent: spirauit uel inspirauit in faciem eius. sed cum graeci habeant ἐνεφύσησεν, non dubitatur flauit uel sufflauit esse dicendum. quaerebamus autem in superiore sermone de manibus dei, cum homo de limo formatus cogitaretur; quid ergo
 20 nunc dicendum est in eo quod scriptum est: sufflauit deus, nisi quia sicut non manibus corporis finxit, ita nec faucibus labiisue sufflauit?

Uerum tamen hoc uerbo scriptura in quaestione difficillima plurimum nos, quantum opinor, adiuuit.

25 2. Nam cum quidam ex hoc uerbo crediderint aliquid esse animam de ipsa substantia dei, id est eiusdem naturae, cuius ille est, hoc ideo putantes, quia cum homo sufflat, aliquid de

1 uinam *S* 2 proposuimus *P* proposuimus *RCbd* 3 quatum *E*
 diximus *Rb* 8 adiubaret *E*¹ adiuuauerit *S* rectae *R* nos *om.* *EPRbd*
 loquituros *P* loquuturos *R* 9 est autem *PRSbd* 10 taemere *P*
 11 falsumue *b* 13 cōcertissima *E* adserendo *E*¹ adserendum *S*
 15 sufflauit *E* 17 greci *SRC* habent *PRC* ἐνεφύσησεν *EPR*
 γνηώσθησεν (*s. l. add. m. 1* eneo *y. sesen*) *C* ἐνεφύσησεν *S* φύσησας *b*
 sufflauit *EP* 18 superiori *R²bd* 20 sufflauit *EP* deus *om.* *R*¹
 21 corporeis *b* 22 labiisque *PRbd* sufflauit *EP* 24 adiuuat *Sbd*
 27 sufflat *EP*

se ipso eicit in flatu, hinc potius admonendi sumus hanc inimicam fidei catholicae reprobare sententiam. nos enim credimus dei naturam atque substantiam, quae in trinitate creditur a multis, intellegitur a paucis, omnino esse incommutabilem. porro autem animae naturam uel in deterius uel in melius commutari posse quis ambigit? ac per hoc sacrilega opinio est eam et deum credere unius esse substantiae. quid enim hoc modo aliud quam et ille commutabilis creditur? credendum itaque est et intellegendum neque ullo modo dubitandum, quod recta fides habet, animam sic esse a deo tamquam rem, quam fecerit, non tamquam naturae, cuius ipse est, siue genuerit siue quoquo modo protulerit.

3. Et quomodo, inquit, scriptum est: sufflauit in faciem eius, et factus est homo in animam uiuam, si non anima dei pars est uel dei omnino substantia? immo uero ex hoc uerbo satis adparet ita non esse. cum enim homo sufflat, anima utique ipsa subiacentem sibi naturam corporis mouet et de illa, non de se ipsa flatum facit; nisi forte isti tardi sunt, ut nesciant isto reciproco halitu, quem de hoc aere circumfuso ducimus et reddimus, fieri etiam flatum, cum uoluntate sufflamus. quodsi etiam non ex hoc, qui forinsecus adiacet, accepto et reddito, sed ex ipsius nostri corporis natura, qua constat, sufflando aliquid eiceremus, non eadem natura est corporis et animae: quod et ipsi utique consentiunt. quapropter etiam sic aliud est animae substantia, qua corpus regit et mouet, aliud flatus, quem regendo et mouendo facit de corpore sibi subdito, non de se ipsa, cui corpus est sub-

1 ammonendi *PR* 2 cap. I *E* 5 in *fn. s. l. m.* 1 *R* 6 ambiget *S*
 ē opinio *b* 7 est *s. l. m.* 1 *R* esse *P*¹ 11 naturae] de natura *Sbd*
 natura *R* natrae (e *exp. m.* 1) *P* est ipse *bd* 12 quoq; *R*¹
 13 sufflauit *EP* 16 suflat *EP* 18 ipsa *om.* *P*¹ sufflatum *S*
 isti forte *PRbd* 19 iso (p *eras.*) *R* alitu *E*¹*S*¹ 21 uolum-
 tate *E*¹ sufflamus *EP* hoc] hoc aere *Rbd* 22 & accepto
 (& *s. l. m.* 1) *R* 23 sufflando *EP* eiecerimus *S* 24 est *ante*
 eadem *b* 25 cap. II *E* sic] si. *R* qua] qua. *R* quae *bd* 26 et
ante mouendo] uel *PSbd* 27 ipso *S*

ditum. cum itaque longe quidem incomparabili modo sed tamen anima regat subditum corpus et deus subditam creaturam, cur non potius intellegatur de subiecta sibi creatura fecisse deus animam in eo, quod sufflasse dictus est, quando-
 5 quidem ipsa anima, quamuis corpori suo non ita dominetur ut deus uniuersitati, quam condidit, tamen eius motu, non de sua substantia flatum facit?

Possemus quidem dicere nec ipsum dei flatum esse animam hominis, sed deum sufflando fecisse animam in homine; sed
 10 ne putentur meliora quae fecit uerbo quam quod fecit flatu, quia et in nobis melius est uerbum quam flatus, nihil est interim secundum supra dictam rationem, cur animam ipsam flatum dei dicere dubitemus, dum intellegatur non esse dei natura atque substantia, sed hoc ipsum esse sufflare, quod est flatum
 15 facere, quod autem flatum facere, hoc animam facere. cui sententiae congruit quod per Esaiam dicit deus: spiritus enim a me procedet, et flatum omnem ego feci; nam non quemlibet flatum corporeum eum dicere sequentia docent. cum enim dixisset: omnem flatum ego feci, et, propter peccatum, inquit, pusillum quid contristauit eum et percussit eum. quid ergo dicit flatum nisi animam, quae propter peccatum percussa et contristata est? quid igitur est: omnem flatum ego feci, nisi: omnem animam ego feci?

4. Si ergo deum diceremus tamquam corporei mundi huius
 25 animam, cui mundus ipse esset tamquam corpus unius animantis, recte non eum diceremus sufflando fecisse animam

16 Es. 57, 16. 17

1 incorporabili *S* 4 deum (*m corr. m. 1 ex s*) *E* sufflasse *EP*
 dictum sit *S* dictus sit. *b* 5 corpori (*i ex e m. 1*) *R* 8 Possemus *P*¹
 9 sufflando *EP* 10 putetur *S* quae] quaeq' *S* quae fecisse *S* 11 flatum *E*¹
 12 a uoce supra dictam *inc. cap. III* *E* ipsa *S* dei flatum *PRsbd*
 14 atque] absque *P* sufflare *E*¹ 15 quod autem—facere *om. b*
 hoc] hoc ē *b* 16 isaiam (*a in ras.*) *P, d* 18 eum *om. ESb*
 dici *S* 20 inquit *E¹P¹R* 21 quid (*i supra o m. 1 pos.*) *S*
 24 cap. IIII *E* 25 unius] ipsius *b* amantis *E* 26 rectae *R*
 sufflando *EP*

hominis, nisi corpoream de isto aere subiacente sibi ex corpore suo, non tamen quod dedisset sufflando de se ipso dedisse putare deberemus, sed ita de sibi subiecto aere corporis sui, sicut anima de huiusmodi re similiter adiacente, hoc est de corpore, non de se ipsa flatum facit. nunc uero quia non tantummodo mundi corpus deo esse subditum dicimus, sed illum esse supra omnem creaturam siue corporalem siue spiritalem, nec de se ipso nec de corporeis elementis credendus est animam fecisse sufflando.

5. Utrum autem ex eo, quod omnino non erat, id est ex nihilo, an ex aliqua re, quae iam ab illo facta spiritaliter erat, sed anima nondum erat, merito quaeri potest. si enim deum adhuc aliquid ex nihilo creare non credimus, posteaquam creauit omnia simul, et ob hoc a consummatis omnibus operibus requieuisse credimus, quae inchoauit facere, ut, quidquid deinde faceret, ex his faceret, non uideo, quemadmodum intellegamus adhuc eum ex nihilo animas facere. an dicendum est eum in illis quidem operibus primorum sex dierum fecisse diem illum occultum ac, si hoc potius credi oportet, spiritalem atque intellectualem naturam, scilicet unitatis angelicae, et mundum, id est caelum et terram, atque in illis iam extantibus naturis rationes creasse futurarum aliarum naturarum, non ipsas naturas? alioquin si iam ibi creatae essent, sicut erant futurae, non adhuc essent futurae. quod si ita est, nondum erat in conditis rebus animae humanae ulla natura et tunc esse coepit, cum eam deus sufflando fecit atque indidit homini.

1 subiacentem *S* subiacentem *E* 2 dedisset] fecisset dedisset *PR* fecisset dedissetque *bd* sufflando *EP* 3 deberemus] deberemus uideremus *P* deberemus uideremus (*del. m. 1*) *R* 5 se *om. R* 8 corpore *E* 9 elementis *S* 9 sufflando *EP* 10 *cap. V* *E* 11 quiae (*i exp. m. 1*) *P* 13 aliquid adhuc *S* 14 a *om. b* 16 quicquid *E* *R* quemadmodum *EPR* 17 *cap. VI* *E* 19 illum diem *PRbd* ac] hac *R* 21 mundi *b* 22 exstantibus *PRd* rationes *R* 23 aliarum *om. P* naturarum *om. PRd* post alioquin 4—5 *litt. er. R* 24 creatae (*e fn. s. l. add. m. 1*) *E* adhuc (*u ex o m. 1*) *E* 26 cepit *S* sufflando *EP*

Sed non ideo quaestio sublata est, qua quaeritur adhuc, utrum eam naturam, quae anima dicitur et antea non erat, ex nihilo creauerit, tamquam ipse flatus eius non ex aliqua substantia subiacente factus sit, sicut de flatu dicebamus, 5 quem facit anima ex corpore suo, sed omnino ex nihilo tunc factus sit flatus, cum deus flare uoluit, idemque hominis anima factus sit: an uero iam erat aliquid spiritale, quamuis hoc, quidquid erat, nondum animae natura erat, atque ex hoc factus sit flatus dei, quae natura esset animae, sicut nec 10 corporis humani natura iam erat, antequam deus eam de limo terrae uel puluere formauisset. non enim caro humana erat puluis aut limus, sed tamen aliquid erat, unde illa fieret, quae nondum erat.

6. Num ergo credibile est in primis illis sex dierum ope- 15 ribus deum condidisse non solum futuri corporis humani causalem rationem uerum etiam materiem, de qua fieret, id est terram, de cuius limo uel puluere fingeretur, animae autem solam ibi condidisse rationem, secundum quam fieret. non etiam quandam pro suo genere materiam, de qua fieret? 20 si enim quiddam incommutabile esset anima, nullo modo eius quasi materiem quaerere deberemus; nunc autem mutabilitas eius satis indicat eam interim utiis atque fallacis deformem reddi, formari autem uirtutibus ueritatisque doctrina, sed in sua iam natura, qua est anima, sicut etiam caro in sua natura, 25 qua iam caro est, et salute decoratur et morbis uulneribusque foedatur. sed sicut haec excepto, quod iam caro est, in qua natura uel proficit, ut pulchra, uel deficit, ut deformis sit, habuit etiam materiem, id est terram, de qua fieret, ut omnino

2 dicitur (di ex du m. 1) E 3 tamquam (tam s. l. m. 1) E 5 om-
nino (o fin. s. l. m. 1) R 6 uol^{uit} R 7 anima] flatus anima b
8 quicquid E²R erat pr. s. l. m. 1 R quae atque (quae del. m. 1) P
9 factus (actu s. l. m. 1) R sit factus S flatus] flatus sit flatus R
animae (mae s. l. m. 1) R 11 formasset Rbd 14 cap. VII E
15 solam S 20 a uoce si incip. cap. VIII E 21 materiam d que-
quaeremus P¹ 24 quae R 25 qua] quia S iam om. S uulne-
ribus quae R 26 foedatur E foedatur Sb 27 uti pulchra P sit] sic b

caro esset: sic fortasse potuit et anima, antequam ea ipsa natura fieret, quae anima dicitur, cuius uel pulchritudo uirtus uel deformitas uitium est, habere aliquam materiem pro suo genere spiritalem, quae nondum esset anima, sicut terra, de qua caro facta est, iam erat aliquid, quamuis non erat caro. 5

Sed enim terra inplebat mundi infimam partem, antequam de illa corpus hominis fieret, conferens uniuerso totum suum, ut, etiamsi nulla ex ea caro fieret animantis cuiusquam, specie tamen sua mundi fabricam molemque conpleret, secundum quam dicitur mundus caelum et terra. 10

7. At uero illa spiritalis materies, si fuit ulla, unde anima fieret, uel si est ulla, unde animae fiunt, quid ipsa est? quod nomen, quam speciem, quem usum in rebus conditis tenet? uiuit, an non? si uiuit, quid agit? quid confert uniuersitatis effectibus? beatamne uitam gerit, an miseram, an neutram? 15 uiuificat aliquid? an ab hoc etiam opere uacat et in quodam secreto uniuersitatis otiosa requiescit sine uigili sensu motuque uitali? si enim nulla prorsus adhuc uita erat, quomodo esset uitae futurae quaedam incorporea nec uiua materies? aut falsum est aut nimis latet. si autem iam uiuebat nec beate 20 nec misere, quomodo rationalis erat? quodsi tunc rationalis facta est, cum ex illa materie natura humanae animae facta est, inrationalis ergo uita materies erat animae rationalis, id est humanae? quid ergo inter illam pecorisque distabat? an rationalis erat iam possibilitate, nondum facultate? si enim 25 uidemus infantilem animam, iam utique hominis animam, nondum coepisse uti ratione et tamen eam rationalem iam dicimus,

2 uirtus (r ex s m. 2) R 3 deformitas (de s. l. m. 1) E materiam PRbd 6 cap. VIII E Sed] Si b enim] enim iam bd
7 illa (a ex o m. 1) R 9 conpleret E¹ 10 ter, terra P 12 si om. E¹ alt. est om. R¹ 13 a uoce quam inc. cap. X E 15 an miseram] ac miseram S 16 ab (a ex o m. 1) S ob b 19 uite S
20 beatæ (a er.) E 21 miseræ (a er.) E quomomodo E rationabilis P¹ rationalis R rationalis R 22 materiae PRSb 24 quid (i ex o m. 1) R illa E¹ 26 infantilem R¹ 27 coepisse S rationem S rationabilem eam iam dicimus S iam] ut R om. Pbd

cur non credatur sic in illa materie, de qua facta est, quietum fuisse motum etiam sentiendi, sicut in ista infantili, quae iam certe anima est hominis, quietus est adhuc motus ratiocinandi?

8. Nam si iam beata erat uita, de qua facta est hominis
 5 anima, deterius ergo facta est, et ideo non iam illa materies huius, sed illius ista defluxio est. nam materies aliqua cum formatur, praesertim a deo, in melius sine dubitatione formatur. sed etiam si cuiusquam in aliqua beatitudine factae a deo uitae defluxio anima humana posset intellegi, nec sic
 10 credenda erat esse coepisse in aliquo actu meritorum suorum, nisi ex quo propriam coepit agere uitam, dum anima facta est animans carnem et eius sensibus uelut nuntiis utens atque in se ipsa se uiuere sentiens sua uoluntate, intellectu, memoria. si enim est aliquid, unde istam defluxionem formatae
 15 carni deus inspiraret, tamquam sufflando animam faciens, idemque beatum est, nullo modo mouetur aut mutatur aut
 9 amittit aliquid, cum hoc ab eo defluit, unde anima fit. non est enim corpus, ut tamquam exhalando minuatur.

Si autem anima inrationalis materies est quodammodo, de
 20 qua fit anima rationalis, id est humana, rursus quaeritur, etiam ipsa inrationalis unde fiat, quia et ipsam non facit nisi creator omnium naturarum. an illa de materie corporali? cur non ergo et ista? nisi forte quod uelut gradatim fieri conceditur compendio posse deum facere quisquam negabit.
 25 proinde quaelibet adhibeatur interpositio, si corpus est materies animae inrationalis et anima inrationalis est materies animae rationalis, procul dubio corpus est materies animae rationalis. quod neminem umquam scio ausum esse sentire, nisi qui et ipsam animam nonnisi in genere alicuius corporis ponit.

I credatur dicitur P¹ in om. E¹ materies E materiae S¹ materiae P facta est] facta est anima PRbd 8 factae (s. l. m. 2 ad a) E facta R 9 defluxe R¹ possit S 18 adque E¹S¹ intellectū P 15 sufflando E 17 demfluit E cum uoce non incipit cap. 9 in bd 18 exhalando E¹RS 19 cap. XI E 20 id est] idem (corr. m. 1) S 22 materiae PS 28 uelud S¹ 24 negauit E¹ negabat S¹ 25 quaelibet PR¹ 27 procul—rationalis om. S 29 alicuique (corr. m. 1) P

Deinde cauendum est, ne quaedam translatio animae fieri a pecore in hominem posse credatur — quod ueritati fideique catholicae omnino contrarium est — si concesserimus irrationalem animam ueluti materiem subiacere, unde rationalis anima fiat. sic enim fiet, ut, si haec in melius commutata erit hominis, illa quoque in deterius commutata sit pecoris. de quo ludibrio quorundam philosophorum etiam eorum posteri erubuerunt nec eos hoc sensisse, sed non recte intellectos esse dixerunt. et credo ita esse. uelut si quisquam etiam de scripturis nostris hoc sentiat, ubi dictum est: homo in honore positus non intellexit; comparatus est pecoribus insensatis et similis factus est eis, aut ubi item legitur: ne tradideris bestiis animam confitentem tibi. neque enim non omnes haeretici scripturas catholicas legunt nec ob aliud sunt haeretici, nisi quod eas non bene intellegentes suas falsas opiniones contra earum ueritatem peruicaciter adserunt. sed quoquo modo se habeat uel non habeat opinio philosophorum de reuolutionibus animarum, catholicae tamen fidei non conuenit credere animas pecorum in homines aut hominum in pecora transmigrare.

10. Fieri sane homines uitae genere pecoribus similes et ipsae res humanae clamant et scriptura testatur. unde est illud, quod commemorauit: homo in honore positus non intellexit; comparatus est iumentis insensatis et similis factus est eis, sed in hac uita utique, non post

10 Ps. 48, 13 13 Ps. 73, 19

1 *cap. XII E* 3 concesseremus *R*¹ 6 erit] fuerit *b* 7 quorundam *R* phylosophorum *PR* 8 rectae *R* esse se (se *exp. m. 1*) *S* 9 etiam *om. S* scribituris *E* 11 positus] cum esset *S* pecoribus *S* 12 eis] illis *S* legitur (e *ex i m. 1*) *R* 13 tradideris *dñe b* animas *ES* confitentes *ES* confidentem *P* 14 heretici *ESR* 15 bene] recte *E²PSbd* rectae *R* 16 opiniones *E*¹ opinionones *E³* peruicaciter (*s. l. m. 2 at fi*) *E* 17 uel] uelut *S* 18 phylosophorum *PR* 19 peccorum *S* 21 *cap. XIII. E* uitae genere] uita non genere *S* 22 scribtura *E* scripturae *PRbd* testantur *PRbd* 25 eis *m. 2 exp. et illis superscr. E*

mortem. proinde uel talibus bestiis nolebat in potestatem dari animam suam, qui dicebat: ne tradideris bestiis animam confitentem tibi — quales cauendos significat dominus, ubi dicit eos indutos uestitu ouium, intus autem esse lupos rapaces — uel ipsi diabolo et angelis eius; nam et ille dictus est et leo et draco.

Quid enim adferunt argumenti philosophi, qui putant hominum animas in pecora uel pecorum in homines post mortem posse transferri? hoc certe, quod morum similitudo ad id trahat, uelut auaros in formicas, rapaces in miluos, saeuos ac superbos in leones, sectatores immundae uoluptatis in sues et si qua similia. haec quippe adserunt nec adtendunt per hanc rationem nullo modo fieri posse, ut pecoris anima post mortem in hominem transferatur. nullo modo enim porcus similior erit homini quam porco; et cum mansuescunt leones, canibus uel etiam ouibus fiunt similiores quam hominibus. cum igitur a pecorum moribus pecora non recedunt et quae aliquantulum ceteris dissimilia fiunt, similia sunt tamen suo generi quam humano longeque plus ab hominibus quam a pecoribus differunt, numquam erunt hominum animae istae, si ea, quae similia sunt, trahunt. si autem hoc argumentum falsum est, quomodo erit uera illa opinio, quandoquidem nihil aliud adferunt, quo etiamsi non uera, saltem uerisimilis habeatur? unde procluius et ipse crediderim, quod etiam eorum posteri sectatores, illos homines, qui haec primitus in suis libris posuerunt,

3 cf. Matth. 7, 15 6 cf. Ps. 90, 13

1 bestibus *b* 2 animas confitentes *S*; *sed cf. 208, 13* 3 cauendos *E*¹ dominus significat *PR**S**b**d* 4 esse lupos] sunt lupi *S*
 5 diabolo *R*¹ dicturus *P* 6 et ante leo *om. d* dracho *E*¹*PR*
 7 asserunt argumentis (*in ras.*) *R* phylosophi *P* animas hominum *b*
 8 pecorum *S* 9 id] it *R*¹ 10 milbos *E*¹ 11 leşiones (*m. 1 exp.*) *P*
 12 hoc *b* adserunt] afferunt *d* 14 homine *R* porcus] pecus (*corr. m. 1*) *R* pecus *b* 16 similes *S* 20 erant *E*¹ iste. *R* q; *S*¹
 21 simeliora *P* sunt] sint *PR*¹*S**b**d* 22 illa uera *b**d* 23 quod *S* saltim *S* ueresimilis *R*¹ habebatur *E* proclibus *P* 25 hoc *b*

in hac uita potius intellegi uoluisse quadam peruersitate
morum ac turpitudine homines pecorum similes fieri ac sic
quodam modo in pecora commutari, ut hoc dedecore obiecto
eos a cupiditatum prauitate reuocarent.

11. Nam illa, quae feruntur accidisse, ut quidam quasi 5
recordarentur in quorum animalium corporibus fuerint aut
falsa narrantur aut ludificationibus daemonum hoc in eorum
animis factum est. si enim contingit in somnis, ut fallaci
memoria quasi recordetur se homo fuisse, quod non fuit, aut
egisse, quod non egit, quid mirum, si quodam dei iusto 10
occultoque iudicio sinuntur daemones in cordibus etiam uigi-
lantium tale aliquid posse?

Manichaei autem, qui se christianos uel putant uel putari
uolunt, in hac opinione translationis uel reuolutionis ani-
marum eo sunt illis gentium philosophis uel si qui alii uani 15
homines hoc putant deteriores et detestabiliores, quod illi
animae naturam a dei natura discernunt, isti autem, cum aliud
nihil dicant esse animam quam ipsam dei substantiam atque
id omnino, quod deus est, non trepidant eam tam turpiter
commutabilem dicere, ut nullum sit herbae seu uermiculi 20
genus, ubi eam non esse conmixtam uel quo reuolui non
posse mirabili opinentur insania. qui tamen si remotis ab
animo suo rerum obscurissimarum quaestionibus, quas carnali
corde uersantes necesse est ut in opiniones falsas, noxias
monstruosasque labantur et prouoluantur, unum illud firmissime 25
teneant, quod omni animae rationali sine ullius disputationis
ambagibus naturaliter et ueraciter insitum est, esse omnino

1 intellegi] intellexisse S uoluisse om. S 2 ac] aut S
fieri similes b 4 a] et P a in ras. R 5 cap. XIII E 6 quod in
quorundam animalium b fierint S 8 contigit PR¹ somniis b
9 fuisse quod] fuisse quo S 11 demones S 13 manichei EPRS
putare R 15 phylosophis PR 16 hic (supra i add. m. 1 o) R
putent Rbd 17 discernant S 18 adque E¹P 20 haerbe S 21 com-
mixtam E permixtam PRbd 22 possit S 23 questionibus S 25 mon-
struosasque SR² firmissimae RR 25 disputationib; R¹ 27 an-
bagibus S

incommutabilem et incorruptibilem deum, tota eorum milleformis fabula repente dilabitur, quam in suis uanis ac sacrilegis mentibus non nisi de dei turpissima mutabilitate pinxerunt.

5 Non est igitur materies animae humanae nec anima irrationalis.

12. Quid ergo est, unde anima flatu dei facta est? an corpus aliquod erat terrenum quidem et humidum? nullo modo; hinc enim potius caro facta est. nam quid aliud est
10 limus quam terra humida? nec humore solo anima facta credenda est quasi caro de terra, anima de aqua. nimis enim absurdum est inde factam putare animam hominis, unde facta est caro piscis et uolucris.

Ergo fortassis ex aere? huic enim elemento etiam flatus
15 competit; sed noster, non dei. unde supra diximus hoc potuisse congruenter putari, si animam mundi tamquam unius maximi animantis deum crederemus, ut ita eam flauerit de aere corporis sui. sicut flat nostra de sui. cum uero deum esse constet supra omne mundi corpus et supra omnem spiritum, quem
20 creauit, incomparabili omnino distantia, quomodo id recte dici potest? an forte quanto magis deus uniuersae creaturae suae praesens est omnipotentia singulari, tanto magis potuit ex aere flatum facere, quae anima hominis esset? sed cum anima non sit corporea. quidquid autem ex mundi corporeis elementis
25 fit, corporeum sit necesse est inque mundi elementis etiam

1 mille formis *PRsđ* 2 repetente *P* repetente *R* delabitur *S*
3 pinxerunt (*s. l. add. m. 2 ad fin.*) *E* finxerunt pinxerunt (*del. m. 1*) *P*
finxerunt *RSbđ* 5 *cap. XV E* nec om. *d* 7 est ergo *PRbđ*
flatus *E'P* 8 quidē *E'* 9 nam quid] numquid *b* 10 humore] hu-
more (*h del. m. 1*) *E* umore *P* de humore *d* sola *b* 11 anima] et
anima *PRsbd* a nimis *inc. cap. XVI E* 16 maxime *b* 17 dñm ex
dnm *P* ut ita] uti *b* eum *S* 20 quomodo (*mo s. l. m. 1*) *R*
21 suae creaturae *bd* in *mg. add. est scholion*: Sic hipacius et heraclitus
senserunt fortasse a *m. 1 R* 23 *cap. XVII E* 24 quicquid *E'R*
corporeis] corpore] his (*h add. m. 1*) *R* corp. elem. fit *duplic. pos.*
alt. del. m. 1 S 25 sit] esse *b* inque] in quae *EPR* in quibus *b*
inquem (*sed e m. 1 mut. in i et bus s. l. add.*) *S*

aer iste numeretur, nec si de puri illius caelestisque ignis elemento facta anima diceretur, credi oporteret. omne quippe corpus in omne corpus posse mutari non defuerunt qui adsererent; corpus autem aliquod, siue terrenum siue caeleste, conuerti in animam fierique naturam incorpoream nec quemquam sensisse scio nec fides habet.

13. Deinde — si non est contemnendum, quod medici non tantum dicunt, uerum etiam probare se adfirmant — quamuis omnis caro terrenam soliditatem in promptu gerat, habet tamen in se et aeris aliquid, quod et pulmonibus continetur et a corde per uenas, quas arterias uocant, diffunditur; et ignis non solum feruidam qualitatem, cuius sedes in iecore est, uerum etiam luculentam, quam uelut eliquari ac subuolare ostendunt in excelsum cerebri locum, tamquam in caelum corporis nostri. unde et radii emicant oculorum et de cuius medio uelut centro quodam non solum ad oculos, sed etiam ad sensus ceteros tenues fistulae deducuntur, ad aures uidelicet, ad nares, ad palatum, propter audiendum, olfaciendum atque gustandum; ipsumque tangendi sensum, qui per totum corpus est, ab eodem cerebro dirigi per medullam ceruicis et eam, quae continetur ossibus, quibus dorsi spina conseritur, ut inde se tenuissimi quidam riuuli, qui tangendi sensum faciunt, per cuncta membra diffundant.

14. Cum igitur his quasi nuntiis accipiat anima quidquid

1 numeratur *b* 2 facto *R* cap. XVIII *E* 3 quid *E* adsererent *E*¹ 5 natura incorporea *E*¹ ne *E* quenquam *S* 6 habet] hoc habet *d* 9 promptu *ES*²*bd* 10 et *med. om. b* in pulmonibus *Sb* 11 corde (*r s. l. m. 1*) *E* 12 cuius] cuius (us *er.*) *R* in iecore] in iecore in cerebro (in cerebro *add. m. 3 in margine*) *E* in iecore in cerebro *P* in iecore et in cerebro *b* est *s. l. m. 1* *R* post est *ras.* (*10 litter.*) *R* 14 cerebri (*pr. r m. 2 in ras.*) *E* caelebri *R*¹ cerebri *S* 15 unde (*m. 1 exp.*) *S* 16 quaedam *S* 17 seducuntur *R*¹ uidelicet—nares *om. E*¹ uidelicet] scilicet *PRbd* 18 et ad nares *E*² 19 sensum] sensum usum *P*, (*post sensum ras. 4 litter.*) *R* 20 cerebro] celebri *P* caelebro *R* post dirigi *inculcant* dicunt *Sbd* ceruices *PR*¹ 21 quae] qui *PR*¹ conseritur (*tur in ras.*) *P* 22 riuuli *PR*¹ riuoli *S*¹ tangendo *b* 24 cap. XVIII *E* animam *P* quicquid *E*²*RS*

eam corporalium non latet, ipsa uero usque adeo aliud quid-
dam sit, ut, cum uult intellegere uel diuina uel deum uel
omnino etiam se ipsam suasque considerare uirtutes, ut ali-
quid ueri certique comprehendat, ab hac ipsorum quoque
5 oculorum luce se auertat eamque ad hoc negotium non tan-
tum nullo adiumento, uerum etiam nonnullo impedimento esse
sentiens se in obtutum mentis attollat: quomodo ex eo genere
aliquid est, cum eiusdem generis summum non sit nisi lumen,
quod ex oculis emicat, quo illa non adiuuatur nisi ad corpo-
10 reas formas coloresque sentiendos habetque ipsa innumerabilia
longe dissimilia cuncto generi corporum, quae nonnisi intel-
lectu atque ratione conspiciat, quo nullus carnis sensus
aspirat?

15 15. Quapropter non est quidem humanae animae natura
nec de terra nec de aqua nec de aere nec de igne quolibet;
sed tamen crassioris corporis sui materiam, hoc est humidam
quandam terram, quae in carnis uersa est qualitatem, per
subtiliorem naturam corporis administrat, id est per lucem
et aerem. nullus enim sine his duobus uel sensus in corpore
20 est uel ab anima spontaneus corporis motus. sicut autem
prius esse debet nosse quam facere, ita sentire prius est
quam mouere. anima ergo quoniam res est incorporea corpus,
quod incorporeo uicinum est, sicuti est ignis uel potius lux
et aer, primitus agit et per haec cetera quae crassiora sunt
25 corporis, sicuti humor et terra — unde carnis corpulentia
solidatur — quae magis sunt ad patiendum subdita quam
praedita ad faciendum.

16. Non mihi ergo uidetur dictum: factus est homo in

28 Gen. 2, 7

4 certique (i ex e m. 1) R conpraehendat EP hac] hoc P
om. ES eras. R 6 impedimento E 7 optutu E obtutu P attolat
(t fn. in ras.) P 12 adque E¹ conspiciant (n exp. m. 1) S quod R
nullius b 13 adspirat S 14 cap. XX E quidaꝑ (a exp. m. 1) P
16 crassioris (i fn. ex e m. 1) R 18 subtilioris PRd amministrat PR
21 prius est sentire bd 23 sicut S 24 cetera s. l. m. 1 E cetera
quae] cetera cras'sionis que R 25 sicut S umor E¹PR 27 praedita R

animam uiuam, nisi quia sentire coepit in corpore: quod
 est animatae uiuentisque carnis certissimum indicium. nam
 mouentur et arbusta non tantum ui extrinsecus inpellente,
 uelut cum uentis agitantur, sed illo motu, quo intrinsecus
 agitur quidquid ad incrementum speciemque arboris pertinet, 5
 quo ducitur sucus in radicem uertiturque in ea, quibus constat
 herbae natura uel ligni; nihil enim horum sine interno motu.
 sed iste motus non est spontaneus, qualis ille, qui sensui
 copulatur ad corporis administrationem, sicut in omni ani-
 malium genere, quam uocat scriptura animam uiuam. nam 10
 et nobis nisi inesset etiam ille motus, nec crescerent nostra
 corpora nec unguis capillosque producerent. sed si hoc solum
 esset in nobis sine sensu motuque illo spontaneo, non dice-
 retur homo factus in animam uiuam.

17. Proinde, quoniam pars cerebri anterior, unde sensus 15
 omnes distribuuntur, ad frontem conlocata est atque in facie
 sunt ipsa uelut organa sentiendi — excepto tangendi sensu,
 qui per totum corpus diffunditur; qui tamen etiam ipse ab
 eadem anteriore parte cerebri ostenditur habere uiam suam,
 quae retrorsus per uerticem atque ceruicem ad medullam 20
 spinae, de qua loquebamur paulo ante, deducitur, unde habet
 utique sensum in tangendo et facies, sicut totum corpus,
 exceptis sensibus uidendi, audiendi, olfaciendi, gustandi, qui
 in sola facie praelocati sunt — ideo scriptum arbitror, quod
 in faciem deus sufflauerit homini flatum uitae, cum 25
 factus est in animam uiuam. anterior quippe pars posteriori
 merito praeponitur, quia et ista ducit, illa sequitur et ab

10 Gen. 1, 21

1 caepit *S*¹ 2 *cap. XXI E* . nam *ex* non *m.* 1 *R* 3 extrinsecus
 (n *s. l. m.* 1) *R* 4 ueluti *bd* 5 quicquid *E²RS* 6 sucus (*pr.* u
sup. eras. e) *R* succus *d* constant (n *fin. s. l. m.* 1) *R* 7 erbae *S*
 natura *R*¹ 9 administrationem *E²PR* omni] omnium *PRbd*
 10 quem *PR* 12 sed *om. E*¹ 13 illo *om. b* cum non *incipit cap.*
XXII E 14 in *s. l. m.* 1 *R* 15 cerebri (*pr. r ex l*) *E* 18 corpus
 totum *S* 19 anteriori *bd* 20 retrorsus *E*¹ 24 praelocuti *P* 25 su-
 flauerit *EPS* 27 et ante ista *in ras. P om. S*

ista sensus, ab illa motus est, sicut consilium praecedit actionem.

18. Et quoniam corporalis motus, qui sensum sequitur, sine interuallis temporum nullus est, agere autem interualla
 5 temporum spontaneo motu nisi per adiutorium memoriae non ualemus, ideo tres tamquam uentriculi cerebri demonstrantur: unus anterior ad faciem, a quo sensus omnis; alter posterior ad ceruicem, a quo motus omnis; alter posterior ad ceruicem, a quo motus omnis; tertius inter utrumque, in quo
 10 memoriam uigere demonstrant, ne, cum sensum sequitur motus, non conectat homo quod faciendum est, si fuerit quod fecit oblitus. haec illi certis indiciis probata esse dicunt, quando et ipsae partes aliquo adfectae morbo uel uitio, cum defecissent officia uel sentiendi uel mouendi
 15 membra uel motus corporis reminiscendi, satis quid ualerent singulae declararunt eisq[ue] adhibita curatio cui rei reparandae profecerit exploratum est. sed anima in istis tamquam in organis agit, nihil horum est ipsa; sed uiuificat et regit omnia et per haec corpori consulit et huic uitae, in
 20 qua factus est homo in animam uiuam.

19. Unde ergo sit ipsa, id est de qua uelut materie deus hunc flatum fecerit, quae anima dicitur, dum quaeritur, nihil corporeum debet occurrere. sicut enim deus omnem creaturam, sic anima omnem corpoream creaturam naturae dignitate
 25 praecellit. per lucem tamen et aerem, quae in ipso quoque mundo praecellentia sunt corpora magisque habent faciendi praestantiam quam patiendi corpulentiam, sicut humor et terra,

1 praecedet S 4 nullus—temporum om S 6 cum ideo incipit cap. XXIII E 7 omnes P¹R¹ 10 uigire R¹ motus sequitur b 12 facit b hoc b illi (s. l. add. m. 2 scilicet medici) E certis (s in ras.) P 13 ipse R adfectae E¹ 16 declararunt (u sup. e superscr. m. 1) R adhibita P 17 profecerit E¹ proficerit S 18 nihil horum] nihilorum S 19 reget S haec] hanc S hoc b d 21 materiae ES 23 corpoream P a uocabulo sicut incipit cap. XXIII E 25 praecellit] praecedet S 27 praestantiam ES corpolantiam S umor E¹

tamquam per ea quae spiritui similiora sunt corpus administrat. nuntiat enim aliquid lux corporea; cui autem nuntiat, non hoc est, quod illa; et haec est anima, cui nuntiat, non illa, quae nuntiat. et cum adfectiones corporis moleste sentit, actionem suam, qua illi regendo adest, turbato eius tem- 5 peramento inpediri offenditur, et haec offensio dolor uocatur. et aer, qui neruis infusus est, paret uoluntati, ut membra moueat, non autem ipse uoluntas est. et illa pars media motum membrorum nuntiat, ut memoria teneatur, non ipsa 10 memoria est. denique, dum haec eius tamquam ministeria uitio quolibet seu perturbatione omni modo deficiunt desistentibus nuntiis sentiendi et ministris mouendi, tamquam non habens cur adsit abscedit. si autem non ita deficiunt, ut in morte adsolet, turbatur eius intentio, tamquam conantis 5 redintegrare labentia nec ualentis. et in quibus rebus turbatur, inde cognoscitur quae pars ministeriorum in causa sit, ut, si potuerit, medicina succurrat.

20. Namque aliud esse ipsam, aliud haec eius corporalia ministeria, uel uasa uel organa uel si quid aptius dici possunt, hinc euidenter elucet, quod plerumque se uehementi cogi- 30 tationis intentione auertit ab omnibus, ut prae oculis patentibus recteque ualentibus multa posita nesciat et, si maior intentio est, dum ambulabat, repente subsistat, auertens utique imperandi nutum a ministerio motionis, qua pedes agebantur; si autem non tanta est cogitationis intentio, ut figat ambu- 35 lantem loco, sed tamen tanta est, ut partem illam cerebri mediam nuntiantem corporis motus non uacet aduertere,

1 eaque S 4 adfectiones E¹ corporum S 5 regendo]
 *regendo (ge *eras.* et ge *s. l. add. m. 1*) R 7 qui in membris her-
 bis E¹ (in *del. m. 1*, membris *exp. m. 3*, herbis *corr. in neruis m. 2*)
 8 ipsa b motu S 9 memoria teneatur] memorata teneantur b
 10 est in *ras. P* 12 mouendi P non *s. l. m. 1* R 13 quur PR
 abscessit S 14 tamquam] tamquam quem P¹ 15 redintegrare E¹
 sedintegrare S turbatur] tur S 20 hinc (i *ex u m. 1*) E lucet S
 se] si S uehementi S 22 rectae que R rectaeque S 23 ambulat S
 repectente E 24 agebantur] agitabantur S 27 ualet (*in mg. ad uacet*) b

obliuiscitur aliquando et unde ueniat et quo eat, et transit inprudens uillam, quo tendebat, natura sui corporis sana, sed sua in aliud auocata. quapropter istas corporei caeli corporeas quasdam particulas, id est lucis et aeris, quae primae excipiunt nutus animae uiuificantis, eo quod incorporeae naturae propinquiores sunt quam humor et terra, ut ad earum proximum ministerium tota moles administretur, utrum deus de hoc circumfuso et superfuso caelo corpori uiuentis miscuerit aut adiunxerit, an et ipsas de limo sicut carnem fecerit, non est ad rem pertinens quaestio. omne quippe corpus in omne corpus mutari posse credibile est; quodlibet autem corpus mutari posse in animam credere absurdum est.

21. Quamobrem nec illud audiendum est, quod quidam putauerunt, quintum quoddam esse corpus unde sint animae, quod nec terra nec aqua sit nec aer nec ignis, siue iste turbulentior atque terrenus, siue ille caelestis purus et lucidus, sed nescio quid aliud, quod careat usitato nomine, sed tamen corpus sit. si enim qui hoc sentiunt hoc dicunt corpus, quod et nos, id est naturam quamlibet longitudine, latitudine, altitudine spatium loci occupantem, neque hoc est anima neque inde facta credenda est. quidquid enim tale est, ut multa non dicam, in quacumque sui parte lineis diuidi uel circumscribi potest: quod anima si pateretur, nullo modo nosse posset tales lineas, quae per longum secari non queunt, quales in corpore non posse inueniri nihilominus nouit.

18 cf. Cicer. Tusc. quaest. lib. I 17, 41; De ciuit. dei lib. XXII 11, 2 edit. Migne

1 obliuiscetur *S* obliuisci+ur *R* 2 uillam] in illam *b* 3 aduocata *S* 5 quod] quod in cor *S* incorpore *E*¹ incorporae *S* 6 umor *E*¹*PS* proximum *om.* *P*¹ 7 administretur *E*²*PR* 8 uiuenti *b* 9 ipsa *E*¹*P* ipsa *E*²*b* 10 questio *S* 11 posse *om.* *S* credibili *PR*¹ 12 absurdum *S* 13 cap. XXV *E* nec illud in *mg.* addid. *m.* 1 *P* 14 sit *Pbd* sint (*n s. l. m.* 1) *R* anima *bd* 16 turbolentior *R*¹*S* terrae nus *S* ille *om.* *b* 19 altitudine latitudine *S* 21 facta inde *b* quicquid *E*²*RS* 23 patiretur *P* 24 quaeunt *E* 25 nihilominus *S*

Nec ipsa sibi aliquid tale occurrit, cum se nescire non possit, etiam quando, se ut cognoscat, inquit. cum enim se quaerit, nouit, quod se quaerat; quod nosse non posset, si se non nosset. neque enim aliunde se quaerit quam a se ipsa. cum ergo quaerentem se nouit, se utique nouit et omne, quod nouit, tota nouit. cum itaque se quaerentem nouit, tota se nouit, ergo et totam se nouit; neque enim aliquid aliud, sed se ipsam tota nouit. quid ergo adhuc se quaerit, si quaerentem se nouit? neque enim si nesciret se, posset quaerentem se scire se; sed hoc in praesenti; quod autem de se quaerit, quid antea fuerit uel quid futura sit quaerit. desinat ergo nunc interim suspicari se esse corpus, quia, si aliquid tale esset, talem se nosset, quae magis se nouit quam caelum et terram, quae per sui corporis oculos nouit.

Omitto dicere, quia illud eius, quod etiam pecora habere intelleguntur uel caeli uolatilia, cum habitacula sua seu nidos repetunt, quo capiuntur imagines omnium rerum corporalium, nullo modo cuiquam corpori simile est; et utique hoc potius corpori esse simile deberet, ubi corporearum rerum similitudines continentur. at si hoc corpus non est, quia certum est eas similitudines corporum illic non solum memoriter detineri, uerum etiam innumerabiles pro arbitrio figurari, quanto minus alia qualibet ui sua corpori esse anima similis potest!

Si autem corpus esse dicunt alia qualibet notione omne

1 tale aliquid *bd* occurret *S* nescire (i *ex e m.* 1) *E* 2 posset *b* agnoscat *b* inquiret *S* 3 querit *PR* querat *PR* non posset (non *add. m. 2 s. l.*) *E* 4 a] de *S om.* *E* ipsam *E* 5 querentem *PR* sentique (e *pr. ex i*) *R* 6 sequerentem (*ita con.*) *RS* querentem *P* 7 ergo—nouit *om. P¹R* tota *b* alint *P* 8 tota *E¹* sequerit (*con.*) *R* querentem *R* 9 neque enim si nesciret se scire se sed hoc *sqg. b* posse *S* quaerentem] quaerendum *S* querentem *R* 10 scire se] scire *S* hic *bd* 11 desinat (*g eras*) *R* 12 esset (se *s. l. m.* 1) *E* 13 tale *S* 18 et *om. E¹* 19 simile esse *bd* 20 at] ad *S ac b* quia certum est *om. PR¹* 22 deteneri *SR¹* 23 qua-libet *R* ui sua] ut sua *PR¹* uisu acorpori (*sic con.*) *S* 25 natione *R*

quod est, id est omnem naturam atque substantiam, non quidem admittenda est ista locutio, ne non inueniamus, quomodo loquentes ea, quae corpora non sunt, a corporibus distinguamus; non tamen nimis est de nomine laborandum. nam
 5 et nos dicimus, quicquid anima est, non esse horum quattuor notissimorum elementorum, quae manifesta sunt corpora, sed neque hoc esse, quod deus est. quid sit autem, non dicitur melius quam anima uel spiritus uitae. ideo enim additur „uitae“, quia et iste aer plerumque dicitur spiritus.
 10 quamquam et animam eundem aerem appellauerunt, ut iam non possit inueniri nomen, quo proprie distinguatur ista natura, quae nec corpus nec deus est nec uita sine sensu, qualis potest credi in arboribus, nec uita sine rationali mente, qualis est in pecoribus, sed uita nunc minor quam angelorum,
 15 et futura, quod angelorum, si ex praecepto sui creatoris hic uixerit.

Unde sit autem, id est de qua uelut materie facta sit uel de qua perfecta beataque natura defluerit uel utrum omnino ex nihilo facta sit, etiamsi dubitatur et quaeritur, illud tamen
 20 minime dubitandum est et, si aliquid antea fuit, a deo factum esse, quod fuit, et eam nunc a deo factam, ut anima uiua sit; aut enim nihil fuit aut hoc, quod est, non fuit. sed illam partem, qua quaerebamus quasi eius materiem unde facta sit, iam satis tractauimus.

22. Nunc, si omnino non fuit, quaerendum est, quomodo possit intellegi, quod causalis eius ratio fuisse dicebatur in primis sex dierum operibus dei, quando fecit deus hominem ad maginem suam, quod nisi secundum animam non recte

2 ammittenda PR locutio ne] locutione SR¹ 3 ea quae] eaq; R
 4 nomine (o in ras.) S cap. XXVI E 5 quicquid E²RS 7 non
 s. l. m. 1 R 9 plerumquae P 11 inuenire S quod S pro-
 priae PRS 15 p̄cepto (p̄ s l. m. 1) R hic om. S 17 materiae ERS
 materiae (a exp. m. 1) P materia bd 18 perfecta] uelut perfecta b
 19 etiamsi] etiamsi** (ub eras.) R etiam b 20 ante aliquid S 21 fac-
 tum R 22 cum pr. aut incipit cap. XXVII E 23 qua] quam PR¹
 26 fuisse (e in ras.) R 27 deus in ras. P om. b 28 recte S

intellegitur. uerendum est autem, ne, cum dicimus non ipsas
 tunc naturas atque substantias, quae futurae fuerant, deum
 creauisse, dum crearet omnia simul, sed earum futurarum
 causales quasdam rationes, putemur inania quaedam dicere. 5
 quae sunt enim istae causales rationes, secundum quas posset
 iam dici deus fecisse hominem ad imaginem suam, cuius
 corpus nondum de limo finxerat, cui nondum animam flando
 fecerat? et corporis quidem humani etiamsi fuit aliqua occulta
 ratio, qua futurum erat, ut formaretur, erat et materies, de
 qua formaretur, id est terra, in qua uideri potest illa ratio 10
 uelut in semine latuisse; animae autem faciendae, id est
 flatum faciendi, qui esset anima hominis, quae ibi ratio
 causalis primitus condita est, cum diceret deus: faciamus
 hominem ad imaginem et similitudinem nostram —
 quod nisi secundum animam recte intellegi non potest —, 15
 si nulla erat natura, ubi conderetur?

Si enim haec ratio in deo erat, non in creatura, nondum
 ergo erat condita. quomodo ergo dictum est: fecit deus
 hominem ad imaginem dei? si autem iam in creatura
 erat, hoc est in his, quae simul omnia creauerat deus, 20
 in qua creatura erat? utrum spiritali, an corporali? si
 spiritali, agebatne aliquid in corporibus mundi, seu cae-
 lestibus seu terrestribus? et in ea erat hoc uacans ante-
 quam homo in sua natura propria conderetur, sicut in ipso
 homine iam propriam ducente uitam latenter otioseque inest 25
 ratio generandi, quae non operatur nisi per concubitum atque

18 Gen. 1, 26 18 Gen. 1, 27

3 creasse *R*¹*bd* 4 putemus *b* 5 enim] autem *b* quos *PR*¹
 7 anima *PR* afflando *P* afflando (af *eras.*) *R* afflando *bd* 9 erat
 ante et om. *b* erat—formaretur in *mg.* add. m. 1 *R* 12 flatus *d*
 15 nisi] si *P* nisi (ni s. l. m. 1) *R* recte *S* non om. *b*
 17 cap. XXVIII *E* 20 iis *d* 21 post erat *repetuntur uerba*
uers. 20. 21: hoc—erat *S* 22 mundi* (s *eras.*) *R* 23 et] an *d*
 haec *d* 24 condiretur *PR*¹ 25 propriam (m s. l. m. 1) *E* oti-
 osaeque *R*

conceptum. an et illa creatura spiritalis, in qua latenter erat haec ratio, nihil agebat sui operis? et ut quid creata erat? an ut contineret rationem futurae animae humanae uel futurarum animarum, tamquam in se ipsis esse non possent, sed in aliqua
 5 creatura uita propria iam uiuente, sicut generandi ratio non potest esse nisi in aliquibus iam existentibus perfectisque naturis? parens ergo animae instituta est aliqua creatura spiritalis, in qua sit ratio futurae animae, quae non inde existat, nisi cum eam deus homini inspirandam facit. neque enim et
 10 ex homine fetum uel seminis uel ipsius iam prolis creat et format nisi deus per sapientiam adtingentem ubique propter suam munditiam, ita ut nihil inquinatum in eam incurrat, dum pertendit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suauiter. sed nescio, quemadmodum possit intellegi ad hoc
 15 tantum creatam nescio quam creaturam spiritalem, quae in dei conditionibus per illos sex dies factis non commemoraretur, cum deus hominem sexto die fecisse dictus est, quem nondum in propria natura fecerat, sed adhuc ratione causali in illa creatura, quae commemorata non est. magis enim debuit ipsa
 20 commemorari, quae sic consummata erat, ut non adhuc esset secundum suae praecedentem rationem facienda.

23. An forte in illius diei natura, quem primitus condidit, si spiritus intellectualis dies ille recte accipitur, hanc faciendae animae causalem rationem deus inseruit, cum sexto die fecit
 25 hominem ad imaginem suam, causam scilicet rationemque praefigens, secundum quam eum post illos septem dies faceret,

11 cf. Sap. 7, 24. 25 13 cf. Sap. 8, 1

1 et] quia b illa] illa natura bd, (in mg. addunt, cum in contextu
 omitant uocem natura) PR creaturae bd 2 ratio] creatio Rb
 4 possent (n s. l. m. 1) E 5 propria uita Rbd uiuente S 6 exi-
 stentibus R 7 ergo] uero S 9 et s. l. m. 1 S 10 homine* (m eras.) P
 fetum] factum PR¹ creat (rea in ras.) P 12 mundiciam R 14 quem-
 ammodum EP 16 commemorentur P commemorarentur R commemo-
 ratur S 17 nondū (dū s. l. m. 1) R 20 consummata] commemorata S
 22 cap. XXVIII E in om. S 23 illa S recte S faciente S
 25 rationemque] et rationem S

ut uidelicet corporis eius causalem rationem in natura terrae, animae autem in natura illius diei creasse credatur? sed quid aliud dicitur, cum hoc dicitur, nisi angelicum spiritum quasi parentem esse animae humanae, si sic in illo inest animae humanae creandae praecondita ratio, sicut in homine futurae 5 prolis suae, ut corporum quidem humanorum parentes homines sint, animarum autem angeli, creator uero et corporum et animarum deus, sed corporum ex hominibus, animarum ex angelis, aut prioris corporis ex terra et prioris animae ex angelica natura, ubi rationes eorum causales praefixerat, quando 10 primitus fecit hominem in his. quae simul omnia creauit, deinceps uero iam homines ex hominibus, corpus ex corpore, animam ex anima! durum est hoc angeli aut angelorum filiam dicere esse animam, sed multo durius caeli corporei; quanto magis ergo maris et terrae! multo minus igitur in aliqua 15 corporali creatura causalis animae ratio praecondita est, cum faceret deus hominem ad imaginem suam, antequam eum suo tempore de limo formatum flatu animaret. si absurde creditur animam causaliter in natura angelica condidisse.

24. Illud ergo uideamus, utrum forsitan uerum esse possit, 20 quod certe humanae opinioni tolerabilius mihi uidetur, deum in illis primis operibus, quae simul omnia creauit, animam etiam humanam creasse, quam suo tempore membris ex limo formati corporis inspiraret: cuius corporis in illis simul conditis rebus rationem creasse causaliter, secundum quam fieret, 25 cum faciendum esset, corpus humanum. nam neque illud,

20 cf. De ciuit. dei lib. XII 24

2 illius] ipsius *S* 3 cum hoc dicitur *om. E¹, in mg. addit. m. 1 R*
 4 ad uocem humanae adnotatur in *mg. m. 1* creande *S* inest] inest
 (in *s. l. m. 1*) *E* est *S* 5 humanae *om. ES* creandae *om. S*
 homin-efuturae *P* 6 quidam *S* humanarum *S* 7 sint] *om. EFSb*
 autem *om. S* et animarum et corporum *PRSBd* 11 his] iis *d*
 13 animam] anima *PR* cum uoce durum *incip. cap. XXX E* angeli]
 angelicam *S* 15 aliqua *PR¹* 19 animamam *E* 20 posset *b* 21 certe *S*
 humane *PR¹* opinione *R* tolerauilius *PR¹* 25 creasset *bd*
 26 esse *PR¹*

quod dictum est „ad imaginem suam“, nisi in anima neque illud, quod dictum est „masculum et feminam“, nisi in corpore recte intellegimus. credatur ergo, si nulla scripturarum auctoritas seu ueritatis ratio contradicit, hominem ita factum
 5 sexto die, ut corporis quidem humani ratio causalis in elementis mundi, anima uero iam ipsa crearetur, sicut primitus conditus est dies, et creata lateret in operibus dei, donec eam suo tempore sufflando, hoc est inspirando, formato ex limo corpori insereret.

10 25. Sed hic rursus non spernenda oritur quaestio. si enim iam facta erat anima et latebat, ubi ei posset esse melius quam ibi? quid ergo fuit causae, ut anima innocenter uiuens insereretur uitae huius carnis, in qua peccando ipsum, qui
 15 eam creauit, offenderet, unde eam merito sequeretur laboris aerumna damnationisque cruciatus? an illud dicendum est, quod ad corpus administrandum uoluntate propria fuerit inclinata, in qua uita corporis, quoniam et iuste et inique uiui potest, quod eligeret hoc haberet, uel praemium de iustitia uel de iniquitate subplicium, ut nec illi apostolicae sententiae
 20 sit contrarium, qua dicit nondum natos nihil egisse boni seu mali? illa quippe inclinatio uoluntatis ad corpus nondum est actio uel iustitiae uel iniquitatis, de qua ratio reddenda est in iudicio dei recepturo unoquoque secundum ea, quae per corpus gessit, siue bonum siue malum. cur ergo non iam
 25 et illud credatur, quod dei nutu ad corpus uenerit, ubi, si uellet secundum eius praeceptum agere, mercedem acciperet uitae aeternae atque angelorum societatis; si autem contem-

20 cf. Rom. 9, 11 23 cf. II Cor. 5, 10

1 in s. l. m. 1 R 3 scribaturarum E¹P 4 seu (u s. l. m. 1) E
 8 sufflando E¹S 10 cap. XXXI E hinc S questio S 11 possit PR¹
 12 cause S 13 carni b 14 laboris aerumna] laboriosa earum S
 15 erumna E damnationis quae R 16 fuerat S 17 iustae R iniquae S
 18 elegeret P elegerit R¹b 19 suplicium E 20 nondam P¹R¹ seu] aut S
 23 unicuique b eaq; R per s. l. m. 1 S 24 quur P 25 nutu (n
 er.) E 26 praeceptum eius bd mercedem P 27 societatem S^b societatis R contemneret (t fm. s. l. m. 1) E contemnerit R¹ contemneret S

neret, poenas iustissimas lueret siue laboris diuturni siue ignis aeterni? an, quia hoc ipsum, deo uolenti obtemperasse, iam utique actio bona est, et erit contrarium nondum natos nihil egisse uel boni uel mali?

26. Quae si ita sunt, fatebimur etiam non in eo rerum 5
 genere animam primitus creatam, ut esset praescia futuri operis sui uel iusti uel iniqui. nimis quippe incredibile est eam potuisse propria uoluntate inclinari ad corporis uitam, si se ita in quibusdam peccaturam esse praesciret, ut iuste subplicio perpetuo puniretur. iuste sane creator laudatur in 10
 omnibus, qui fecit omnia bona ualde. neque enim ex his tantum laudandus est, quibus praescientiam dedit, cum recte laudetur etiam, quia pecora creauit, quibus est natura humana praestantior etiam in ipsis peccantibus. natura quippe hominis ex deo est, non iniquitas, qua se ipse inuoluit male 15
 utendo libero arbitrio: quod tamen si non haberet, in natura rerum minus excelleret. cogitandus est quippe homo iuste uiuens etiam non praescius futurorum et ibi uidendum est, excellentia uoluntatis bonae quam non impediatur ad recte uiuendum et deo placendum, quod ignarus futuri uiuit ex 20
 fide. huiusmodi ergo creaturam quisquis esse nollet in rebus, contradicit dei bonitati; quisquis autem poenas eam non uult luere pro peccatis, inimicus est aequitati.

27. Sed si ad hoc fit anima, ut mittatur in corpus, quaeri potest, utrum, si noluerit, compellatur. sed melius creditur 25
 hoc naturaliter uelle, id est in ea natura creari, ut uelit,

2 optemperasse S 3 bona est R¹ est et erit contrarium] (xtiterit et sit contrarium b nondum (u sup. a superscr. m. 1) P nondam R 5 fatemur E¹ eo rerum] eo rerum (exp. m. 1) P eorum RS 8 inclinare (e fin. sup. i superscr.) P inclinare R¹ 9 peccaturam R esse om. PRbd iustae R 10 suplicio E poniretur P iustae PRS laudatur R¹ 11 qui] quae bd ualde bona S iis d 12 recte S 13 lauderetur S peccora S quibus P 14 praestantior E ipsis (i init. s. l. m. 1) R 15 qua se] quasi R¹ 17 quippe est bd iustae S 18 praescius] praesciens praescius PR¹ 19 qua b recte RS 20 uiuendum (med. u ex d) est excellentia sqq. repetita ex antecedentibus S uiuet S 22 eam E¹ 23 equitati S 24 cap. XXXII E

sicut naturale nobis est uelle uiuere; male autem uiuere iam non est naturae, sed peruersae uoluntatis, quam iuste poena consequitur.

Frustra ergo iam quaeritur, ex qua ueluti materie facta sit anima, si recte intellegi potest in primis illis operibus facta, cum factus est dies; sicut enim illa, quae non erant, facta sunt, sic et haec inter illa. quodsi et materies aliqua formabilis fuit, et corporalis et spiritalis — non tamen et ipsa instituta nisi a deo, ex quo sunt omnia — quae quidem formationem suam non tempore, sed origine praecederet, sicut uox cantum, quid nisi de materia spiritali facta anima congruentius creditur?

28. Si autem aliquis non uult eam existimare factam, nisi cum formato corpori est inspirata, uideat, quid respondeat, cum quaeritur, unde facta sit. aut enim ex nihilo dicturus est deum aliquid fecisse uel facere post illam consummationem operum suorum et debet intueri, quomodo explicet sexto die factum hominem ad imaginem dei — quod nisi secundum animam recte intellegi non postet —, id est in qua natura causalis ratio facta fuerit eius rei, quae nondum fuit, aut non de nihilo, sed de aliquo iam existente factam dicet animam et laborabit inquirendo, quaenam illa natura sit, utrum corporalis an spiritalis, secundum eas quaestiones, quas superius uersauimus, manente illa quoque molestia, ut adhuc quaeratur, in qua substantia creaturarum in sex diebus primitus conditarum causalem illam rationem fecerit animae, quam nondum uel de nihilo uel de aliquo fecerat.

1 uiuere *om.* *R*¹ male autem uiuere *om.* *P*¹ non δ iã *b* 2 peruerse *P* iustae *PS* poenam *PR*¹ 3 consequetur (*sed sup. fin. e superscr. m. 1 i*) *P* 4 *cap.* XXXIII *E* uelut *P* materiae *E* materiae *PSb* 5 rectae *RS* 10 praecideret *P* 11 quid] et quid *b* 14 cum] tam *P* cum *in ras.* *R* cum iam *bd* 16 consummationem *E* 19 recti *P* 20 que *PR* 21 existentem *P* existenti *b* dicit *Rb* 22 laborauit *E*¹*PR*¹ inquirendo *E*¹ in quaerendo *PS* inquerendo *R* utrum] an *Sbd* 23 questiones *S* 24 uersaminus *P* uersauimus *in ras.* *R* modestia *R*¹ 27 uel de nihilo] de nihilo *PR*¹*bd*

Quam si eo modo deuitare uoluerit, ut dicat sexto die
 etiam de limo factum esse hominem, sed hoc recapitulando
 postea commemoratum, uideat de muliere quid dicat, quia,
 masculum et feminam, dixit, fecit eos et benedixit
 eos. quodsi et ipsam eo die factam esse de uiri osse re- 5
 sponderit, adtendat, quomodo adserat sexto die facta uolatilia,
 quae adducta sunt ad Adam, cum scriptura omne genus uo-
 latilium quinto die creatum ex aquis insinuet, item sexto die
 ligna etiam quae in paradiso plantata sunt, cum eadem
 scriptura hoc creaturae genus tertio diei tribuerit. ipsa etiam 10
 uerba consideret, quid sit: eiecit adhuc de terra omne
 lignum pulchrum ad aspectum et bonum ad escam,
 tamquam illa, quae tertio die terra eiecerat, non erant pulchra
 ad aspectum et bona ad escam, cum in his essent operibus,
 quae fecit deus omnia bona ualde; quid sit etiam: finxit 15
 deus adhuc de terra omnes bestias agri et omnia
 uolatilia caeli; tamquam illa non fuerint omnia, quae primo
 producta erant, uel potius nulla ante producta erant. neque
 enim dictum est: et finxit deus adhuc de terra ceteras 20
 bestias agri et cetera uolatilia caeli, quasi quae minus uel
 terra sexto die uel aqua quinto die produxerit, sed omnes
 bestias, inquit, et omnia uolatilia. necnon et illud cogitet,
 quemadmodum deus et sex diebus fecerit omnia: primo ipsum
 diem, secundo firmamentum, tertio speciem maris et terrae
 atque ex terra herbam et ligna, quarto luminaria et sidera, 25
 quinto aquarum animalia, sexto terrae, et postea dicatur:

4 Gen. 1, 27. 28 11 Gen. 2, 9 15 Gen. 2, 19

1 debitare *E*¹ diae *R* diae (a *exp. m. 1*) *P* 3 commemoratam *R*
 quia (i s. l. m. 1) *R* 5 factum *R*¹ 7 scribituram *P* 9 etiam] et
 facta *b* sint *S* 10 scribituram *P* ipsam *E* 11 consideret (e *fm.*
in ras.) *R* omnem *E*¹ 12 aspectu *E*¹ 16 deus *om. b* 18 nulla
post erant *pos. b* 20 cetera *in ras. m. 2* *R* uel] et *S*
 21 sexto die] sexto *PRsbd* produxit *S* 22 uestias *E*¹ in-
 quid *E*¹*P* illut *P* 23 quemammodum *PR* 25 lignam *P*
 lignu *b* quarto] quarto et *S* 26 *supra* terrae *addid. m. 2* scilicet
 animalia *E*

cum factus est dies, fecit deus caelum et terram et omne uiride agri, quandoquidem, cum factus est dies, non fecit nisi ipsum diem; quomodo etiam omne uiride agri fecerit, antequam esset super terram, et omne fenum, antequam
 5 exoreretur; tunc enim factum, cum exortum est, non, antequam exoreretur, quis non diceret, nisi scripturae uerba reuocarent? meminere etiam scriptum esse: qui uiuit in aeternum, creauit omnia simul, et uideat, quemadmodum simul creata dici possint, quorum creatio spatiis temporalibus distat,
 10 non horarum tantum, sed etiam dierum. curet quoque ostendere, quomodo utrumque sit uerum, quod contrarium uideri potest, et deum in die septimo ob omnibus operibus suis requiescisse, quod Geneseos liber dicit, et usque nunc eum operari, quod dominus dicit. respiciat etiam quae dicta sunt
 15 consummata, quomodo eadem dicta sint inchoata.

His enim omnibus diuinae scripturae testimoniis, quam esse ueracem nemo dubitat nisi infidelis aut impius, ad illam sententiam ducti sumus, ut diceremus deum ab exordio saeculi primum simul omnia creauisse, quaedam conditis iam ipsis
 20 naturis, quaedam praeconditis causis; sicut non solum praesentia, uerum etiam futura fecit omnipotens et ab eis factis requieuit, ut eorum deinceps administratione atque regimine crearet etiam ordines temporum et temporalium, quia et consummauerat ea propter omnium generum terminationem et
 25 inchoauerat propter saeculorum propagationem, ut propter con-

1 Gen. 2, 4, 5 5 cf. Gen. 2, 5 7 Eccli. 18, 1 12 cf. Gen. 2, 2 13 cf. Ioh. 5, 17

1 prius et om. P, s. l. m. 2 add. R 4 fenum (faenum R omne PRbd 5 exoriretur RSbd tunc—exoreretur in mg. m. 1 R
 6 exoriretur RSbd scripturae EP 7 meminere PR¹ scriptum EP
 in s. l. m. 1 R 8 quemadmodum E 9 creato R¹ adici E
 10 horarum] horrum P 13 geneseos E¹ geni,seos (e eras.) P 15 sunt S
 16 scripturae EP testimoniis (is ex um m. 1) E 17 impius E
 19 iam conditis b 20 sic ut b 21 omnia potens Pb et om. S
 22 requieuit R ut] et PR^{1b} amministrazione E²PR 23 quia
 qui PRbd consummauerit Rb 25 inchoauerit b

summata requiesceret. propter inchoata usque nunc operaretur. sed si possunt haec melius intellegi, non solum non resisto, uerum etiam faueo.

Nunc tamen de anima, quam deus inspirauit homini sufflando in eius faciem, nihil confirmo, nisi quia ex deo sic est, ut non sit substantia dei et sit incorporea. id est non sit corpus, sed spiritus, non de substantia dei genitus nec de substantia dei procedens, sed factus a deo, nec ita factus, ut in eius naturam natura ulla corporis uel irrationalis animae uerteretur, ac per hoc de nihilo; et quod sit immortalis secundum quendam uitae modum, quem nullo modo potest amittere; secundum quandam uero mutabilitatem, qua potest uel deterior uel melior fieri, non inmerito etiam mortalis possit intellegi, quoniam ueram immortalitatem solus ille habet, de quo proprie dictum est: qui solus habet immortalitatem. cetera, quae in hoc libro locutus sum disceptando, ad hoc ualeant legenti, ut aut nouerit, quemadmodum sine adfirmandi temeritate quaerenda sint, quae non aperte scriptura loquitur, aut, si ei quaerendi modus iste non placet, quemadmodum ipse quaesiuerit sciam, ut, si me potest docere, non abnuam, si autem non potest, a quo ambo discamus necum requirat.

15 I Tim. 6, 16

1 propter] et propter *Rd* operetur *R^{bd}* 2 non ante resisto *s. l. m. 1 E* 3 faueo *E^a* 4 sufflando *E* 5 nisi *om E¹* 6 med. sit] sic *b* 8 nec] et *C* in *s. l. m. 1 R* 9 irracionales *R* anima *S* 10 nichilo *P* 11 modū *ex modo m. 1 R* modum—nullo *om. P^a* quem—modo *om. R* amittere *R* secundum quandam *s. l. m. 1 R* 12 quēdā *b* potest (*tes s. l. m. 1 R*) deterior fieri uel melior *S* 13 fieri *om. S* non] ut non *b* 14 propriae *PRS* 15 cum uoce cetera *incipit cap. XXXIII E* 16 disceptando locutus sum *PRSbd* legenti (*ti sup. di superscr. m. 1 R*) 17 nouerint (*n exp. m. 1 S*) quemadmodum *E* 18 aut] ut *R* 19 istę *C* quemadmodum *E* quaesiuerit (*s. l. add. m. 2 at r1 E*) quaesiuerim *PRSbd* 20 sciam (*s. l. add. m. 2 at at E*) sciat *PRSbd* abnuam (*s. l. add. m. 2 at at E*) abnuat *PRSbd* 21 *Exp1* liber septimus incipiunt capitula libri octauī feliciter *fol. 118 E* *Explicit* liber septimus (*litt. mai. col.*) *fol. 178^b P* *Explicit* liber septimus (*litt. mai.*) *fol. 141^b R* *Explicit* liber VII (septimus *C*) *Incipit* lib VIII (octauus *C*) (*litt. mai. rubr.*) *pag. 193^a S fol. 60^b C*

LIBER OCTAUS.

1. Et plantavit deus paradisum in Eden ad orientem et posuit ibi hominem quem finxit. non ignoro de paradiso multos multa dixisse; tres tamen de hac re quasi generales sunt sententiae. una eorum, qui tantummodo corporaliter paradisum intellegi uolunt, alia eorum, qui spiritaliter tantum, tertia eorum, qui utroque modo paradisum accipiunt, alias corporaliter, alias autem spiritaliter. breuiter ergo ut dicam, tertiam mihi fateor placere sententiam. secundum hanc suscepimus nunc loqui de paradiso, quod dominus donare dignabitur. ut homo factus e limo — quod utique corpus humanum est — in paradiso corporali conlocatus intellegatur, ut, quemadmodum ipse Adam, etsi aliquid aliud significat secundum id, quod eum formam futuri esse dixit apostolus, homo tamen in natura propria expressus accipitur, qui uixit certo numero annorum et propagata numerosa prole mortuus est, sicut moriuntur et ceteri homines, etsi non sicut ceteri ex parentibus natus, sed sicut primitus oportebat ex terra factus est, ita et paradiso, in quo cum conlocauit deus, nihil aliud quam locus quidam intellegatur terrae scilicet, ubi habitaret homo terrenus.

Narratio quippe in his libris non genere locutionis figurarum rerum est sicut in Cantico canticorum, sed omnino gestarum est sicut in Regnorum libris et huiuscemodi ceteris.

2 Gen. 2, 8 14 cf. Rom. 5, 14

1 Explicuerunt capitula in lib octabus fol. 114 E Incipit liber VIII-
genesis ad littera (*litt. mai. rubr.*) fol. 179 P Incipit liber VIII genesis
ad litteram (*litt. mai.*) fol. 142 R 2 edem E^b aedem S 3 hominem
ibi E; cf. 233, 25 4 de s. l. m. 1 R ha^o (corr. m. 1) R quasi
om. S 12 corporali (co in ras.) P conlocatus E¹ quemadmodum P
quaemadmodum R 14 dixit esse Sbd 15 expressus PR accipi-
atur (alt. a s. l. m. 1) R 16 propagato S propetrato R¹ 17 et
om. PRSbd ceteri SC 18 sed in ras. m. 2 R om. b sicut om. Rb
oportebat] ut oportebat b 19 conlocauit E¹ 20 terrae] terra PRSCbd
(s. l. add. m. 2 ad ra) E 22 genere (ere in ras.) R 24 gestum R
est om. d

sed quia illic ea dicuntur, quae uitae humanae usus notissimus habet, non difficile, immo promptissime primitus accipiuntur ad litteram, ut deinde ex illis quid etiam futurorum res ipsae gestae significauerint exculpatur; hic autem, quia ea dicuntur, quae usitatum naturae cursum intuentibus non 5 occurrant, nolunt ea quidam proprie, sed figurate dicta intellegi atque ex illo loco uolunt incipere historiam, id est rerum proprie gestarum narrationem, ex quo dimissi de paradiso Adam et Eua conuenerunt atque genuerunt. quasi uero usitatum nobis sit, uel quod tot annos uixerunt uel quod Enoch trans- 10 latus est uel quod et grandaeva et sterilis peperit et cetera eiusmodi.

Sed alia est, inquit, narratio factorum mirabilium, alia institutarum creaturarum; illic enim ea ipsa insolita ostendunt alios esse tamquam naturales modos rerum, alios miraculorum 15 — quae magnalia nominantur — hic autem ipsa insinuatur institutio naturarum. quibus respondetur: sed ideo insolita et ipsa, quia prima. nam quid tam sine exemplo et sine pari facto in rerum mundanarum constitutione quam mundus? num ideo credendum non est deum fecisse mundum, quia iam non 20 facit mundos, aut non fecisse solem, quia iam non facit soles? et hoc quidem non de paradiso, sed de ipso homine permotis debuit responderi; nunc uero, cum ipsum sic credant a deo factum, sicut alius nullus factus est, cur paradisum no-

1 notissimos *RS* 2 promptissime *Rbd* promptissimae *S* 3 ut deinde] unde (n ex d) *S* 4 ipsa *S* ipse *C* egestae *S* exculpantur *S* exculpatur *d* hinc *Sb* quia (a s. l. m. 1) *R* 5 ante quae *ras. S* litt. *R* usitato *b* cursu *b* 6 nolunt (t s. l. m. 1) *E* quidē *b* propriae *PRSC* figuratę *E* figuratę *RS* 7 storiā *E¹* rerum *om. S* 8 propriae *PRS* dimisi *S¹* demissi *b* 9 eua *C* conuenerint *E¹* 10 sit nobis *S* uixerant *PR¹C* enoc *E¹* aenoc *P* enoc *RC* 11 et *om. S* grandaeva *EPRSC* sterelis *PR* 12 huiusmodi *RSCd* huiusmodi *b* 17 instituta *S* respondeatur *SC* responditur *P* et *om. S* 18 *pr. sine s. l. m. 1 R* 19 num] Numquid *b* 21 facit] fecit *R^{1b}* mundus *PR¹* mundos—facit *in mg. inf. m. 1 S* fecit *R^{1b}* facit iam *S*; sed iam suo loco pos. eras. 22 permotus *b* 24 nullus alius *C* quur (*alt u s. l. m. 1*) *E,R*

lunt ita factum credere, quemadmodum nunc uident siluas fieri?

Ad eos quippe loquor, qui auctoritatem harum litterarum sequuntur; eorum enim quidam non proprie, sed figurate
 5 paradisum intellegi uolunt. nam qui omnino aduersantur his litteris, alias cum eis atque aliter egimus, quamquam et haec in hoc ipso opere nostro, quantum ualemus, ita defendamus ad litteram, ut, qui non rationabiliter moti propter animum peruicacem uel hebetem credere ista detrectant, nullam tamen
 10 inueniant rationem, unde falsa esse conuincant. uerum isti nostri, qui fidem habent his diuinis libris et nolunt paradisum ad proprietatem litterae intellegi, locum scilicet amoenissimum, fructuosis nemoribus opacatum eundemque magnum et magno fonte fecundum, cum uideant nulla humana opera tot ac tanta
 15 uirecta siluescere occulto opere dei, miror, quemadmodum credant ipsum hominem ita factum, quemadmodum numquam uiderunt. aut si et ipse figurate intellegendus est, quis genuit Cain et Abel et Seth? an et ipsi figurate tantum fuerunt, non etiam homines ex hominibus nati? de proximo ergo ad-
 20 tendant istam praesumptionem quo tendat et contentur nobiscum cuncta primitus, quae gesta narrantur, in expressionem proprietatis accipere. quis enim eis postea non faueat intellegendis, quid ista etiam figurata significatione commoneant, siue ipsarum spiritalium naturarum uel adfectionum siue rerum

6 de Genesi contra Manichaeos lib. II

1 quemammodum *E* 3 auctoritate *P* 4 sequuntur (*alt. u s. l. m.*
 1) *E* secuntur *S* propriae *RS* figuratae *E* figurate *R* 7 quantum
 (*fuit. quantum*) *P* 9 hebetem *R* detractant *b* 10 falsam *Sb*
 12 intellegi *om. b* amenissimum *EC* 13 eundemque *P* magnum *R*¹
 14 fontem *P* fecundum] secundum *P* fecundum *R* fecundat *SC*
 opera] operatione *SC* ac *om. E*¹ 15 uirecta *bd* siluestre *b*
 quemammodum *E* 16 credunt *RSCbd* 17 figurate *S* quis (*s in*
mg. add. m. 1) *P* 18 Seth] sed *R* an] Aut *b* figuratae *E*
 figuratae** (*ae eras.*) *R* figurae (*e C*)*SC* 19 attendant *E*¹*S* adten-
 dat *P* attendant (*n fn. s. l. m. 1*) *R* 20 praesumptionem *PRSCbd*
 tendant *C* 21 expressione *Eb* expraessionem *P* 24 naturarum (*pr. u*
s. l. m. 1) *R* affectionum *E* siue] ue *S*

etiam futurarum? sane si nullo modo possent salua fide ueritatis ea, quae corporaliter hic nominata sunt, etiam corporaliter accipi, quid aliud remaneret, nisi ut ea potius figurate dicta intellegeremus, quam scripturam sanctam impie culparemus? porro autem, si non solum non impediunt, uerum etiam solidius adserunt diuini eloqui narrationem haec etiam corporaliter intellecta, nemo erit, ut opinor, tam infideliter pertinax, qui cum ea secundum regulam fidei exposita proprie uiderit malit in pristina remanere sententia, si forte illi uisa fuerant, nonnisi figurate posse accipi.

2. Nam et ego contra Manichaeos, qui has litteras ueteris testamenti non aliter quam oportet accipiendo errant, sed omnino non accipiendo et detestando blasphemant, duos conscripsi libros recenti tempore conuersionis meae, cito uolens eorum uel confutare deliramenta uel erigere intentionem ad quaerendam in litteris, quas oderunt, christianam et euangelicam fidem. et quia non mihi tunc occurrebant omnia quemadmodum proprie possent accipi magisque non posse uidebantur aut uix posse atque difficile, ne retardarer, quid figurate significarent, ea quae ad litteram inuenire non potui, quanta ualui breuitate ac perspicuitate explicauit, ne uel multa lectione uel disputationis obscuritate deterriti in manus ea sumere non curarent. memor tamen quid maxime uoluerim nec poterim, ut non figurate sed proprie primitus cuncta intellegerentur, nec omnino desperans etiam sic posse intellegi id ipsum in prima parte secundi libri ita posui. sane, inquam, quisquis

26 de Gen. c. Man. II 2

1 possint *S* 2 eaq; *R*¹ corporaliter etiam *bd* 3 figuratae (a *exp.*
m. 1) *P* figurate *S* 4 intellegiremus *P* scribituram *EP* impie *E*
 6 asserunt *E* eloqui *P* haec] hic *b* 8 propriae *S* 9 remaner&
 (in & uestigia ras.) *R* 10 figuratae *E* figurate *S* 11 *cap.* II *E*
 manicheos *EPRS* 13 conscripsi *E* scripsi *R* 16 querendam *R*
 17 tunc *om.* *R*¹ quemadmodum *E* 18 propriae *S* possint *S*
 magisque *P* posse] possent *PR* uidebantur] accipi uidebantur *PRSbd*
 19 atque] aut *Sbd* 20 significaretur *S* non potui inuenire *bd* 21 ac] et *d*
 praespicuitate *S* 22 eas *S* 23 maxime *R* 24 figuratae *ES* pro-
 priae *S* intellegentur (*sic*) *P* 26 ita] sic *S* san-e (a *eras.*) *P*

uoluerit omnia, quae dicta sunt, secundum litteram accipere, id est non aliter intellegere, quam littera sonat, et potest euitare blasphemias et omnia congruentia fidei catholicae praedicare, non solum ei
 5 non est inuidendum, sed praecipuus multumque laudabilis intellectus habendus est. si autem nullus exitus datur, ut pie et digne deo quae scripta sunt intellegantur, nisi figurate atque in aenigmatis proposita ista credamus habentes auctoritatem apostolicam, a quibus tam multa de libris ueteris testamenti soluuntur aenigmata, modum, quem intendimus, teneamus adiuuante illo, qui nos petere, quaerere et pulsare adhortatur, ut omnes istas figuras rerum secundum catholicam fidem, siue quae ad historiam
 15 siue quae ad prophetiam pertinent, explicemus non praeiudicantes meliori diligentiorique tractatui siue per nos siue per alios, quibus dominus reuelare dignatur. haec tunc dixi. nunc autem quia uoluit dominus, ut ea diligentius intuens atque considerans non frustra, quantum opinor, extimarem etiam per me posse secundum propriam, non secundum allegoricam locutionem haec scripta esse monstrari, sicut ea, quae superius uoluimus ostendere, sic etiam quae sequuntur de paradiso perscrutemur.

3. Plantauit ergo deus paradysum in deliciis — hoc
 25 est enim in Eden — ad orientem et posuit ibi homi-

12 cf. Matth. 7, 7 24 Gen. 2, 8

2 intellegere *P* 3 blasphemias (i s. l. m. 1) *S* 5 inuidendam *P*
 praecipuus *S* multumque] multum *PR* 6 intellectus *R*^b; in *mg.*
add. b a] intellectus 7 de deo *S* scribita *EP* 8 intelleguntur *PR*¹
 figurate *P* atque] et quae *R* enigmatis *E*¹*S* aenigmatibus *Rbd*
 9 ista] ita *R* apostolicam *S* 10 quibus tam] quibusdam *S* 11 enigmata *E* intendamus *R*¹ 12 querere *P* 13 ut (ut *sup.* & *pos. m.* 1 *R*
 14 istoriam *E*¹*S* 15 siue—prophetiam *om.* *S* profetiam *E*¹ 17 dominus *om.* *S* 19 adque *P* 20 estimarem *S* existimarem *PRbd* 21 allegoricam (ri s. l. m. 1) *P* 22 uolumus *PR*¹ ualuimus *Sd* 23 praescrutemur *S* 24 deus *om.* *S* deliciis *R* 25 edem *E*¹ aedem *S*

nem, quem finxerat. sic enim scriptum est, quia sic factum est. deinde recapitulat, ut hoc ipsum, quod breuiter posuit, ostendat quemadmodum factum sit, hoc est quemadmodum paradysum deus plantauerit et illic hominem, quem finxerat, constituerit. sic enim sequitur: et eiecit adhuc deus de terra omne lignum pulchrum ad aspectum et bonum ad escam. non dixit: et eiecit deus de terra aliud lignum uel ceterum lignum, sed: eiecit, inquit, adhuc de terra omne lignum pulchrum ad aspectum et bonum ad escam. iam ergo tunc produxerat terra omne lignum et pulchrum ad aspectum et bonum ad escam, hoc est tertio die; nam sexto die dixerat: ecce dedi uobis omne pabulum seminale seminans semen, quod est super omnem terram, et omne lignum fructiferum, quod habet in se fructum seminis seminalis, quod erit uobis ad escam. num ergo aliud eis tunc dedit, aliud nunc dare uoluit? non opinor. sed cum ex his generibus sint ista ligna instituta in paradiso, quae iam terra tertio die produxerat, adhuc ea produxit in tempore suo, quia tunc scilicet, quod scriptum est ea produxisse terram, causaliter factum erat in terra; hoc est, quia tunc ea producendi uirtutem latenter acceperat, qua uirtute fit, ut etiam nunc talia terra progignat in manifesto atque in tempore suo.

Uerba ergo dei sexto die dicentis: ecce dedi uobis omne pabulum seminale seminans semen, quod est super

5 Gen. 2, 9 12 Gen. 1, 29 24 Gen. 1, 29

1 scribunt *EP* 2 breuiter *E*¹ 3 quemadmodum *E* quemadmodum *E* quemadmodum (quem *s. l. m.* 1) *R* 5 deus adhuc *S* 7 non — *uers.* 10 escam *om.* *S* et *om.* *E*, *s. l. m.* 1 *R* de terra deus *bd* aliud] illud *R*¹ 8 inquit *E*¹*PR* adhuc *om.* *b* 9 omne. (*m. eras.*) *R* ad in *ras. m.* 2 *R* et—escam *om.* *R*¹ 10 ante iam *sqq.* praebentur uerba: iam—escam, ita tamen, ut iam et et ante pulchrum *m.* 2 *s. l.* superscripta et omnia deleta sint *E* et *om.* *S* 11 hoc] id *S* 12 die *P* omnem *P* omne. *R* paululum *E*¹ papulum *P* 15 seminale *R*¹ 16 eis *om.* *S* tunc *om.* *b* dedit. *R* 17 ins]tituta *P* 19 scribunt *EP* 21 producendi. *R* 24 uerbo *b* omnem *P* 25 paululum *E*¹ papulum *P*

omnem terram et cetera non sonabili uel temporali uoce prolata uerba sunt, sed sicut in uerbo eius est creandi potentia; dici autem hominibus, quid sine temporalibus sonis deus dixerit, non nisi per temporales sonos potuit. futurum enim erat, ut homo iam de limo formatus et flatu eius animatus et quidquid ex illo humani generis extitisset uteretur eis ad escam, quae super terram exortura erant ex illa uirtute generandi, quam terra iam acceperat. cuius futuri causales rationes in creatura condens, tamquam iam extitisset, loquebatur interna atque intima ueritate, quam nec oculus uidit nec auris audiuit, sed spiritus eius scribenti utique reuelauit.

4. Illud plane, quod sequitur: et lignum uitae in medio paradiso et lignum scientiae dinoscendi bonum et malum, diligentius considerandum est, ne cogat in allegoriam, ut non ista ligna fuerint, sed aliud aliquid nomine ligni significant. dictum est enim de sapientia: lignum uitae est omnibus amplectentibus eam. uerum tamen cum sit Hierusalem aeterna in caelis, etiam in terra ciuitas, qua illa significaretur, condita est; et Sarra et Agar quamuis duo testamenta significant, erant tamen etiam quaedam mulieres duae; et cum Christus per ligni passionem fluente spiritali nos inriget, erat tamen et petra, quae aquam sitienti populo ligno percussa manauit, de qua diceretur: petra autem erat Christus. aliud quam erant illa omnia significauerunt, sed tamen etiam ipsa corporaliter fuerunt. et quando a narrante commemorata

12 Gen. 2, 9 16 Prou. 3, 18 17 cf. Gal. 4, 26. 24 23 I Cor. 10, 4

2 eius uerbo *bd*; *in mg. add.* *al* uerbū eius *P* est *s. l. m.* 1 *S*
 3 autem] ergo *S* quod *PR*¹ 4 sonus *P* 6 quicquid *E*²*R* 7 exortura (ur *s. l. m.* 1) *R* exortura *S* erat *E* 9 extetissent *P* extetissent (n *s. l. m.* 1) *R* 11 aures *P* utique] hoc *b om.* *R*¹ 12 *cap.*
 III *E* 13 paradyso (o *ex i m.* 1) *E* paradisi *RSbd* dignoscendi *bd*
 14 allegoria *E* 15 ista (a *ex o m.* 1) *E* fuerint (n *s. l. m.* 1) *R*
 significarent (*s. l. add. m.* 2 *al cent*) *E* 16 omnibus amplectentibus] amplectentibus *ES* 17 ierusalem *bd* 19 sara (a *fn. in ras.*) *R, Sbd*
 20 quaedam etiam *E* quaedam etiam *PRd* quaedam *om. b* 21 inriget *E*¹ 22 sicienti *R* 23 manabit *PR*¹ 24 significauerant *E*

sunt, non erat illa figurata locutio, sed earum expressa narratio, quarum erat figurata praecessio. erat ergo et lignum uitae quemadmodum petra Christus, nec sine mysteriis rerum spiritalium corporaliter praesentatis uoluit hominem deus in paradiso uiuere. erat ergo ei in lignis ceteris alimentum, in illo autem sacramentum, quid significans nisi sapientiam, de qua sic dictum est: lignum uitae est amplectentibus eam, quemadmodum de Christo diceretur: petra manans est sitientibus eum? recte quippe appellatur quod ad eum significandum praecessit. ipse est ouis, quae immolatur in pascha; tamen et illud non tantum dicendo figurabatur, sed etiam faciendo. neque enim ouis illa non erat ouis; plane ouis erat et occidebatur et manducabatur. et tamen eo uero facto aliud etiam quiddam figurabatur, non sicut ille uitulus saginatus, qui minore filio reuertente in epulas caesus est. ibi quippe ipsa narratio figurarum est, non rerum figurata significatione gestarum. non enim hoc euangelista, sed ipse dominus narrauit: euangelista uero dominum hoc narrasse narrauit. proinde ergo quod narrauit euangelista etiam factum est, dominum scilicet talia locutum fuisse; ipsius autem domini narratio parabola fuit, de qua numquam exigitur, ut etiam ad litteram facta monstrentur, quae sermone proferuntur. Christus est et lapis unctus a Iacob et lapis reprobatus ab aedificantibus, qui factus est in caput anguli; sed illud etiam in rebus gestis factum est, hoc autem tantum in figuris praedictum. illud

10 cf. Exod. 12, 8—11 12 cf. Luc. 15, 23 23 cf. Gen. 28, 18 24 cf. Ps. 117, 22

1 figurata] figata *P* 2 erat *s. l. P* figurata (i ex u) *R* praecessio (*in mg. add.* aliter praecessio) *P* 3 quemammodum *E* xps (*s ex i*) *P* misteriis (*s fin. s. l. m. 1*) *R* 4 praesentatis *R* 5 ei ergo *P²RSbd* ei *om. P¹* 7 sic *om. PRbd* uita. (*e eras.*) *R* amplectibus *P¹* 8 quemammodum *E* 9 sitientibus *R* eam *bd* rectae *S* 10 pascha *S* 12 facienda *PR* 14 post ille *eras. ille R* 15 minore] minimo *Pb* minore (*ore in ras.*) *R* minori *d* reuertenti *PRbd* aepulas *EPS* cesus *S* 16 significatio *bd* 17 dominus ipse *PRSbd* 18 hoc dominum *bd* 19 ergo *om. PRSbd* aeuangelista *S* 20 scilicet] etiam *b* 21 parabola *S* 22 monstrentur (*n fin. s. l. m. 1*) *S* est] autem est *b* 24 capud *R* 25 predictum *P*

quippe scripsit narrator rerum praeteritarum, hoc praenuntiator tantummodo futurarum.

5. Sic et sapientia, idem ipse Christus, lignum uitae est in paradiso spiritali, quo misit de cruce latronem; creatum
 5 est autem quod eam significaret, lignum uitae etiam in paradiso corporali, quia hoc illa scriptura dixit, quae res suis temporibus gestas narrans et hominem corporaliter factum et in corpore uiuentem ibi constitutum esse narrauit. aut si
 10 quisquam putat animas, cum corpore excesserint, locis corporaliter uisibilibus contineri, cum sint sine corpore, adserat sententiam suam; non deerunt, qui sic faueant, ut illum etiam diuitem sitientem in loco utique corporali fuisse contendat ipsamque animam omnino esse corpoream propter arentem
 15 linguam et stillam aquae de Lazari digito concupitam pronuntiare non dubitent, cum quibus ego de tam magna quaestione nulla temeritate confingo. melius est enim dubitare de occultis quam litigare de incertis. illum quippe diuitem in ardore poenarum et illum pauperem in refrigerio gaudiorum intellegendos esse non dubito. sed quomodo intellegenda sit
 20 illa flamma inferni, ille sinus Abrahae, illa lingua diuitis, ille digitus pauperis, illa sitis tormenti, illa stilla refrigerii, uix fortasse a mansuete quaerentibus, a contentiose autem certantibus numquam inuenitur. cito sane respondendum est, ne nos profunda ista quaestio et multi sermonis indigens tardet.
 25 si corporalibus locis animae continentur, etiam exutae corpo-

4 cf. Luc. 23, 43 14 cf. Luc. 16, 24

1 scripsit *EP* scriptor *Rb* narrator] narratur *P* narrauit *Rb* praeteritarum *P* 3 idem] id est *b* 4 creatum] certum *b* 5 est *s. l. m. 1 R* post autem *lit. 2—3 litter. R* & iam *R¹* 6 scriptura *EP* 7 hominem (mi *in mg. add. m. 2*) *P* 9 corpore] a corpore *RSbd* 10 sit *R* adserat *E* 11 de erunt *R* fabeant *P* 12 sitientem *R* contendat fuisse *S* 13 arentem *S* 14 Lazari (e *utrimque eras.*) *E* 15 dubitant *R¹* 16 questione *S* est *s. l. m. 1 R* 18 poenarum *P* 20 abrahae *R* abrahae *S* 22 querentibus *R* contentiosae *R* autem *om. S* 24 multi *scripsi*: multis *EPRSbd* sermonis *E*: sermonibus *PRsbd* 25 exute *P*

ribus, potuit ille latro in eum introduci paradysum, ubi fuerat corpus primi hominis, ut aptiore scripturarum loco, si ulla necessitas flagitauerit, etiam de hac re quid uel quaeramus uel arbitremur utcumque promamus.

Nunc uero. quod sapientia non sit corpus et ideo nec lignum, nec dubito nec dubitari a quoquam puto; potuisse autem per lignum, id est per corpoream creaturam tamquam sacramento quodam significari sapientiam in paradiso corporali ille credendum non existinat, qui uel tam multa in scripturis rerum spiritalium corporalia sacramenta non uidet uel hominem primum cum eiusmodi aliquo sacramento uiuere non debuisse contendit, cum apostolus dicat etiam hoc, quod de muliere dixit, quam constat ei factam esse de latere, propterea relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae; et erunt duo in carne una, sacramentum hoc magnum esse in Christo et in ecclesia. mirum est autem et uix ferendum, quemadmodum uelint homines paradysum figurate dictum et nolint etiam figurate factum. quodsi concedunt sicut de Agar et Sarra, sicut de Ismahel et Isaac haec quoque et facta et tamen etiam figurata, cur non admittant etiam lignum uitae et uere aliquod lignum fuisse et tamen sapientiam figurasse non uideo.

Illud quoque addo quamquam corporalem cibum, talem tamen illam arborem praestitisse, quo corpus hominis sanitate stabili firmaretur, non sicut ex alio cibo, sed nonnulla inspi-

13 Gen. 2, 24; Ephes. 5, 31 15 cf. Ephes. 5, 32

1 illae S 2 scriburarum E¹P 4 arbitrem P¹ 5 uero] ergo b
6 potuisse (i s. l.) R 8 sapientia P 9 scribuntur EP 10 spiritalium
corporalium (in mg. al. corporalium corporalia) b 12 apostolos P 13 con-
stat om. R¹bd esse om. S post latere add. credimus bd propter
hoc PRbd 14 adhaeruit E¹ adhaeruit P adhaerebit S 16 hoc om. PRSbd
ecclesia E ecclesia S 17 et R¹ quemadmodum E 18 figurate S
etiam] euam (eu in ras. m. 2) R figurate RS 19 sara RSbd
hismahel S hismael b ismael d 20 quor (alt. u s. l. m. 1) E,PR
21 amittant R¹ admittunt b 23 ciuum E¹ talem om. PR 24 ho-
mini S 25 ciuo E¹

ratione salubritatis occulta. profecto enim licet usitatus panis aliquid tamen amplius habuit, cuius una collyride hominem deus ab indigentia famis dierum quadraginta spatio uindicauit. an forte credere dubitabimus per alicuius arboris cibum cuiusdam altioris significationis gratia homini deum praestitisse, ne corpus eius uel infirmitate uel aetate in deterius mutaretur aut in occasum etiam laberetur, qui ipsi cibo humano praestitit tam mirabilem statum, ut in fictilibus uasculis farina et oleum deficientes reficeret nec deficeret? iam hic de genere contentio-

10 sorum quisquam existat et dicat deum in terris nostris miracula talia facere debuisse, in paradiso autem non debuisse: quasi uero non uel de puluere hominem uel de latere uiri mulierem maius ibi miraculum fecit, quam quod hic mortuos suscitauit.

15 6. Sequitur, ut uideamus de ligno scientiae dinoscendi bonum et malum. prorsus et hoc lignum erat uisibile et corporale sicut arbores ceterae. quod ergo lignum esset, non est dubitandum; sed cur hoc nomen acceperit, requirendum. mihi autem etiam atque etiam consideranti dici non potest

20 quantum placeat illa sententia non fuisse illam arborem cibo noxiam — neque enim qui fecerat omnia bona ualde in paradiso institueret aliquid mali — sed malum fuisse homini transgressionem praecepti. oportebat autem, ut homo sub domino deo positus alicunde prohiberetur, ut ei promerendi

25 dominum suum uirtus esset ipsa oboedientia, quam possum

3 cf. III Reg. 19, 8 9 cf. III Reg. 17, 16 21 cf. Gen. 1, 31

2 aliquid tamen *om. S* habuit] habuit tamen aliquid *S* collyride *E* corrilide *S* collyrida *b* 3 uēdicauit *R^b* 4 dubitauimus *E¹* ciuum *E¹* 7 occasu *E¹PS* ciuo *E¹* prestitit *S* 8 tam] tamquam *E* 9 reficerēt *b* nec deficerent *in mg. m. 2 P* deficerēt *b* 12 nel *om. E¹* puluere (u *fin. retract. m. 2*) *R* 15 cap. IIII *E*; hinc incipiunt *Eugippii Excerpta p. 196 ed. Knöll* scientiae *om. S* dinoscēntiae *S* dignoscēndi *bd* 16 boni et mali *S* et *fin.*] ac *bd* 18 acciperit *R¹* 19 autem *om. Eug.* 20 ciuo *E¹* 22 instituerit *S* instituerat *bd* mali (i *in ras.*) *R* 24 aliunde *R¹Sb* promerendo *PR* 25 possumus *S*

uerissime dicere solam esse uirtutem omni creaturae rationali agenti sub dei potestate, primumque esse et maximum uitium tumoris ad ruinam sua potestate uelle uti, cuius uitii nomen est inoboedientia. non esset ergo, unde se homo dominum habere cogitaret atque sentiret, nisi ei aliquid iuberetur. arbor itaque illa non erat mala, sed appellata est scientiae dinoscendi bonum et malum, quia, si post prohibitionem ex illa homo ederet, in illa erat praecepti futura transgressio, in qua homo per experimentum poenae disceret, quid interesset inter oboedientiae bonum et inoboedientiae malum. proinde et hoc non in figura dictum, sed uere quoddam lignum accipiendum est, cui non de fructu uel pomo quod indidem nasceretur, sed ex ipsa re nomen inpositum est, quae illo contra uetitum tacto fuerat secutura.

7. Flumen autem exiit de Eden, quod inrigabat paradisum, et inde diuisum est in quattuor partes. ex his uni nomen est Phison, hoc est quod circuit totam terram Euilat, ubi est aurum; aurum autem terrae illius bonum et ibi est carbunculus et lapis prasinus. et nomen flumini secundo Geon, hoc est quod circuit totam terram Aethiopiam. flumen autem tertium Tigris, hoc est quod fluit contra Assyrios. flumen autem quartum Euphrates. de his fluminibus quid amplius satagam confirmare, quod uera sint flumina nec figurate dicta, quae non sint, quasi tantummodo aliquid nomina ipsa signi-

15 Gen. 2, 10—14

2 esse et] esset *S* 4 esset] ē*** *R* dñ *S* 5 aliquid ei *bd*
 7 illo *b* 8 ederet] non ederet *S* figurata (*s. l. m. 1 add. l* futura) *S*
 transgressio (*gres s. l. add. m. 2*) *P* 9 poene *RS* discerneret (*s. l. add. m. 2 at* disceret) *E* 10 *fm.* et *om. b* ex *S*¹ 11 in *om. E* quoddam uere *bd* 12 indidem] inde *RSbd* 13 illum *R*¹ 15 aedem *PS*
 aeden *R* 17 *fyson* (*phisō b*) ex his uni nomen est *PRb* hoc est *om. PRb*
 18 euilath *Sbd* aurum autem] et aurum *S* 20 fluminis secundi *E*
 geō *b* 21 ethiopiam *PRS* aethiopiae *bd* 22 tygris *S* hoc *om. S*
 est *om. Sb* quod fluit *om. E*¹ contra *om. S* 23 eufrates *EPRS*
 his] autem *PRbd* 24 figuratae *ES* figurat.e *P*

ficent, cum et regionibus, per quas fluunt, notissima sint et omnibus fere gentibus diffamata? quin immo ex his, quoniam constat ea prorsus esse — nam duobus eorum nomina uetustas mutauit, sicut Tiberis dicitur fluuius, qui prius Albula uocabatur; Geon quippe ipse est, qui nunc dicitur Nilus; Phison autem ille dicebatur, quem nunc Gangen appellant; duo uero cetera, Tigris et Euphrates, antiqua etiam nomina tenuerunt — nos admoneri oportet cetera quoque primitus ad proprietatem litterae accipere, non in eis figuratam locutionem putare, sed res ipsas, quae ita narrantur, et esse et aliquid etiam figurare, non quia non posset parabola locutionis adsumere aliquid de re, quam non proprie quoque esse constaret. sicut de illo dominus loquitur, qui descendebat ab Hierusalem in Hiericho et incidit in latrones. quis non sentiat et plane uideat esse parabolam locutionemque illam totam esse figuratam? uerum duae ciuitates, quae ibi nominatae sunt, hodieque in locis propriis demonstrantur. sed hoc modo acciperemus et quattuor haec flumina, si cetera, quae de paradiso narrantur, non proprie sed figurate accipere ulla necessitas cogeret; at nunc, cum primitus proprie res ipsas intellegere ratio nulla prohibeat, cur non potius auctoritatem scripturae simpliciter sequimur in narratione rerum gestarum res uere gestas prius intellegentes, tum demum quidquid aliud significant perscrutantes?

15 An eo mouebimur, quod de his fluminibus dicitur aliorum

13 cf. Luc. 10, 30

2 inmo *S* ex] & *S* 4 tyberis *ESb* 5 ipse *om.* *R*¹ physion *R*
 6 gangena appellat *P* 7 tygris *RS*² eufrates *EPRS* tenuerant *R*¹
 8 ammoneri *ER* ammoniri *P* 9 littere *PR* loquutionem *R* 11 possit *S*
 loquutionis *R* assum mere *R* 12 non *eras.* *R om.* *S* propriae
 (a *exp. m.* 1) *P* propriae *R* 13 Ierusalem *d* hiericum *E*¹ hierichum *E*²*P*
 herichu. *R* Iericho *d* 14 quis] quis enim *d* 15 locutionem quae *R*
 16 minatae *R*¹ odiaequae *P*¹ hodie quae *R* hodieque *S* 17 demon-
 stratur *E*¹ 18 propriae *F*¹*S* 19 figuratae *LP*² figurate *S* necessi-
 tate *S* at] ac *PR*¹*b* 20 propriae *PS* 21 quur *PR* scriburae *EP*
 22 narrationem *E* 23 perscrutantes *S* 25 mouebitur *S*

esse fontes notos, aliorum autem prorsus incognitos et ideo non posse accipi ad litteram, quod ex uno paradisi flumine diuiduntur? cum potius credendum sit, quoniam locus ipse paradisi a cognitione hominum est remotissimus, inde quattuor aquarum partes diuidi, sicut fidelissima scriptura testatur, sed ea flumina, quorum fontes noti esse dicuntur, alicubi isse sub terras et post tractus prolixarum regionum locis aliis erupisse, ubi tamquam in suis fontibus nota esse perhibentur. nam hoc solere nonnullas aquas facere quis ignorat? sed ibi hoc scitur, ubi non diu sub terris currunt. exibat ergo flumen de Eden, id est de loco deliciarum, et inrigabat paradisum, id est ligna omnia pulchra atque fructuosa, quae omnem terram regionis illius opacabant.

8. Et sumpsit dominus deus hominem, quem fecit, et posuit eum in paradiso ut operaretur et custodiret. et praecepit dominus deus Adae dicens: ab omni ligno quod est in paradiso escae edes; de ligno autem cognoscendi bonum et malum non manducabitis de illo. qua die autem ederitis ab eo, morte moriemini. cum superius breuiter dixerit deum plantasse paradisum et constituisse ibi hominem, quem finxerat, recapitulauit, ut narraret, quomodo sit paradisus constitutus. nunc ergo et illud recapitulando commemorauit, quomodo ibi deus posuerit hominem, quem fecit. uideamus itaque, quid sit, quod dictum est: ut operaretur et custodiret. quid operaretur uel quid custodiret? numquid forte agriculturam dominus uoluit

14 Gen. 2, 15—17

3 cap. V E ipsae S¹ 5 scribura EP 6 isse] esse S iisse d
7 tractatus E tractos S 8 noti EPRS 10 terras b aeden PR aedem S
12 adque E¹ 13 opacabant] pacabant S occupabant b 14 sump-
sit E²RSbd dominus om. EPR; sed confer 248, 7 17 aescae S
esca PR¹bd escam (s. l. m. 2; nam m. 1 om.) E,R²; sed cf. Locut. in
Heptat. lib. I VII 18 manducauitis E¹ 19 quo bd diae (a exp.
m. 1) P comederitis S ab] de S 20 dixerit breuiter S 25 ope-
raretur (re s. l. m. 1) E quid—custodiret om. b uel] et d
26 agriculturam (alt. u s. l. m. 1) R

operari primum hominem? an non est credibile, quod eum ante peccatum damnauerit ad laborem? ita sane arbitraremur, nisi uideremus cum tanta uoluptate animi agricolari quosdam, ut eis magna poena sit inde in aliud auocari. quidquid ergo
 5 deliciarum habet agricultura, tunc utique longe amplius erat, quando nihil accidebat aduersi uel terrae uel caelo. non enim erat laboris adfectio, sed exhilaratio uoluntatis, cum ea, quae deus creauerat, humani operis adiutorio laetius feraciusque prouenirent: unde creator ipse uberius laudaretur, qui animae
 10 in corpore animali constitutae rationem dedisset operandi ac facultatem, quantum animo uolenti satis esset, non quantum inuitum indigentia corporis cogeret.

Quod enim maius mirabiliusque spectaculum est aut ubi magis cum rerum natura humana ratio quodammodo loqui
 15 potest, quam cum positis seminibus, plantatis surculis, translatis arbusculis, insitis malleolis tamquam interrogatur quaeque uis radicis et germinis quid possit quidue non possit, unde possit, unde non possit, quid in ea ualeat numerorum inuisibilis interiorque potentia, quid extrinsecus adhibita diligentia,
 20 inque ipsa consideratione perspicere, quia neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat, deus, quia et illud operis, quod accedit extrinsecus, per illum accedit, quem nihilominus creauit et quem regit atque ordinat inuisibiliter deus?

25 9. Hinc iam in ipsum mundum uelut in quandam magnam

20 I Cer. 3, 7

1 cap. VI E eum om. S 2 arbitremur Eb arbitramur PR 3 uideamus PR^b uoluptate R¹ agricolari S agricolare b 4 in] in (s. l. m. 2 ad ad) E, R² ad PR¹bd quicquid E²S 5 deliciarum R agriculturam E errat E 6 accedebat S auersi S terrae (s. l. m. 2 ad ra) E terra PRSbd 7 exhilaratio] ex illa ratio S 9 ipse S animae (i eras.) E anime P 13 enim s. l. m. 1 S mirabilis quae R 15 seminibus (e m. 1 ex i) E traslatis S¹ 16 arbusculis b insitis] insertis S maleolis R 20 in quae ES prospicere S plantant P 21 regat (sic) P incrementum P 23 nihilominus S reget S 24 adque E₁ 25 Hinc excerptit Eugippius ed. Knöll p. 203—204, 17 uelud RS

arborem rerum oculus cogitationis adtollitur atque in ipso
 quoque gemina operatio prouidentiae reperitur, partim naturalis,
 partim uoluntaria. et naturalis quidem per occultam dei ad-
 ministrationem, qua etiam lignis et herbis dat incrementum,
 uoluntaria uero per angelorum opera et hominum; secundum 5
 illam primam caelestia superius ordinari inferiusque terrestria,
 luminaria sideraque fulgere, diei noctisque uices agitari, aquis
 terram fundatam interlui atque circumlui, aerem altius superfundi,
 arbusta et animalia concipi et nasci, crescere. senescere, occi-
 dere et quidquid aliud in rebus interiore naturalique motu geritur; 10
 in hac autem altera signa dari, doceri et disci. agros coli, socie-
 tates administrari, artes exerceri et quaeque alia siue in superna
 societate aguntur siue in hac terrena atque mortali, ita ut
 bonis consulatur et per nescientes malos; inque ipso homine
 eandem geminam prouidentiae uigere potentiam: primo erga 15
 corpus naturalem. scilicet eo motu, quo fit, quo crescit, quo
 senescit: uoluntariam uero, quo illa ad uictum, tegumentum
 curationemque consulitur. similiter erga animam naturaliter
 agitur, ut uiuat, ut sentiat, uoluntarie uero, ut discat, ut
 consentiat. 20

Sicut autem in arbore id agit agricultura forinsecus, ut
 illud proficiat, quod geritur intrinsecus, sic in homine secun-
 dum corpus ei, quod intrinsecus agit natura, seruit extrinsecus
 medicina, itemque secundum animam, ut natura beatificetur
 intrinsecus, doctrina ministratur extrinsecus. quod autem ad 25
 arborem colendi negligentia, hoc ad corpus medendi incuria,

2 reperitur *EPRS* partem *P*¹ 3 et *om. PRSbd Eug.*
 administrationem *E*¹ 4 qua] que *Sb* incrementum *P* 7 luminaria]
 lumina *b* noctisque (i *ex e m. 1*) *R* 9 crescere] et crescere *Eug.*
 senescere] et senescere (seniscere *P*) *PRSbd* 11 discere *b* socie-
 tatis *R*¹ 12 amministrari *L²PR* queque *P* 13 agantur *Eug.*
 terraena *P* 14 consolatur *R*¹ inque] inque (i *m. 1 exp.*) *S*
 15 eandem (n *s. l. m. 1*) *S* 16 naturale *Rb* quod crescit *S* 17 uo-
 luntarium *PR* quod *S*¹ 19 & sentiat *R*¹ uoluntariae *E* uolun-
 tari, *e S* 21 *cap. VII E* autem] enim *S* 23 ei] et *E* 24 itemque]
 ite quod *b* anima *L*¹ 26 negligentiam *P*

hoc ad animam discendi segnitia; et quod ad arborem humor inutilis, hoc ad corpus uictus exitiabilis, hoc ad animam persuasio iniquitatis. deus itaque super omnia, qui condidit omnia et regit omnia, omnes naturas bonus creat, omnes
 5 uoluntates iustus ordinat. quid ergo abhorret a uero, si credamus hominem ita in paradiso constitutum, ut operaretur agriculturam non labore seruili, sed honesta animi uoluptate? quid enim hoc opere innocentius uacantibus et quid plenius magna consideratione prudentibus?

10 10. Ut custodiret autem quid? an ipsum paradysum? contra quos? nullus certe uicinus metuebatur inuasor, nullus limitis perturbator, nullus fur, nullus adgressor. quomodo ergo intellecturi sumus corporalem paradysum potuisse ab homine corporaliter custodiri? sed neque scriptura dixit: ut operaretur
 15 et custodiret paradysum, dixit autem: ut operaretur et custodiret. quamquam si de graeco diligentius ad uerbum exprimatur, ita scriptum est: et accepit dominus deus hominem, quem fecit, et posuit eum in paradiso operari eum et custodire. sed utrum ipsum hominem posuit
 20 operari — hoc enim sensit, qui interpretatus est: ut operaretur — an eundem paradysum operari, id est ut homo paradysum operaretur, ambigue sonat et uidetur magis exigere locutio, ut non dicatur: operaretur paradysum, sed in paradiso.

25 Uerum tamen, ne forte sic dictum sit: ut operaretur paradysum, sicut superius dictum est: nec erat homo, qui operaretur terram — eadem quippe locutio est: operari terram, quae: operari paradysum — ambiguam sententiam ad

1 segnitiam *E* umor *E*¹*PR* 2 exitiabilis *E*¹ exsiciabilis *R* 5 iustus
 (e *eras.*) *E* iustas *S*^b abhorret *R* arbor.e *S* a] a. (t *eras.*) *E*
 7 uoluntate *PRS*¹*b* 9 prudentibus (b s. l. m. 1) *S* 12 limitis (*in mg.*
 a] inimicus) *b* perturbator nullus. (*sic distinct.*) *S* adgressor nul-
 lus *S* adgressor *E*¹ aggressur *P*¹ 14 scribtura *EP* 16 greco *PRS*
 17 scribtum *EP* 20 interpretaetatus *ESR* interpretatus *P* 22 ambiguae *P*¹*S*
 23 operetur *E* 25 ueruntamen *S* neq *E*

utrumque tractemus. si enim non est necesse, ut accipiamus „paradisum custodire“, sed „in paradiso“, quid ergo in paradiso custodire? nam quid operari in paradiso, iam, ut uisum est, disseruimus. an ut quod operaretur in terra per agriculturam, in se ipso custodiret per disciplinam, id est ut, sicut ei ager obtemperaret colenti se, ita et ipse praecipienti domino suo, ut sumto praecepto oboedientiae fructum, non spinas inoboedientiae redderet? denique, quoniam similitudinem a se culti paradisi in se ipso custodire subditus noluit, similem sibi agrum damnatus accepit. spinas, inquit, et tribulos 10 pariet tibi.

Quodsi et illud intellegamus, ut paradisum operaretur et paradisum custodiret, operari quidem paradisum posset, sicut supra diximus, per agriculturam, custodire autem non aduersus improbos aut inimicos, qui nulli erant, sed fortassis aduersus 15 bestias. quomodo istuc? aut quare? numquid enim bestiae iam in hominem saeuiebant, quod nisi peccato non fieret? ipse quippe bestiis omnibus ad se adductis, sicut post commemoratur, nomina inposuit, ipse etiam sexta die lege uerbi dei cum omnibus communes cibos accepit. aut si erat iam, 20 quod timeretur in bestiis, quonam pacto posset unus homo illum munire paradisum? neque enim exiguus locus erat, quem tantus fons inrigabat. custodire quippe ille deberet, si posset paradisum tali et tanta maceria communire, ut eo serpens non posset intrare; sed mirum, si, priusquam communiret, 25 omnes serpentes inde posset excludere.

Proinde intellectum ante oculos cur praetermittimus? positus est quippe homo in paradiso, ut operaretur eundem paradisum,

10 Gen. 3, 18

1 tractamus *Pb* tractemus (te *s. l. m. 2*) *R* 3 custodir& *S* 4 ter-
ram *E* 6 ei *om. b* obtemperaret *RS* praecipienti *P* domino
suo praecipienti *S* 10 inquit *PR* 12 quod (*o s. l. m. 1*) *R* si *s.*
l. m. 1 *R* 14 aduersum *S* 15 aduersum *S* 16 istud *R²bd* 17 saeuiebat *P¹*
fere.t (n *eras.*) *E* 19 ipso *PRS* sexto *PR¹Sbd*
die *S* 20 cibus *E¹* cybos *R* aut] ut *E¹* 23 quippe] quidem *PR¹bd*
24 macheria *E* magis ui (*in mg. a^l maceria*) *b* communire *S* 27 quur *PR*

sicut supra disputatum est, per agriculturam non laboriosam, sed deliciosam et mentem prudentis magna atque utilia com-
 monentem, custodiret autem eundem paradisum ipsi sibi, ne
 aliquid admitteret, quare inde mereretur expelli. denique accepit
 5 et praeceptum, ut sit per quod sibi custodiat paradisum, id
 est quo conseruato non inde proiciatur. recte enim quisque
 dicitur non custodisse rem suam, qui sic egit, ut amitteret
 eam, etiamsi alteri salua sit, qui eam uel inuenit uel accipere
 meruit.

10 Est alius in his uerbis sensus, quem puto non inmerito
 praeponendum, ut ipsum hominem operaretur deus et custo-
 diret. sicut enim operatur homo terram, non ut eam faciat
 esse terram, sed ut cultam atque fructuosam, sic deus homi-
 nem multo magis, quem ipse creauit, ut homo sit, eum ipse
 15 operatur, ut iustus sit, si homo ab illo per superbiam non
 abscedat; hoc est enim apostatare a deo, quod initium superbiae
 scriptura dicit. initium, inquit, superbiae hominis apo-
 statare a deo. quia ergo deus est incommutabile bonum,
 homo autem et secundum animam et secundum corpus muta-
 20 bilis res est, nisi ad incommutabile bonum, quod deus est,
 conuersus substiterit, formari, ut iustus beatusque sit, non
 potest. ac per hoc deus idem, qui creat hominem, ut homo
 sit, ipse operatur hominem atque custodit, ut etiam bonus
 beatusque sit. quapropter qua locutione dicitur homo operari
 25 terram, quae iam terra erat, ut ornata atque fecunda sit, ea
 locutione dicitur deus operari hominem, qui iam homo erat,
 ut pius sapiensque sit, eumque custodire, quod homo sua

17 Eccli. 10, 12

8 ipse *S* sibi *in ras. m 2 R* *ne (be *eras.*) *R* 4 amitteret *ER*
 amitteret *P* accipit *ER*² 5 sibi *s. l. m. 1 R* 6 quisque] quis-
 quam *b* dicitur quisque *S* 7 custodire *S* 8 etiamsi] si (*spat. imit.*
lineae uacuo) *S* alteri (*i add. m. 2*) *R* salua *P* 10 immerito *P*
 15 operaretur *PR*¹ 16 apostatare (*pr. ta s. l. m. 1*) *E* 17 scribtura *EP*
 inquit *P* superbie *S* homini *S* himinis *R*¹ 18 *cap. VIII E* 20 res
 est *om. S* est deus *bd* 21 substeterit *R* 23 ipsae *S* 24 loquu-
 tione *P* dicitur (*ur s. l. m. 1*) *E* 26 loquutione *P*.

potestate in se quam illius supra se delectatus dominationem-
que eius contemnens tutus esse non possit.

11. Proinde nullo modo uacare arbitror, sed nos aliquid et
magnum aliquid admonere, quod ab ipso diuini libri huius
exordio, ex quo ita coeptus est: in principio fecit deus 5
caelum et terram usque ad hunc locum, nusquam positum
est „dominus deus“, sed tantum modo „deus“. nunc uero.
ubi ad id uentum est, ut hominem in paradiso constitueret
eumque per praeceptum operaretur et custodiret, ita scriptura
locuta est: et sumpsit dominus deus hominem, quem 10
fecit, et posuit eum in paradiso operari eum et custo-
dire: non quod supra dictarum creaturarum dominus non
esset deus; sed, quia hoc nec propter angelos nec propter
alia, quae creata sunt, sed propter hominem scribebatur, ad
eum admonendum, quantum ei expediat habere dominum 15
deum, hoc est sub eius dominatione oboedienter uiuere quam
licentiose abuti propria potestate, nusquam hoc prius ponere
uoluit, nisi ubi peruentum est ad eum in paradiso conlo-
candum, operandum et custodiendum: ut non diceret sicut et
cetera omnia superius: et sumpsit deus hominem, quem fecit, 20
sed diceret: et sumpsit dominus deus hominem, quem
fecit, et posuit eum in paradiso operari eum, ut iustus
esset, et custodire, ut tutus esset, ipsa utique dominatione
sua, quae non est illi, sed nobis utilis. ille quippe nostra
seruitute non indiget, nos uero dominatione illius indigemus, 25
ut operetur et custodiat nos. et ideo uerus solus est dominus.
quia non illi ad suam, sed ad nostram utilitatem salutemque

5 Gen. 1, 1 10 Gen. 2, 15

2 contempnens *RS* 4 ammonere *EPR* 5 ex] in *b* ceptus *S*
9 eumque (que *s. l. m.* 1) *S* eum quae *R* scribura *E¹P* 10 loquuta *P*
sumpsit *E²PR²S²b* deus dominus *S* 12 quo *RS* 14 sint *S* scri-
batur *S* 15 ammonendum *EPR* 16 obēdienter *S* 18 paradisi *b*
conlocandum *E¹S* 19 et *fn. om. ES* 20 sumpsit *E²PR²S²b* dominus
deus *b* 21 sed—fecit *add. in mg. m.* 1 *R om. b* sumpsit *E²PR²S²b^d*
28 custodiret (t *fn. s. l.*) *R, S* dominationē *P* 25 illius] ipsius *S*
26 operetur *RS* dominus est *S* 27 illi] nulli (*i. s. l. m.* 1) *R*

seruimus; nam si nobis indigeret, eo ipso non uerus dominus esset, cum per nos eius adiuuaretur necessitas, sub qua et ipse seruiret. merito ille in psalmo, dixi, inquit, domino: deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non
 5 egēs. nec ita sentiendum est, quod diximus, nos illi ad utilitatem nostram salutemque seruire, tamquam aliud aliquid ab illo expectemus quam eum ipsum, qui summa utilitas et salus nostra est; sic enim eum gratis secundum illam uocem diligimus: mihi autem adhaerere deo bonum est.

10 12. Neque enim tale aliquid est homo, ut factus deserente eo, qui fecit, possit aliquid agere bene tamquam ex se ipso: sed tota eius actio bona est ad eum conuerti, a quo factus est, et ab eo iustus, pius, sapiens beatusque semper fieri, non fieri et recedere, sicut a corporis medico sanari et abire, quia
 15 medicus corporis operarius fuit extrinsecus seruiens naturae intrinsecus operanti sub deo, qui operatur omnem salutem gemino illo opere prouidentiae, de quo supra locuti sumus. non ergo ita se debet homo ad deum conuertere, ut, cum ab eo factus fuerit iustus, abscedat, sed ita, ut ab illo semper
 20 fiat. eo quippe ipso, cum ab illo non discedit, eius sibi praesentia iustificatur et inluminatur et beatificatur operante et custodiēte deo, dum oboedienti subiectoque dominatur.

Neque enim, ut dicebamus, sicut operatur homo terram, ut culta atque fecunda sit, qui, cum fuerit operatus abscedit,
 25 relinquens eam uel aratam uel satam uel rigatam uel si quid aliud, manente opere, quod factum est, cum operator absceserit, ita deus operatur hominem iustum, id est iustificando

3 Ps. 15, 2 9 Ps. 72, 28 17 cap. 9

2 adiuuaretur *E*¹ 3 dixi] dix *R* inquit *E*¹ 4 deus] dñs *E*
 5 egēs] indiges *S* cap. VIII *E* 9 adherere *S* 10 post tale uox
erasa S factus ut *b* 11 eo om. *EPR* 12 conuerti ad eum *bd*
 13 est om. *b* beatus que *R* 14 recidere *P* 16 operatur (n. *eras.*) *R*
 17 loquuti *PR* 18 ergo] enim *S* se] seq̄ *E* deum] domi-
 num *PRbd* 20 discedat *E*¹ discedet *S* sibi] ipse *bd* presentia *PRS*
 22 oboediente *PR*¹ 25 si quid] si quid *ex* sicut *m.* 1 *R* 26 operatur *P*
 abcesserit *S*

eum, ut, si abscesserit, maneat in abscedente quod fecit: sed potius, sicut aer praesente lumine non factus est lucidus, sed fit, quia, si factus esset, non autem fieret, etiam absente lumine lucidus maneret, sic homo deo sibi praesente inluminatur, absente autem continuo tenebratur, a quo non locorum ⁵ interuallis, sed uoluntatis auersione disceditur.

Ille itaque operetur hominem bonum atque custodiat, qui incommutabiliter bonus est. semper ab illo fieri semperque perfici debemus inhaerentes ei et in ea conuersione, quae ad illum est, permanentes, de quo dicitur: mihi autem adhaere ¹⁰ re deo bonum est. et cui dicitur: fortitudinem meam ad te custodiam. ipsius enim sumus figmentum creati, non tantum ad hoc, ut homines simus, sed ad hoc etiam, ut boni simus. nam et apostolus cum fidelibus ab inpietate conuersis gratiam, qua salui facti sumus, commendaret, gratia ¹⁵ enim, inquit, salui facti estis per fidem; et hoc non ex uobis, sed dei donum est, non ex operibus. ne forte quis extollatur. ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae prae-
parauit deus, ut in illis ambulemus. et alibi cum ²⁰ dixisset: cum timore et tremore uestram ipsorum salutem operamini, ne sibi putarent tribuendum, tamquam ipsi se facerent iustos et bonos, continuo subiecit: deus enim est, qui operatur in uobis. sumpsit ergo dominus deus hominem, quem fecit, et posuit eum in paradiso ²⁵ operari eum, hoc est „operari in eo“ et „custodire eum.“

11 Ps. 58, 10 12 Ephes. 2, 10 15 Ephes. 2, 8—10 21 Phil. 2, 12. 13 24 Gen. 2, 15

1 abscedente] absente *Eb* facit *S* 2 presente *R* 3 quia (i s. l. m. 1) *R* quia si] quasi *S* autem *om.* *b* etiam] si etiam *S* sed etiam *b* 4 sic** (ut *er.*) *R* praesente sibi *S* inluminator *S* luminatur *PR* 5 tenebatur *P* 6 auersione (d *eras.*) *R* 7 operatur (æ *ex a*) *S* 8 incommutabiliter *R*¹ 9 inherentes *EPR* 10 adherere *ER* 11 et *om.* *E*¹ 12 ad] at *P a R*¹ creati *om.* *PRSbd* 13 ad *om.* *E*¹ simus *om.* *P*¹ 19 preparauit *R* 21 uestrum *E* 23 fecerint *S* iustos (o *ex u*) *P* 24 uobis] nobis *b* sumpsit *PRS^{2b}* 25 eum *s. l. m.* 1 *S* 26 eum—operari *om.* *b* custodir& *S*

13. Et praecepit dominus deus Adae dicens: ab omni ligno, quod est in paradiso, edes ad escam: de ligno autem cognoscendi bonum et malum non manducabitis de illo. qua die autem ederitis ab eo, morte moriemini. si aliquid mali esset lignum illud, unde prohibuit hominem deus, eius ipsius mali natura uenenatus uideretur ad mortem. quia uero ligna omnia in paradiso bona plantauerat, qui fecit omnia bona ualde, nec ulla ibi natura mali erat, quia nusquam est mali ulla natura — quod diligentius, si dominus uoluerit, disseremus, cum de illo serpente dicere coeperimus —, ab eo ligno, quod malum non erat, prohibitus est, ut ipsa per se praecepti conseruatio bonum illi esset et transgressio malum.

Nec potuit melius et diligentius demonstrari, quantum malum sit sola inoboedientia, cum ideo reus iniquitatis factus est homo, quia eam rem tetigit contra prohibitionem, quam si non prohibitus tetigisset, non utique peccasset. nam qui dicit uerbi gratia: „noli tangere hanc herbam“ — si forte uenena est mortemque praenuntiat, si tetigerit — sequetur quidem mors contemptorem praecepti; sed etiam, si nemo prohibuisset atque ille tetigisset, nihilominus utique moreretur. illa quippe res congrua saluti uitaeque eius non esset, siue inde uetaretur siue non uetaretur. item cum quisque prohibet eam rem tangi, quae non quidem tangenti, sed illi, qui prohibuit, obesset, uelut si quisquam in alienam pecuniam misisset manum prohibitus ab eo, cuius erat illa pecunia, ideo esset

1 Gen. 2, 16. 17 7 cf. Gen. 1, 12

4 diae *R* ederetis *PR* 5 cap. X *E*. hinc excerpit *Eugippius*
p. 197—202 *ed. Knöll* 6 uenenata *E²Eug.* 9 quia (ia in ras.) *R*
 unusquam *P¹* 10 disserimus *PR¹* 11 ceperimus *S* 12 conuersatio *R*
 14 demonstrari] commendari *PRbd* 17 prohibitus non tetigisset *E*
 18 erbam *ES¹* 19 praenuntiet *E* praenuntiat *R* sequitur *PR¹Sbd*
 20 quidem] quoque *Eug.* contemptorem *RS²bd* 21 nihilominus (n
fn. s. l. m. 1) *R* nihilominus *S* utique *om. Eug.* moriretur *S*
 22 congrua] contraria *PR¹bd* non esset] esset *PR¹bd* 23 prohibet *R¹*
 26 pecunia illa *bd*

prohibito peccatum, quia prohibenti poterat esse damnosum. cum uero illud tangitur, quod nec tangenti obsesset, si non prohiberetur, nec cuiquam alteri, quandolibet tangeretur, quare prohibitum est, nisi ut ipsius per se bonum oboedientiae et ipsius per se malum inoboedientiae monstraretur? 5

Denique a peccante nihil aliud adpetitum est nisi non esse sub dominatione dei, quando illud admissum est, in quo, ne admitteretur, sola deberet iussio dominantis adtendi. quae si sola adtenderetur, quid aliud quam dei uoluntas adtenderetur? quid aliud quam dei uoluntas amaretur? quid aliud quam dei uoluntas humanae uoluntati praeponeretur? dominus quidem cur iusserit, uiderit; faciendum est a seruiente quod iussit et tunc forte uidendum est a promerente, cur iusserit. sed tamen, ut causam iussionis huius non diutius requiramus, si haec ipsa magna est utilitas homini, quod deo seruit, iubendo 15 deus utile facit quidquid iubere uoluerit, de quo metuendum non est, ne iubere quod inutile est possit.

14. Nec fieri potest, ut uoluntas propria non grandi ruinae pondere super hominem cadat, si eam uoluntati superioris extollendo praeponat. hoc expertus est homo contemnens praeceptum dei et hoc experimento didicit, quid interesset inter bonum et malum, bonum scilicet oboedientiae, malum autem inoboedientiae, id est superbiae et contumaciae, peruersae imitationis dei et noxae libertatis. hoc autem in quo ligno accidere potuit, ex ipsa re, ut iam supra dictum est, nomen 25 accepit. malum enim nisi experimento non sentiremus, quia nullum esset, si non fecissemus. neque enim ulla natura

25 cap. 6

6 adpetitum *E*¹ 7 dei *om. Eug.* admissum *E*¹ 8 admitteretur *E*¹
 amitteretur *PR*¹ 11 uoluntati *P* praeponeretur *R* 12 quare *PR*
 13 quare *PR* 14 ut (*m. 1 sup. in superscr.*) *S* 15 haec *R* inutilitas *S*
 16 quidquid *E*¹ 17 non *s. l. m. 1 R* 19 ea *R*¹ uoluntati
 (*n s. l. m. 1 R*) 21 hoc] ex hoc *Eug.* interest *b* 23 superbiae *P*
 et *om. S Eug.* contumaciae *RS* 24 imitationis (*i fin. ex e m. 1 S*)
 25 iam] & iam *S* 27 ulla (*a ex e m. 1 R*)

malum est, sed amissio boni hoc nomen accepit. bonum quippe incommutabile deus est; homo autem, quantum ad eius naturam, in qua eum deus condidit, pertinet, bonum est quidem, sed non incommutabile ut deus. mutabile autem
 5 bonum, quod est post incommutabile bonum, melius bonum fit, cum bono incommutabili adhaeserit amando atque seruiendo rationali et propria uoluntate. ideo quippe et haec magni boni natura est, quia et hoc accepit, ut possit summi boni adhaerere naturae. quod si noluerit, bono se priuat, et hoc ei
 10 malum est, unde per iustitiam dei etiam cruciatus consequitur. quid enim tam iniquum, quam ut bene sit desertori boni? neque ullo modo fieri potest, ut ita sit. sed aliquando amissi superioris boni non sentitur malum. cum habetur quod amatum est inferius bonum. sed diuina iustitia est, ut qui uoluntate
 15 amisit, quod amare debuit, amittat cum dolore, quod amauit, dum naturarum creator ubique laudetur. adhuc enim est bonum quod dolet amissum bonum; nam nisi aliquid bonum remansisset in natura, nullus boni amissi dolor esset in poena.

Cui autem sine mali experimento placet bonum, id est ut,
 20 antequam boni amissionem sentiat, eligat tenere, ne amittat, supra omnes homines praedicandus est. sed hoc nisi cuiusdam singularis laudis esset, non illi puero tribueretur, qui ex genere Israhel factus Emmanuhel nobiscum deus reconciliauit nos deo, hominum et dei homo mediator, uerbum apud deum,
 25 caro apud nos, uerbum caro inter deum et nos. de illo quippe propheta dicit: priusquam sciat puer bonum aut malum, contemnet malitiam, ut eligat bonum. quomodo quod

23 cf. Matth. 1, 23 24 cf. I Tim. 2, 5 cf. Ioh. 1, 1. 14
 26 Es. 7, 16

1 malum] mali *PRSbd Eug* hoc *om. E¹* accepit *hoc E* 5 post
m. 1 s. l. E 6 adhaeserit *ERS* 7 *pr. et om. E¹* haec] hoc *b* 8 posset *b*
 9 adherere *ER* priuat *E¹P* 11 iniquum *E* 12 ammissi *R¹* 13 senti-
 tiatur *P* 18 pena *S* 19 cui] cum *Eug.* placeat *b* 20 amissione *E*
 elegat *S* eligat (*i ex e m. 1*) *R* 21 super *PRbd* homines omnes *S*
 23 hemmanuhel *Eug* e-manuhel *R* emmanuel *bd* 24 apud *E¹P*
 25 *cap. XI E* 26 propheta *S* 27 contemnet *S¹* elegat *S*

nescit aut contemnit aut eligit, nisi quia haec duo sciuntur aliter per prudentiam boni, aliter per experientiam mali? per prudentiam boni malum scitur, etsi non sentitur; tenetur enim bonum, ne amissio eius sentiatur malum. item per experientiam mali scitur bonum, quoniam quid amiserit sentit, 5 cui de bono amisso male fuerit. priusquam sciret ergo puer per experientiam aut bonum, quo careret, aut malum, quod boni amissione sentiret, contempsit malum, ut eligeret bonum, id est noluit amittere quod habebat, ne sentiret amittendo quod amittere non debebat. singulare exemplum oboedientiae! 10 quippe qui non uenit facere uoluntatem suam, sed uoluntatem eius, a quo missus est, non sicut ille, qui elegit facere uoluntatem suam, non eius, a quo factus est. merito sicut per unius inoboedientiam peccatores constituti sunt multi, ita et per unius oboedientiam iusti constituentur multi, quia, sicut 15 in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur.

15. Frustra autem nonnulli acute obtusi sunt, cum requirunt, quomodo potuerit appellari lignum dinoscentiae boni et mali, antequam in eo transgressus esset homo praeceptum 20 atque ipsa experientia dinosceret, quid interesset inter bonum, quod amisit, et malum, quod admisit. lignum enim tale nomen accepit, ut eo secundum prohibitionem non tacto caueretur, quod eo contra prohibitionem tacto sentiretur. neque enim quia inde contra praeceptum manducauerunt, ideo factum est 25 illud lignum dinoscentiae boni et mali, sed utique, etiam si oboedientes essent et nihil inde contra praeceptum usurpassent,

11 cf. Ioh. 6, 38 13 cf. Rom. 5, 19 15 I Cor. 15, 22

1 contemnet *S* eliget *S* 4 amissione *RbdEug* sentiat ur (*m. 1 con.*) *S* experientiam *P* 6 boni *S* amissio (*alt. i s. l. m. 1*) *R*
 7 experientiam *P* 8 contempsit *Hbd* 9 amittendo quid *P* 10 oboe-
 dientie *P* obentiae *R* 11 uoluntatem *E* eius uoluntatem *bd*
 12 eligit *P* 14 ita et *Eug*: ita *EPRSbd* 15 oboedientiam (*en s. l. m.*
 1) *S* constituuntur *FRSbdEug* 18 acutę *S* obtusi *bd Eug*
 20 preceptum *P* 21 sperientia (*sic*) *P* 22 amisit *P* 23 non *exp.*
m. 2 P caueretur (*a corr. m. 2*) *R* 24 eo (*o s. l.*) *S* 27 inde *om. b*

id recte uocaretur, quod ibi eis accideret, si usurpassent. quemadmodum si uocaretur arbor saturitatis, quod inde possent homines saturari, numquid, si nemo accessisset, ideo nomen illud esset incongruum? quandoquidem cum accederent
5 et saturarentur, tunc probarent, quam hoc recte arbor illa uocaretur.

16. Et quomodo, inquit, intellegeret homo, quod ei dicebatur lignum dinoscentiae boni et mali, quando ipsum malum quid esset omnino nesciebat? hoc qui sapiunt parum adtendunt, quemadmodum a contrariis notis sic pleraque intellegantur ignota, ut etiam uerba rerum, quae non sunt, cum in loquendo interponuntur, nullus caliget auditor. hoc enim quod omnino non est nihil uocatur; et has duas syllabas nemo non intellegit, qui latine audit et loquitur. unde, nisi cum
15 sensus intuetur id, quod est, et eius priuatione quid etiam non sit agnoscit? sic et inane cum dicitur, intuendo corporis plenitudinem priuatione eius tamquam contraria quid dicatur inane intellegimus. sicut audiendi sensu non solum de uocibus. uerum etiam de silentio iudicamus, sic ex uita, quae inerat
20 homini, posset eius cauere contrarium, id est uitae priuationem, quae mors uocatur. et ipsam causam, qua perderet quod amabat, id est quodlibet factum suum, quo fieret, ut amitteret uitam, quibuslibet syllabis appellaretur — quemadmodum latine cum dicitur peccatum uel malum — tamquam
25 signum eius intellegeret, quod mente discerneret. nos enim quomodo intellegimus, cum dicitur resurrectio, quam num-

1 post quod ibi eis eadem uocabula erasa R accederet R¹ 2 quemammodum E inde (de s. l. m. 1) R possint S 4 acciderent PR¹
5 hec b rectae R 7 intellegere PR¹b 10 quemammodum E
12 loquendum PR ^{ni. hil} calic& (sup. c. m. 1 scr. g. et adiecit l calcet) S
13 sillabas PR sillabas S 14 intelleget S 15 est et eius] ess& eius ^{est} ^{ex}
(corr. m. 1) S priuatione E¹P 16 sic et] sicut Eug (Knöll 201, 16)
intuendo] ut intuendo S 17 plenitudinē. (m. eras. ~ add. m. 2) R
priuationem E¹ priuationē (s. l. m. 2) P, b priuatione. R contrariā Pb
20 posset (t. s. l. m. 1) S 22 quod—est om. P¹ 23 sillabis PRS
quemammodum E 24 latine R 25 intellegere E¹PR quod R¹

quam experti sumus? nonne quia sentimus, quid sit uiuere, et eius rei priuationem uocamus mortem, unde reditum ad id, quod sentimus, resurrectionem appellamus? et si quo alio nomine in quacumque lingua id ipsum appellatur, menti utique signum insinuat in uoce loquentium, quo sonante agnoscat 5 quod etiam sine signo cogitaret. mirum est enim, quemadmodum rerum, quas habet, amissionem etiam inexpertam natura deuitet. quis enim pecora docuit denitatem mortis nisi sensus uitae? quis paruulum puerum adhaerescere baiulo suo, si eum fuerit ex alto iacere minatus? quod ex quodam 10 tempore incipit, sed tamen antequam aliquid eius modi expertus sit.

Sic ergo illis primis hominibus iam uita erat dulcis, quam profecto amittere deuitabant, idque ipsum quibuscumque modis uel sonis significantem deum intellegere poterant. nec aliter 15 eis posset persuaderi peccatum, nisi prius persuaderetur eos ex illo facto non esse morituros, id est illud, quod habebant et se habere gaudebant, non amissuros: unde sic loco loquendum est. aduertant itaque, si quos mouet, quomodo potuerint intellegere inexperta nominantem uel mirantem deum, et 20 uideant nos omnium inexpertorum nomina nonnisi ex contrariis, quae iam nouimus, si priuationum sunt, aut ex similibus. si specierum sunt, sine ullo aestu dubitationis agnoscere. nisi forte aliquem mouet, quemadmodum loqui potuerint uel loquentem intellegere, qui non didicerant uel crescendo inter 25 loquentes uel aliquo magisterio; quasi magnum fuerit deo loqui eos docere, quos ita fecerat, ut hoc possent etiam ab hominibus discere, si essent a quibus.

2 et om. *Eug* priuationem *E*¹ 3 adpellamus *S* 5 loquendo *b*
 6 quemammodum *E* 7 inexperta *Eug*. 8 debitationem *E*¹ 9 quis]
 quis enim *Eug*. adherescere *ERS* 10 minitatus *PRsbd Eug*.
 11 huiusmodi *PRbd Eug* 14 debatabant *E¹P* 18 ammissuros *R*
 19 potuerint (n s. l. m. 1) *ES*² potuerunt *Eug*. 20 intellegere] (nt *exp*.
m. 1) *S* et *R*¹ 22 ante quae *cap. XII E* priuationum *E¹P*
 ex om. *S* si s. l. m. 1 *S* 23 aestu] extu *E*¹ 24 quemammodum *E*
 25 intellegere] intellere *S* 26 deo] de eo *S*

17. Merito sane quaeritur, utrum hoc praeceptum uiro tantum dederit deus an etiam feminae. sed nondum narratum est, quemadmodum facta est femina. an forte iam erat facta, sed hoc quemadmodum gestum sit quod prius erat gestum
 5 postea recapitulando narratum est? uerba enim scripturae sic se habent: et praecepit dominus deus Adae dicens; non dixit „praecepit eis“. deinde sequitur: ab omni ligno quod est in paradiso escae edes; non dixit „edetis“. deinde adiungit: de ligno autem cognoscendi bonum
 10 et malum non manducabitis de illo. iam hic tamquam ad ambos pluraliter loquitur et pluraliter praeceptum terminat dicens: qua die autem ederitis ab eo, morte moriemini. an sciens, quod ei facturus erat mulierem, ita praecepit ordinatissime, ut per uirum praeceptum domini ad feminam perueniret?
 15 quam disciplinam in ecclesia seruat apostolus dicens: si quid autem discere uolunt, domi uiros suos interrogent.

18. Item quaeri potest, quomodo nunc deus locutus sit ad hominem, quem fecit, iam certe sensu ac mente praeditum,
 20 ut audire et intellegere loquentem ualeret. neque enim aliter praeceptum posset accipere, quo transgressor eius esset, nisi hoc acceptum intellegeret. quomodo ergo illi locutus est deus? utrum intus in mente secundum intellectum, id est ut sapienter intellegeret uoluntatem ac praeceptum dei sine ullis
 25 corporalibus sonis uel corporalium similitudinibus rerum? sed non sic existimo primo homini locutum deum. talia quippe

6 Gen. 2, 16. 17 16 I Cor. 14, 35

1 queritur *R* 2 faeminae *P* sed—femina *in mg. m. 1 add. R*
 3 quemadmodum *E* est] sit *PRSbd* faemina *S* 4 erat *in ras. R*
 5 recapitulandum *R*¹ 8 esca *E*¹ aesce *S*; cf. 242, 17 aedes *S* ae-
 detis *S* 12 die *P* aederitis *S* ab] de *S* 13 ei (*i in ras.*) *R*
 mulierē (*8 corr. m. 2*) *R* ordinatissimae *P* ordinatissimae *RS* 15 ae-
 cclesia *E* ecclesia *S* 19 certę *S* praeditum (*c eras.*) *E* 20 aliter
 (*ter s. l. m. 3*) *E* 21 possit *S* transgressoreius *E* transgresso
 reus *Pd* transgressor reus (*re in ras. m. 2*) *R* transgressor eius *S*
 22 deus *om. E*¹ 23 post intus *ras. 5 litter. in P* 26 primum hominem *R*¹

scriptura narrat, ut potius credamus sic esse deum locutum homini in paradiso, sicut etiam postea locutus est patribus, sicut Abrahae, sicut Moysi, id est in aliqua specie corporali. hinc est enim, quod audierunt eius uocem perambulantis in paradiso ad uesperam et absconderunt se. 5

19. Locus itaque magnus neque praetereundus proponitur, ut intueamur, quantum possumus, quantum ipse adiuuare et donare dignatur, opus diuinae prouidentiae bipertitum, quod superius, cum de agricultura loqueremur, transitoria quadam occasione perstrinximus, ut inde iam inciperet legentis animus 10 hoc adsuescere contueri, quod adiuuat plurimum, ne quid indignum de ipsa dei substantia sentiamus. dicimus itaque summum ipsum, uerum, unum ac solum deum, patrem et filium et spiritum sanctum, id est deum uerbumque eius et utriusque spiritum, trinitatem ipsam neque confusam neque 15 separatam, deum, qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem, quem nemo hominum uidit nec uidere potest, nec locorum uel finito uel infinito spatio contineri nec temporum uel finito uel infinito uolumine uariari. neque enim est in eius substantia, qua deus est, quod 20 breuius sit in parte quam in toto, sicut necesse est esse quae in locis sunt, aut fuit in eius substantia, quod iam non est, uel erit, quod nondum est, sicut in naturis, quae possunt temporis mutabilitatem pati.

20. Hic ergo incommutabili aeternitate uiuens creauit omnia 25 simul, ex quibus currerent tempora et implerentur loca tem-

4 cf. Gen. 3, 8 16 I Tim. 6, 16 25 de sequent. cf. de ciuit. dei lib. XII 15

1 scribtura EP locutum dñ (m. 1 exp.) R 2 est] fuit b 3 abrahae (h exp. m. 1) R specie S 4 uocem (em ex is m. 1) R ambulantis PRSbd 7 adiubare E¹ 10 prestrinximus S 11 adiuuat E¹P 12 Hinc excerptit Eugippius p. 204—209 ed. Knöll 13 ipsum summum PRSbd uerum] ipsum uerum S 19 nec temporum s. l. m. 1 S 21 esse] esse de his b 22 post locis sequitur in editione Migniana: immoto cardine moueatur: sic tota palma ab articulo, quae uerba p. 260, 15, ubi eis locus est, in eadem editione desiderantur. 25 ergo] autem Eug. incommutabili* (a er.) E 26 implentur P¹

poralibusque et localibus rerum motibus saecula uoluerentur. in quibus rebus quaedam spiritalia, quaedam corporalia condidit, formans materiam, quam nec alius nec ullus, sed omnino ipse informem ac formabilem instituit, ut formationem
 5 suam non tempore, sed origine praeueniret. spiritalem autem creaturam corporali praeposuit, quod spiritalis tantummodo per tempora mutari posset, corporalis autem per tempora et locos. exempli enim gratia per tempus mouetur animus uel reminiscendo, quod oblitus erat, uel discendo, quod nesciebat,
 10 uel uolendo, quod nolebat; per locos autem corpus uel a terra in caelum uel a caelo in terram uel ab oriente ad occidentem uel si quo alio simili modo. omne autem, quod mouetur per locum, non potest nisi et per tempus simul moueri; at non omne, quod mouetur per tempus, necesse est etiam
 15 per locum moueri. sicut ergo substantiam, quae mouetur per tempus et locum, praecedit substantia, quae tantum per tempus, ita ipsam praecedit illa, quae nec per locum nec per tempus. ac per hoc, sicut per tempus et locum mouet corpus ipse tantum per tempus motus conditus spiritus, ita per
 20 tempus mouet conditum spiritum ipse nec per tempus nec per locum motus conditor spiritus. sed spiritus creatus mouet se ipsum per tempus et per tempus ac locum corpus; spiritus autem creator mouet se ipsum sine tempore ac loco, mouet conditum spiritum per tempus sine loco, mouet corpus per
 25 tempus et locum.

21. Quocirca quisquis intellegere conatur, quemadmodum aeternus, uere aeternus et uere immortalis atque incommuta-

1 saecula *PS* 2 *alt.* quaedam *P* 3 ullus] nullus (*n exp. m. 1*) *P* nullus (*n s. l. m. 1*) *S, Rbd, Eng* 4 ipse *S* ut *om. S* 5 *cap. XIII E* 6 corporali] temporalis (*tem in ras. m. 3*) *E* quod] et *b* 7 possit *S* 8 loca *Rbd* 10 loca *Rbd* 11 ad] in *Sbd* ad in *R* ad in (*n exp. m. 2*) *P* occidente *S* 14 at] ut *S* 16 praecedet *S* 17 praecedet *S* 18 mouetur *S* 19 ipsae *S* conditus] conditus (*s in ras.*) *P* conditor *S* 21 conditor] non conditus *Eng. (Knoll 206, 6)* 22 per locum *b* 26 quemadmodum *E* 27 aeternus ante uere *om. bd* inmutabilis *S*

bilis deus, ipse nec per locum nec per tempus motus, moueat temporaliter et localiter creaturam suam, non eum puto posse adsequi, nisi prius intellexerit, quemadmodum anima, hoc est spiritus creatus non per locum, sed tantum per tempus motus, moueat corpus per tempus et locum. si enim quod in se ipso agitur capere nondum potest, quanto minus illud, quod supra est!

Adefecta quippe anima carnalium sensuum consuetudine etiam se ipsam cum corpore per locum moueri putat, dum id per locum mouet. quae si posset diligenter inspicere tamquam cardines membrorum corporis sui quemadmodum articulatum dispositi sint, a quibus initia motionum nitantur, inueniet ea, quae per spatia locorum mouentur, nisi ab eis, quae loco fixa sunt, non moueri. non enim mouetur solus digitus, nisi manus fixa sit, a cuius articulo, uelut inmoto cardine, moueatur. sic tota palma ab articulo cubiti, sic cubitus ab articulo humeri, humerus ab scapula cum mouetur stantibus utique cardinibus, quibus motio nitatur, it per loci spatium, quod mouetur; sic plantae in talo est articulus, quo stante moueatur; sic cruris in genu et totius pedis in coxa. et nullus membri motus omnino est, quem uoluntas mouet, nisi ab aliquo articulo cardine, quem nutus eiusdem uoluntatis primitus figit, ut ab eo, quod loci spatium non mouetur, agi ualeat, quod mouetur. denique nec in ambulando pes leuatur, nisi alius fixus totum corpus ferat, donec ille, qui motus est, a loco, unde fertur, ad locum, quo fertur, inmoto articulo sui cardinis innitatur.

1 per tempus nec per locum *PRbd* 2 adsequi posse *S* 3 quemadmodum *E* 8 *cap. XIII E* 9 cum corpore se ipsam *Eug.* 10 posset *d Eug.* 11 quemadmodum *E* 12 sunt *PRbd* 13 spatia (*pr. a sup. e m. 1 superscr.*) *S* 14 manus fixa sit] fixa sit palma *b* 15 inmoto] in motu *S* inmoto—articulo *in ed. Migniana hic desiderari supra memoratum est.* 16 umeri *EPR* 17 umerus *EPR* . cum mouetur] commouetur *PR Eug.* mouetur *b* 18 it] id *ERS¹* 19 plante *RS* moueatur] mouetur *S Eug* moueantur *P* 20 nullius *bd* 21 aliquo] alico *R* articulari *b* 22 fig& *S¹* 24 leuatur (*e sup. a m. 1 superscr.*) *R* 25 illae *S* 26 quod (*d exp. m. 1*) *S*

Porro, si in corpore nullum membrum per locum uoluntas mouet nisi ab eo membri articulo, quem non mouet, cum et illa pars corporis, quae mouetur, et illa, qua fixa fit, ut moueatur, corporeas habeant quantitates suas, quibus occupent
 5 spatia locorum suorum, quanto magis ipse animae nutus, cui membra deseruiunt, ut quod placuerit figatur, unde id, quod mouendum est, innitatur, cum anima non sit natura corporea nec locali spatio corpus impleat, sicut aqua utrem siue spongiam, sed miris modis ipso incorporeo nutu commixta sit
 10 uiuificando corpori, quo et inperat corpori quadam intentione, non mole: quanto magis, inquam, nutus ipse uoluntatis eius non per locum mouetur, ut corpus per locum moueat, quando totum per partes mouet nec aliquas loco mouet nisi per illas, quas loco non mouet!

22. Quod si intellegere difficile est, utrumque credatur, et quod creatura spiritalis non per locum mota moueat corpus per locum et quod deus non per tempus motus moueat creaturam spiritalem per tempus. quodsi de anima quisque non uult hoc credere — quod quidem sine dubio non solum
 20 crederet, uerum etiam intellegeret, si eam posset, sicuti est, incorpoream cogitare. cui enim non facile occurrat, quod per locum non moueatur, quae per loci spatia non distenditur? quidquid autem per loci spatia distenditur corpus est; ac per hoc consequens est, ut anima per locum moueri non putetur,
 25 si corpus non esse credatur — sed, ut dicere coeperam, si de anima hoc quisque non uult credere, non nimis urguendus est; substantiam uero dei nisi credat nec per tempus nec per locum moueri, nondum perfecte incommutabilem credit.

2 mouet *R*¹ 3 fixae *S* 4 habent *PR*¹ 5 ipsae *ERS* 7 natura] natura sunt *b* 8 sfongeam *E*¹ spungeam *P* spongeam *R*¹ spungiam *S*
 9 incorporeo] corporeo *S* conmixta *S* 10 quo] quod *SR*² et] etiam *P* 12 ut] et *S* 15 intellegere *P* integere *S* 20 possit *S*
 22 quae] que *P* quod *Rd* 23 quicquid *E*²*RS*² 25 cap. XV *E*
 ceperam *S* 26 quisque] quisquis *E*; cf. *uers.* 18 non uult quisque
 (hoc ordine) *Eug* nimis] minus *S*, in *mg.* *b* urguendus (u *med.*
s. l. m. 1) *E,PRS* 28 perfectae *P*

23. Uerum quia omnino incommutabilis est illa natura trinitatis et ob hoc ita aeterna, ut ei aliquid coaeternum esse non possit, ipsa apud se ipsam et in se ipsa sine ullo tempore ac loco, mouet tamen per tempus et locum sibi subditam creaturam, naturas creans bonitate, uoluntates ordinans potestate, ut in naturis nulla sit, quae non ab illo sit, in uoluntatibus autem nulla bona sit, cui non prosit, nulla mala sit, qua bene uti non possit. sed quia non omnibus naturis dedit uoluntatis arbitrium, illae autem, quibus dedit, potentiores ac superiores sunt, illae naturae, quae non habent uoluntatem, subditae sint necesse est illis, quae habent, et hoc ordinatione creatoris, qui numquam ita punit uoluntatem malam, ut naturae perimat dignitatem. cum igitur omne corpus et omnis anima irationalis non habeat uoluntatis arbitrium, subdita ista sunt eis naturis, quae praeditae sunt arbitrio uoluntatis, nec omnibus omnia, sed sicut distribuit iustitia creatoris. ergo dei prouidentia regens atque administrans uniuersam creaturam, et naturas et uoluntates, naturas, ut sint, uoluntates autem, ut nec infructuosae bonae nec inpunitae malae sint, subdit primitus omnia sibi, deinde creaturam corporalem creaturae spiritali, irationalem rationali, terrestrem caelesti, femineam masculinae, minus ualentem ualentiori, indigentiorum copiosiori, in uoluntatibus autem bonas sibi, ceteras uero ipsis seruientibus sibi, ut hoc patiatur uoluntas mala, quod ex iussu dei fecerit bona, siue per se ipsam siue per malam, in rebus dumtaxat, quae naturaliter sunt etiam malis uoluntatibus subditae, id est in corporibus. nam in se ipsis malae uoluntates habent interiorem poenam suam eandem ipsam iniquitatem suam.

2 coaeternum (co s. l. m. 1) R 3 apud E¹ ipsam PS¹ sⁱne R¹
 7 praesit bd 8 qua] quae (e m. 1 exp.) E 9 ille PR 11 ordi-
 natio E 14 irrationabilis (bi exp. m. 1) S 19 infructuose S Eug
 bone S impunitae Sb Eug male Sb 20 sint om. P subdidit S
 primitus (it s. l. m. 1) E 21 irrationabilem S 22 faemineam S
 masculine S 24 ipsas P 25 iusso S prius siue R 26 malum S
 naturalia P naturalit̄ (f̄ in ras.) R 27 subdite S 28 male S penam S

24. Ac per hoc sublimibus angelis deo subdite fruentibus et deo beate seruientibus subdita est omnis natura corporea, omnis inrationalis uita, omnis uoluntas uel infirma uel praua, ut hoc de subditis uel cum subditis agant, quod naturae ordo
 5 poscit in omnibus iubente illo, cui subiecta sunt omnia. proinde illi in illo ueritatem incommutabilem uident et secundum eam suas dirigunt uoluntates. fiunt ergo illi participes aeternitatis, ueritatis, uoluntatis eius semper sine tempore et loco; mouentur autem eius imperio etiam temporaliter illo
 10 non temporaliter moto, nec ita, ut ab eius contemplatione resiliant aut defluant, sed simul et illum sine loco ac tempore contemplantur et eius in inferioribus iussa perficiunt, mouentes se per tempus, corpus autem per tempus et locum, quantum eorum congruit actioni. et ideo deus bipertito prouidentiae suae
 15 opere praestitit uniuersae creaturae suae, naturis, ut fiant, uoluntatibus autem, ut sine suo iussu uel permissu nihil faciant.

25. Natura igitur uniuersitatis corporalis non adiuuatur extrinsecus corporaliter. neque enim est extra eam ullum corpus; alioquin non est uniuersitas. intrinsecus autem adiuuatur
 20 incorporaliter deo id agente, ut omnino natura sit, quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. partes uero eiusdem uniuersitatis et intrinsecus incorporaliter adiuuantur, uel potius fiunt, ut naturae sint, et extrinsecus corporaliter, quo se melius habeant, sicut alimentis, agricultura, medicina
 25 et quaecumque etiam ad ornatum fiunt, ut non solum saluae ac fecundiores, uerum etiam decentiores sint.

20 Rom. 11, 36

1 *cap. XVI E* ac] *hac E* subdite] *subditae E* subditis *beatitudinē S* 2 *beatae EPRS* 3 *praba E¹* *parua R¹* 5 *iuuenta P*
 8 *ueritatis s. l. m. 1 R* *uoluntatē b* *semper] semper facientes b*
 9 *inperio PS* 10 *moto E¹* *eius] eius S* 11 *resiliant (in mg. a m. 1 ut uidetur add. est ad dissiliant) P* 14 *uipertito E¹* 15 *creaturae suae] creaturae PRSbd* 16 *uel s. l. m. 1 E* 17 *adiubatur E¹* *adiuuatur (u med. s. l. m. 1) R* 18 *nequae S* 19 *est] esset b* *autem adiuuatur om. b* *adiubatur E¹* 22 *adiubantur E¹* 25 *quecumque RS*
 saluae *S* 26 *fecundiores (n s. l. m. 1) S*

Spiritualis autem creata natura si perfecta atque beata est, sicut angelorum sanctorum, quantum adinet ad se ipsam, quo sit sapiensque sit, nonnisi intrinsecus incorporaliter adiuuatur. intus ei quippe loquitur deus miro et ineffabili modo neque per scripturam corporalibus instrumentis adfixam neque 5 per uoces corporalibus auribus insonantes neque per corporum similitudines, quales in spiritu imaginaliter fiunt, sicut in somnis uel in aliquo excessu spiritus — quod graece dicitur *ἔκστασις* et nos eo uerbo iam utimur pro latino — quia et hoc genus uisionum, quamuis interius fiat quam sunt ea, quae 10 animo per sensus corporis nuntiantur, tamen, quia simile est eis, ita ut, cum fit, discerni ab eis aut omnino non possit aut certe uix et rarissime possit, et quia exterius est quam illud, quod in ipsa incommutabili ueritate mens rationalis et intellectualis intuetur eaque luce de his omnibus iudicat, 15 inter illa, quae extrinsecus fiunt, arbitror esse deputandum. creatura ergo spiritualis et intellectualis perfecta et beata, qualis angelorum est, sicut dixi, quantum adinet ad se ipsam, quo sit sapiensque ac beata sit, nonnisi intrinsecus adiuuatur aeternitate, ueritate, caritate creatoris; extrinsecus uero si 20 adiuuari dicenda est, eo fortasse solo adiuuatur, quod inuicem uident et de sua societate gaudent in deo et quod perspectis etiam eis ipsis omnibus creaturis undique gratias agit laudatque creatorem. quod autem adinet ad creaturae angelicae actionem, per quam uniuersarum rerum generibus maximeque 25 humano prouidentia dei prospicitur, ipsa extrinsecus adiuuat

1 cap. XVII E si] se S 3 sapiens[quae R adiuuatur E¹
5 scribaturarum E¹ scribaturam P adfixa E¹ adfixam (in mg. add. ad
corporalibus adfixam) P 6 corporaliter SR² 8 in ante aliquo om. Pb
grece PS grece R 9 extasis EPRSb 14 incommutabile R¹ 15 ea-
quae 18 ipsam (a ex u m. 1) E 19 sapiens que (, add. m. 2) P
adiuatur E¹ 20 karitate S 21 adiubari E¹ adiuuatur E¹ quod]
quo E se inuicem b 22 perspectis (s. l. m. 2 ad fec) E praespectis S
23 eis] in eis PRSbd 24 incipiunt Excerpta Eugippii p. 210—212 ed.
Knöll cap. XVIII E 25 maximeque humano] maximaeque humano
generi (generi s. l. m. 2) R maxime quia humana b 26 adiubat E¹

et per illa uisa, quae similia sunt corporalibus, et per ipsa corpora, quae angelicae subiacent potestati.

26. Quae cum ita sint, cum deus omnipotens et omnitenens, incommutabili aeternitate, ueritate, uoluntate semper idem, non per tempus nec per locum motus mouet per tempus creaturam spiritalem, mouet etiam per tempus et locum creaturam corporalem, ut eo motu naturas, quas intrinsecus substituit, etiam extrinsecus administret et per uoluntates sibi subditas, quas per tempus et per corpora sibi atque illis uoluntatibus subdita, quae per tempus et locum mouet, eo tempore ac loco, cuius ratio in ipso deo uita est sine tempore ac loco: cum ergo tale aliquid deus agit, non debemus opinari eius substantiam, qua deus est, temporibus locisque mutabilem aut per tempora et loca mobilem, sed in opere diuinae prouidentiae ista cognoscere non in illo opere, quo naturas creat, sed in illo, quo intrinsecus creatas etiam extrinsecus administrat, cum sit ipse nullo locorum uel interuallo uel spatio incommutabili excellentique potentia et interior omni re, quia in ipso sunt omnia, et exterior omni re, quia ipse est super omnia. item nullo temporum uel interuallo uel spatio incommutabili aeternitate et antiquior est omnibus, quia ipse est ante omnia, et nouior omnibus, quia idem ipse post omnia.

27. Quapropter, cum audimus dicentem scripturam: et praecepit dominus deus Adae dicens: ab omni ligno, quod est in paradiso, escae edes; de ligno autem cognoscendi bonum et malum non manducabitis de

23 Gen. 2, 16. 17

3 et om. S omnitenens om. S 7 intrinsecus (al ex in mg.) P
8 extrinsecus] intrinsecus (in mg. al ex) P intrinsecus R ammini-
stret E²PR sibi om. P¹ 9 per ante corpora om. b 11 cuius]
cui b 12 eius opinari Eug. 14 mobilem (in mg. al mutabilem) P
15 in s. l. m. 1 R 16 quo] qui S intrinsecus (in mg. al ex) P
creatas (in mg. al creaturas) P administrat E²PR 18 incommutabili (bi
s. l. m. 1) S incommutabile eternitate excellentique b 19 et om. E¹
23 scripturam dicentem bd scribituram EP 25 escae] esca E¹bd Eug
aesca PRS escā E²; cf. 242, 17 aedes S 26 cognoscendi (alt. n s. l.) R

illo. qua die autem ederitis ab eo, morte moriemini, si modum quaerimus, quomodo ista locutus sit deus, modus quidem ipse a nobis proprie comprehendi non potest. certissime tamen tenere debemus deum aut per suam substantiam loqui aut per sibi subditam creaturam; sed per substantiam suam non loqui nisi ad creandas omnes naturas, ad spirituales uero atque intellectuales non solum creandas, sed etiam inluminandas, cum iam possunt capere locutionem eius, qualis est in uerbo eius, quod in principio erat apud deum et deus erat uerbum, per quod facta sunt omnia. illis autem, qui eam capere non possunt, cum loquitur deus, non nisi per creaturam loquitur aut tantummodo spiritalem siue in somnis siue in extasi in similitudine rerum corporalium aut etiam per ipsam corporalem, dum sensibus corporis uel aliqua species adparet uel insonant uoces.

Si ergo Adam talis erat, ut posset capere illam locutionem dei, quam mentibus angelicis per suam praebet substantiam, non dubitandum est, quod eius mentem per tempus mouerit miro et ineffabili modo, non motus ipse per tempus, eique utile ac salubre praeceptum ueritatis inpresserit et quae transgressori poena deberetur ea ipsa ineffabili ueritate monstrauerit, sicut audiuntur uel uidentur omnia bona praecepta in ipsa incommutabili sapientia, quae in animas sanctas se transfert ex aliquo tempore, cum ipsius nullus sit motus in tempore. si autem ad eum modum Adam iustus erat, ut ei adhuc opus esset alterius creaturae sanctioris et sapientioris auctoritas, per quam cognosceret dei uoluntatem atque

9 cf. Ioh. 1, 1. 3 23 cf. Sap. 7, 27

1 aederitis *S* ab] de *S* 2 loquutus *P* 3 propriae *PS* con-
 praehendi *EP**RS* 8 locutionem *P* 9 aput *EP* deum] eum *Eug*
 11 eam] eum *S* 13 extasin *R* ecstasi *d* in *om.* *E¹Rb* 14 aliqua
 (qu *s. l. m.* 1) *R* 16 cap. XVIII *E* possit *S* locutionem *PR*
 19 ineffabili (i *fin.* ex e *m.* 1) *R* ei quae *S* 20 utile ac] utique
 hoc *Eug.* salubrē *S* inpraesserit *RS* et quae] queque *b* que *R*
 21 transgressori (i *eras.*) *R* debetur *E¹* ipse *S* ineffabiliter
PRS Eug. (s. *l. m.* 2) *Ebd* 22 omnia] ea omnia *b* 24 transferet *S*

iussionem, sicut nobis prophetae, sicut ipsis angeli, cur ambigamus per aliquam eius modi creaturam ei esse locutum deum talibus uocum signis, quae intellegere posset? illud enim, quod postea scriptum est, cum peccassent, eos audisse uocem domini dei ambulantis in paradiso, quia non per ipsam dei substantiam, sed per subditam ei creaturam factum est, nullo modo dubitat, qui fidem catholicam sapit. ad hoc enim et aliquanto latius de hac re disserere uolui, quia nonnulli haeretici putant substantiam filii dei nullo adsumto corpore per se ipsam esse uisibilem et ideo, antequam ex uirgine corpus acciperet, ipsum uisum esse patribus opinantur, tamquam de solo deo patre dictum sit: quem nemo hominum uidit nec uidere potest, quia filius uisus sit ante acceptam serui formam etiam per ipsam substantiam suam: quae impietas procul a catholicis mentibus repellenda est. sed de hoc plenius alias, si domino placuerit, disseremus; nunc terminato isto uolumine id, quod sequitur, quomodo sit mulier ex uiri sui latere creata, in consequenti sperandum est.

LIBER NONUS.

1. Et dixit dominus deus: non bonum est esse hominem solum; faciamus ei adiutorium secundum

5 cf. Gen. 3, 8 9 Ariani 12 I Tim. 6, 16 20 Gen. 2, 18—24

1 prophetae *S* ipsis *E*¹ quor *PR* 2 ambigimus *PR*¹*bd* huiusmodi *Sbd* ei *R*¹ 3 dō *R*¹ illut *P* 4 scribunt *EP* peccasset *b* 6 creaturam ei *Eug.* 7 sapit] capit *Eug* (*Knöll 212, 18*) hoc] huc *R*² 8 hac] ac *P*¹ uoluit *P* 9 heretici *ER* substantia *E*¹ filii *E*¹ assumto *PR* adsumpto *Sbd* 12 solo *R* 14 serui (ui s. l. m. 1) *S* suam om. *E*¹ impietas *E* 15 repellenda (a pr. ex e m. 1) *R* 18 consequenti sperandum (n ante d s. l.) *E,SR*² consequentis parandum *P* consequentibus parandum *R*¹*bd* Expl lib octabus incipiunt capitula libri noni fol. 133 *E* Explicuit liber VIII. (*litt. minusc. color.*) fol. 210^b *P* Explicuit liber octauus (*litt. mai.*) Incipit liber nonus fol. 160^b *R* Expl liber VIII (*litt. mai.*) pag. 225^a *S*

19 Explicuerunt capitula inē liber nonus fol. 134 *E* Incipit liber nonus (*litt. minusc. rubr.*) fol. 211^a *P* Incipit lib VIII (*litt. mai. rubr.*) pag. 225^b *S* 20 hominem esse solum *bd*

ipsum. et finxit deus adhuc de terra omnes bestias
agri et omnia uolatilia caeli et adduxit illa ad Adam,
ut uideret, quid uocabit illa. et omne quodcumque
uocauit illud Adam animam uiuam, hoc est nomen
eius. et uocauit Adam nomina omnibus pecoribus et
omnibus uolatilibus caeli et omnibus bestiis agri.
ipsi autem Adam non est inuentus adiutor similis ei
et inmisit deus extasin in Adam, et obdormiuit. et
accepit unam costarum eius et adimpleuit carnem in
locum eius. et aedificauit dominus deus costam, 10
quam accepit de Adam, in mulierem et adduxit eam
ad Adam. et dixit Adam: hoc nunc os ex ossibus meis
et caro de carne mea; haec uocabitur mulier, quoniam
ex uiro suo sumta est. et propter hoc relinquet homo
patrem et matrem et conglutinabitur ad uxorem suam; 15
et erunt duo in carne una. si aliquid adiuuant lectorem,
quae libris superioribus considerata atque conscripta sunt,
non debemus in hoc diutius inmorari, quod finxit adhuc
deus de terra omnes bestias agri et omnia uolatilia
caeli; cur enim dictum sit „adhuc“. id est propter primam 20
conditionem creaturarum sex diebus consummatam, in qua
causaliter perfecta sunt omnia simul et inchoata, ut deinde
ad effectus suos causae perducerentur, iam, quantum potuimus,
in praecedentibus intimauius. et si quis hoc aliter eno-
dandum putat, tantum diligenter adtendat illa omnia, quae ut 25
hoc sentiremus adtendimus; et si probabiliorem inde potuerit
enucleare sententiam, non solum resistere non debemus, sed
debemus etiam gratulari.

24 lib. VI 5

3 uocabit *scripsi*: uocauit *E¹PR* uocaret *E²Sbd*; sed confer 174, 26;
285, 2 4 adam illud *b* 8 extasin *d* 10 loco *PRbd* 12 ex]
de *S*, (*s. l. m. 2 add. al de*) *E* 14 sumpta *PRsb* et *om. E* 15 ad
uxorem suam] uxori suae *PRbd* 16 aliqui *S* adiabant *E¹* 17 in
libris *d* conscribta *E*, (*con s. l. m. 1*) *P* 18 inmorare *P* deus
adhuc *S* 20 quur *PR* 21 consummatam (*prim. m exp. m. 2*) *E*
24 enotandum *S* 26 hoc] hic *b* 27 non resistere *b*

Si quem autem mouet, quia non dixit: finxit deus adhuc de terra omnes bestias agri et de aquis omnia uolatilia caeli, sed tamquam utraque genera de terra finxerit, et finxit deus, inquit, adhuc de terra omnes bestias agri et
 5 omnia uolatilia caeli, uideat duobus modis esse intellegendum: aut tacuisse nunc, unde finxerit uolatilia caeli, quia et tacitum posset occurrere, ut non de terra utrumque accipiatur deum finxisse, sed tantummodo bestias agri, ut uolatilia caeli etiam tacente scriptura intellegamus unde finxerit, uelut qui sciamus
 10 in prima causalium rationum conditione ex aquis ea esse producta; aut terram uniuersaliter sic appellatam simul cum aquis, quemadmodum appellata est in illo psalmo, ubi caelestium laudibus terminatis ad terram facta est conuersio sermonis et dictum: laudate dominum de terra, dracones et omnes
 15 abyssi et cetera, nec postea dictum est „laudate dominum de aquis“. ubi enim sunt omnes abyssi, quae tamen de terra laudant dominum? ubi etiam reptilia et uolatilia pennata, quae nihilominus de terra laudant dominum? secundum istam uniuersalem appellationem terrae, secundum quam etiam de toto
 20 mundo dicitur: deus, qui fecit caelum et terram, siue de terra siue de aquis quaecumque creata sunt, de terra creata ueraciter intelleguntur.

2. Nunc iam uideamus, quomodo accipiendum sit, quod dixit deus: non est bonum esse hominem solum;
 25 faciamus ei adiutorium secundum ipsum, utrum temporaliter uocibus ac syllabis editis hoc dixerit deus, an ipsa ratio commemorata est, quae in uerbo dei principaliter erat,

14 Ps. 148, 7 24 Gen. 2, 18

1 cap. I *E* qu^{sem} (id *eras.*) *R* adhuc in *mg. suppl.* *P* 2 aqua *b*
 4 inquit deus *bd* inquit *E*¹ contra uocem agri in *mg. praebetur*:
 hic minus abet *P* 6 finxit *P* 7 utraque *P* 9 scribitura *EP*
 finxit *P* 10 inprimis *P* in prima^m (m *eras.*) *R* 12 quemadmodum *E*
 14 dracones *E* 16 ubi] ibi *PRSbd* omnes in *mg. add. m.* 2 *P*
 17 dominum] deum *ES* ubi] ibi *PRbd* pennata *E*¹*P* 18 nihil-
 hominus *S* dominum] deum *ES* 20 de terra] de arida. *P* de
 arida *RSbd* 23 cap. II *E* 26 sillabis *PRS* editus *R*¹

ut sic femina fieret: quam rationem suscipiebat etiam tunc scriptura, cum diceret „et dixit deus: fiat“ hoc aut illud, quando primitus omnia condebantur. an forte in mente ipsius hominis hoc dixit deus, sicut loquitur quibusdam seruis suis in ipsis seruis suis? ex quo genere seruorum eius erat etiam 5 ille, qui dixit in psalmo: audiam, quid loquetur in me dominus deus. an aliqua de hac re ipsi homini in ipso homine per angelum est facta reuelatio in similitudinibus uocum corporalium, quamuis tacuerit scriptura, utrum in somnis an in extasi? ita enim fieri haec solent. an aliquo 10 alio modo sicut reuelatur prophetis? unde illud est: et dixit mihi angelus, qui loquebatur in me. an per corporalem creaturam uox ipsa sonuerit sicut de nube: hic est filius meus? quid ergo ex his omnibus factum sit, ad liquidum comprehendere non ualeamus; uerum tamen certissime teneamus 15 et dixisse hoc deum et, si corporali uoce uel temporaliter expressa similitudine corporis dixit, non eum per suam substantiam, sed per aliquam imperio suo subditam dixisse creaturam, sicut in libro praecedente tractauimus.

Nam uisus est deus etiam postea sanctis uiris alias capite 20 albo sicut lana, alias inferiore parte corporis sicut aurichalcum, alias aliter atque aliter; non tamen illas uisiones hominibus per substantiam, qua ipse est, sed per sibi subdita, quae creauit, eum praebuisse et per similitudines formarum uocumque

6 Ps. 84, 9 11 Zach. 2, 8 13 Matth. 3, 17 19 lib. VIII 27
20 cf. Apoc. 1, 14. 15

1 femina *S* suscipiebat] suspiciebat *E* 2 s[crib]tura *P*
et om. *S* 6 loquatur *E*²*PRbd* 9 uocum] locorum *S* 10 cum uoce
an incipit cap. III *E* alio aliquo *S* 11 prophetis *S* 13 sonauerit *S*
sicut om. *E*¹ 14 his] eis *E* ad om. *E*¹ 15 conpraehendere *E*¹*P*
ualemus *PRSbd* cum uocabulo uerum tamen incipit cap. IIII *E*
16 et pr. om. *b* 17 expressa *P* substantiam suam *PRSbd* 18 imperio
S 19 precedente libro *S* 20 etiam om. *P* 21 inferiori *S*
parte s. l. m. 1 *R* aerocalcum *EP* aericulum *R* auricalcum *S*
23 qua] quam *S* quae *bd* per om. *b* subdita sibi *b* subdita
(~ add. m. 2) *E* quae] qua *S*

corporalium quod uoluit ostendisse ac dixisse certissimum est eis, qui substantiam trinitatis incommutabiliter aeternam nec per tempus nec per locum moueri et per tempus et per locum mouere uel fideliter credunt uel etiam excellenter
 5 intellegunt. non ergo iam quaeramus, quomodo istud dixerit deus, sed potius intellegamus quid dixerit. adiutorium quippe homini secundum ipsum fuisse faciendum aeterna ipsa ueritas habet, per quam creata sunt omnia; et in illa hoc audit, qui potest in ea cognoscere, quid quare creatum sit.

10 3. Si autem quaeritur, ad quam rem fieri oportuit hoc adiutorium, nihil aliud probabiliter occurrit quam propter filios procreandos, sicut adiutorium semini terra est, ut uirgultum ex utroque nascatur; hoc enim et in prima rerum
 15 et benedixit eos deus dicens: crescite et multiplicamini et inplete terram et dominamini eius. quae ratio conditionis et coniunctionis masculi et feminae atque benedictio nec post peccatum hominis poenamque deficit. ipsa enim est, secundum quam nunc terra hominibus plena
 20 est dominantibus eius.

Quamquam enim iam emissi de paradiso conuenisse et genuisse commemorantur, tamen non uideo, quid prohibere potuerit, ut essent eis etiam in paradiso honorabiles nuptiae et torus immaculatus hoc deo praestante fideliter iustequae
 25 uiuentibus eique oboedienter sanctequae seruientibus, ut sine

14 Gen. 1, 27. 28 23 cf. Hebr. 13, 4

3 moueri] moueri nam creaturam *S* et (*prius*) — mouere in *mg.*
suppl. P; *s. l. superscr. R* 5 intellegunt *R*¹ istud *P* dixit *b*
 6 deus *om. Rbd* *cap. ·V· E* 7 hominis *E* hominis *S* 8 in *s. l. E*
 10 oportuerit *PRbd* 11 probabiliter (*bi s. l. m. 1*) *S* qua *E*₁
 propter] pter *P* 12 seminis *S* terra] in terra (*in s. l. exp. m. 2*) *E*
 in terra *S* 14 femina *P* faeminam *S* 15 deus *om. E*; *conf. etiam*
84, 25 multiplicabimini (*ni s. l. m. 1 ut uidetur*) *S* 17 faemi-
 nae *S* 19 quam] que *P*¹ 21 *cap. ·VI· E* missi *PR* 22 com-
 memorantur *E*¹: commemorantur *PRSbd* 23 nuptiae *E*¹ 24 torus *Eb*
 prestante *E* iustę fideliterque *S* 25 oboedienter] oboedientibus *Pb*
 sanctaeque (*a eras.*) *E* scaeque *PS*

ullo inquieto ardore libidinis, sine ullo labore ac dolore pariendi fetus ex eorum semine gigneretur; non ut morientibus parentibus filii succederent, sed ut illis, qui genuissent, in aliquo formae statu manentibus et ex ligno uitae, quod ibi plantatum erat, corporalem uigorem sumentibus et illi, qui gignerentur, ad eundem perducerentur statum, donec certo numero inpleto, si iuste omnes oboedienterque uiuerent, tunc fieret illa commutatio, ut sine illa morte animalia corpora conuersa in aliam qualitatem, eo quod ad omnem nutum regenti se spiritui deseruirent et solo spiritu uiuificante sine ullis alimentorum corporalibus sustentaculis uiuerent, spiritalia uocarentur. potuit hoc fieri, si non praecepti transgressio mortis subplicium mereretur.

Qui enim hoc fieri potuisse non credunt, nihil aliud quam consuetudinem naturae iam post peccatum poenamque humanam sic currentis adtendunt; non autem in eorum genere nos esse debemus, qui non credunt, nisi quod uidere consuerunt. quis enim dubitet homini oboedienter et pie uiuenti praestari potuisse, quod diximus, qui non dubitat uestibus Israhelitarum inpertitum esse quendam in suo genere statum, ut per annos quadraginta nulla uetustatis detrimenta paterentur?

4. Cur ergo non coierunt, nisi cum exissent de paradiso? cito responderi potest: quia mox creata muliere, prius quam coirent, facta est illa transgressio, cuius merito in mortem destinati etiam de loco illius felicitatis exierunt. non enim scriptura tempus expressit, quantum interfuerit inter eos

20 cf. Deut. 29, 5

1 dolore ac labore *S* 2 foetus *ES* foetus *R*¹ gignerentur *PRbd*
 3 succederent (de *s. l. m.* 1) *S* succiderent *in mg. P²R¹* 4 et *s. l. m.* 1 *E*
 5 erat] est *b* 7 impleto *E* inpletos *PS* si *om. S* oboedientesque *S*
 8 mortē *S* 9 nutum (nu *in mg.*) *P* 10 regentis *PR* se *om. PR⁴*
 11 corporalium *d* 12 precepti *S* 15 paenamque *P* 16 currentes *PR*
 17 consueuerunt *PRbd* cap. VII. *E* 18 enim *non del. m. 1* *S*
 19 potuisset *E* 22 quur *R* co-
 hierunt *P* coierunt (*i sup. eras. g pos.*) *R* exiissent *bd* 24 coierent *E*
 cohierent *S* 26 scribura *EP* expraessit *P*

factos et ex eis natum Cain. potest etiam dici, quia nondum deus iusserat, ut coirent. cur enim non ad hanc rem diuina expectaretur auctoritas, ubi nulla concupiscentia tamquam stimulus inoboedientis carnis urgebat? ideo autem hoc non iusserat deus, quia secundum suam praescientiam disponebat omnia, in qua et eorum casum procul dubio praesciebat, unde iam mortale genus propagandum esset humanum.

5. Aut si ad hoc adiutorium gignendi filios non est facta mulier uiro, ad quod ergo adiutorium facta est? si, quae simul operaretur terram, nondum erat labor, ut adiumento indigeret, et, si opus esset, melius adiutorium masculus fieret. hoc et de solacio dici potest, si solitudinis fortasse taedebat. quanto enim congruentius ad conuiuendum et colloquendum duo amici pariter quam uir et mulier habitarent? quodsi oportebat alium iubendo, alium obsequendo pariter uiuere, ne contrariae uoluntates pacem cohabitantium perturbarent, nec ad hoc retinendum ordo defuisset, quo prior unus, alter posterior, maxime si posterior ex priore crearetur, sicut femina creata est. an aliquis dixerit de costa hominis deum feminam tantum, non etiam masculum, si hoc uellet, facere potuisse? quapropter non inuenio, ad quod adiutorium facta sit mulier uiro, si pariendi causa subtrahitur.

6. Nam si parentes filiis suis cedere ex hac uita oportebat, ut ita omne humanum genus per decessiones et successiones certa numerositate inpleretur, potuerunt etiam homines genitis filiis perfectaue humani officii iustitia hinc ad meliora trans-

2 coirent *E* quur *PR* 4 stimulus *PR* urgebatq̄ (ur *exp. m.*
 1) *E* urgebat *S* 5 prescientiam *S* 6 praescibat *E* 7 mortale. (m
eras.) *P* 8 facta mulier (facta mu *in mg. add.*) *P* 9 cap. VIII. *E*
 si] sicut *S* quae om. *S* quia *b* 10 operarentur *Sb* 11 indigeretur *S*
 adiutorijq̄ *E* adiutor *S* 12 et] est *P* solacio *P* 13 tedebat *ERS*
 14 amici] mihi *S* 15 iuendo *P* obsequendo] oboediendo *S*
 16 ne] nec *PR* contrarie *E* 18 maximae *R* 19 faemina *S*
 20 faeminam *S* femina *b* non s. l. m. 1 *R* m̄q̄ masculum (mus
del. m. 1) *P* 22 subtrahatur *b* 23 cap. VIII. *E* cecedere *P*
 caedere *S* 25 certa] terra *b* 26 offitii *S*

ferri non per mortem, sed per aliquam commutationem, aut illam summam, qua receptis corporibus fient sancti, sicut angeli in caelis, aut, si illam dari non oportet nisi omnibus simul in saeculi fine, aliqua inferiore quam illa erit: quae tamen haberet meliorem statum, quam uel hoc corpus habet 5 uel illa etiam, quae primitus facta sunt, uiri ex limo terrae, mulieris ex uiri carne.

Neque enim arbitrandum est Heliam uel sic esse iam, sicut erunt sancti, quando peracto operis die denarium pariter accepturi sunt, uel sic, quemadmodum sunt homines, qui ex 10 ista uita nondum emigrarunt, de qua ille tamen non morte, sed translatione migravit. iam itaque aliquid melius habet, quam in hac uita posset, quamuis nondum habeat, quod ex hac uita recte gesta in fine habiturus est; pro nobis enim meliora prouiderunt, ne sine nobis perfecti perficerentur. aut 15 si quisquam putat hoc Heliam mereri non potuisse, si duxisset uxorem filiosque procreasset — creditur enim non habuisse, quia hoc scriptura non dixit, quamuis et de caelibatu eius nihil dixerit — quid de Enoch respondebit, qui filiis genitis deo placens non mortuus, sed translatus est? cur ergo et 20 Adam et Eua, si iuste uiuentes caste filios procreassent, non eis possent translatione, non morte succedentibus cedere? nam si Enoch et Helias in Adam mortui mortisque propaginem in carne gestantes — quod debitum ut soluant, creduntur etiam redituri ad hanc uitam et, quod tamdiu 25

2 Matth. 22, 30 9 cf. Matth. 20, 10 12 cf. IV Reg. 2, 11
15 cf. Hebr. 11, 40 19 cf. Gen. 5, 24 24 cf. Malach. 4, 5; Apoc. 11, 3 sqq.

1 aut] ad *E* 3 si *s. l. m. 1 R* oportebat *b* 4 aliquam inferiorem *PRbd* erit] erat *E* 8 *cap. X. E* helian *E'PR'*
Eliam *d* 9 die. (m *eras.*) *E* sunt accepturi pariter *S* 10 quemadmodum *E* 11 mortem *P* 12 translationē *P* 14 recte *S* gesta (del. *m. 1*) *P* enim *om. S* 16 putat *R'* helian *PR'* Eliam *d*
18 scriptura *EP* caelibatu *corr. m. 3* ex caelihabitu *E* 20 translatus] uiuus translatus *b* quur *PR* 21 iustūte (tus *exp. m. 1*) *E* castae *F* castē *S* 22 posset (t *add. m. 2 s. l.*) *P* posset *R* 23 elias *Rd*
24 solbant *P* 25 reddituri *R*

dilatatum est, morituri — nunc tamen in alia uita sunt, ubi ante resurrectionem carnis, antequam animale corpus in spiritale mutetur, nec morbo nec senectute deficiunt: quanto iustius atque probabilius primis illis hominibus praestaretur
 5 sine ullo suo parentumue peccato uiuentibus, ut in meliorem aliquem statum filiis genitis cederent, unde saeculo finito cum omni posteritate sanctorum in angélicam formam non per carnis mortem, sed per dei uirtutem multo felicius mutarentur!

10 7. Non itaque uideo, ad quod aliud adiutorium mulier facta sit uiro, si generandi causa subtrahitur: quae nihilominus quare subtrahatur ignoro. unde enim magnum magnique honoris meritum apud deum fidelis et pia uirginitas habet, nisi quia isto iam tempore continendi ab amplexu, cum ex
 15 omnibus gentibus ad inplendum sanctorum numerum largissima subpetat copia, percipiendae sordidae uoluptatis libido non sibi uindicat, quod iam sufficiendae prolis non postulat necessitudo? denique utriusque sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis recte excipitur honestate nuptiarum,
 20 ut, quod sanis esse posset officium, sit aegrotis remedium. neque enim quia incontinentia malum est, ideo conubium uel quo incontinentes copulantur, non est bonum; immo uero non propter illud malum culpabile est hoc bonum, sed propter hoc bonum ueniale est illud malum, quoniam id, quod bonum
 25 habent nuptiae et quo bonae sunt nuptiae, peccatum esse numquam potest. hoc autem tripertitum est: fides, proles, sacramentum. in fide adtenditur, ne praeter uinculum coniugale

2 ante] aut b 4 prestaretur *ES*; praestaretur—uiuentibus in *mg.*
add. m. 1 *R* 5 parentumque *S* 7 omne *R* 8 dei (*s. l. add. m.*
 2 a] fidei) *E* 11 nihilominus *S* 14 ex *om.* *E*¹ 16 percipiende
 sordide *S* liuido *E*¹ 17 uedicat *b* sufficiende *S* prolis] re-
 plesse *S* necessitudo non postulat *PRSbd* 18 *cap. XI. E* 19 nub-
 tiarum *E*¹ 20 esse posset] possit esse *b* possit *PR* egrotis *RS*
 21 conubium *bd* 22 incontinenter *S* uero (*o ex e*) *R* uere *P*
 24 ueniabile *E*³ illud] illum *P* 25 nubtiarum *E*¹ quo] quod *EPRb*
 nubtiarum *E*¹ 27 preter *S*

cum altera uel altero concumbatur; in prole, ut amanter suscipiatur, benigne nutriatur, religiose educetur; in sacramento, ut coniugium non separetur et dimissus aut dimissa nec causa prolis alteri coniungatur. haec est tamquam regula nuptiarum, qua uel naturae decoratur fecunditas uel incontinentiae regitur prauitas. unde quia satis disseruimus in eo libro, quem de bono coniugali nuper edidimus, ubi et continentiam uidualem et excellentiam uirginalem pro suorum graduum dignitate distinximus, diutius hic stilus noster non est occupandus.

8. Nunc enim quaerimus, cui adiutorio mulier facta sit uiro, si eis ad gignendos filios misceri sibimet in paradiso non licebat. qui enim hoc sentiunt, forte peccatum esse omnem concubitum putant. difficile est namque, ut, dum peruerse homines uitia deuitant, non in eorum contraria perniciter currant. etenim sicut exhorrens auaritiam fit profusus aut exhorrens luxuriam fit auarus aut inquietus fit, cuius pigritiam reprehenderis, aut cuius inquietudinem piger aut qui reprehensus odisse coeperit audaciam suam, ad timiditatem fugit aut qui timidus non esse conatur, tamquam abrupto uinculo fit temerarius, dum non ratione, sed opinione crimina metiuntur: ita dum nesciunt homines, quid in adulteriis et fornicationibus diuino iure damnetur, etiam causam procreandi coniugalem concubitum detestantur.

9. Quod qui non faciunt, sed tamen fecunditatem carnis propter successionem mortalitatis diuinitus datam sentiunt, nec ipsi putant primos illos homines potuisse concumbere,

7 De bono coniugali

1 amatā (in mg. ad amāter) b suscipiantur S 2 nutriantur S religioſe S edocentur S 3 ut] autem ut bd 4 causa- (m eras.) E regula- (m eras.) E 5 nuptiarum E¹ 9 gradum E¹ noster stilus bd 12 misceri (s m. 1 s. l.) E 13 omne S 14 cap. XII. E namque] autem S peruersae E 15 deuitant E¹ perniciter (in mg. ad pernicaciter) b 16 et 17 exorrens ERS 17 pigritia E 18 reprehenderis EPR 19 odisse ſſ (se exp. m. 1) S ceperit S audaciam S fugit] suam S 20 abrupto (p s. l. m. 1) S 21 metiuntur S 22 adulteris E¹ 23 causa PRSbd

nisi propter peccatum, quod admiserant, morituri gignendo
 requirent successores, nec adfendunt, si recte potuerunt
 successores quaeri morituris, multo rectius socios quaeri
 potuisse uicturis. inpleta enim terra genere humano recte
 5 proles, nonnisi quae morientibus succederet, quaereretur; ut
 autem per duos homines terra inpleretur, quomodo ipsi nisi
 gignendo officium societatis inplerent? an uero ita quis caecus
 est mente, ut non cernat, quanto terris ornamento sit genus
 humanum, etiam cum a paucis recte laudabiliterque uiuatur,
 10 quantumque ualeat ordo reipublicae in cuiusdam pacis terreae
 uinculum coercens etiam peccatores? neque enim tantum
 deprauati sunt homines, ut non etiam tales pecoribus et
 uolatilibus antecellant; quorum tamen omnium generibus hanc
 infimam mundi partem pro sui loci sorte decoratam quem
 15 non considerare delectet? quis autem ita sit excors, ut putet
 minus eam ornari potuisse, si iustis non morientibus in-
 pleretur?

Nam quia numerosissima est superna ciuitas angelorum,
 ideo non recte conubio copularentur, nisi morerentur. hanc
 20 quippe numerositatem perfectam etiam in resurrectione sanc-
 torum angelis sociandam dominus praesciens ait: in resur-
 rectione neque nubent neque uxores ducent; non enim
 incipient mori, sed erunt aequales angelis dei; hic
 uero cum implenda esset hominibus terra et eam propter
 25 cognationis artiore[m] necessitudinem et unitatis uinculum

21 Matth. 22, 30

1 ammiserant PR 3 socios (os ex us m. 1) E socius P 5 quae]
 qui S succederent S 6 terram E terram S 7 societatis R
 cecus S 8 ut s. l. m. 1 R ante cernat eras. est ut R 9 uinebatur E¹
 10 pacis] paucis E terreae P 11 cohercens RS choercens P
 14 locis R sorte] =orte R om. S decoratam (m s. l. m. 1) E
 15 excors] escors E¹ 18 nomerosissima (sup. pr. o m. 1 superscr. u) R
 19 morirentur S 21 sotiandam R praesciens S 22 ducunt E¹
 23 iniquient E¹ cum uoce hic incipit cap. XIII. E hinc S
 25 cognitionis (sup. prim. i superscr. a) S artiore[m] bđ

maxime commendandum ex uno oporteret impleri, propter quid aliud secundum ipsum quaesitus est femineus sexus adiutor, nisi ut serentem genus humanum natura muliebris tamquam terrae fecunditas adiuuaret?

10. Quamuis honestius meliusque credatur ita fuisse tunc 5 illorum hominum corpus animale constitutorum in paradiso nondum mortis lege damnatum, ut non haberent adpetitum carnalis uoluptatis, qualem nunc habent ista corpora, quae iam ex mortis propagine ducta sunt. neque enim nihil est in eis factum, cum de ligno prohibito edissent, quandoquidem 10 deus dixerat non „si ederitis, morte moriemini“, sed: qua die ederitis, morte moriemini, ut hoc ipsum in eis illa faceret dies, quod apostolus gemit dicens: condelector legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis 15 meae et captiuantem me in lege peccati, quae est in membris meis. infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. non enim sufficeret ei, si diceret: quis me liberabit de hoc mortali corpore? sed, de corpore, inquit, 20 mortis huius. sicut etiam illud, corpus quidem, inquit, mortuum est propter peccatum; nec ibi ait mortale, sed mortuum, quamuis utique et mortale, quia moriturum. non ita credendum est fuisse illa corpora, sed licet animalia, nondum spiritalia, non tamen mortua, id est quae necesse 25 esset ut morerentur: quod ea die factum est, qua lignum contra uetitum tetigerant.

11 Gen. 2, 17 13 Rom. 7, 22—25 21 Rom. 8, 10

1 commendandum *R* implere *P* 2 quaesitus] quietus *S* faemineus *S* 4 adiuuaret *E*¹ 9 iam *s. l. m.* 1 *R* in *om.* *P*¹ 11 non dixerit *b* dixerit *R*¹*Pb* non *om.* *R*¹ sed—moriemini *in mg.* *P* quo *bd* 12 die] *S* ederitis *S* 17 liberauit *P* 18 gratiam *P* 19 si] qui *S* 20 liberauit *F*¹ inquit *E*¹*RS* 21 sicut—peccatum *in mg. inf. add. m.* 1 *S* inquit *E*¹ 22 propter] pro *E* 24 ita] itaque *S* 26 morerentur (*n. s. l. m.* 1) *E* morerentur *S* eo *bd* die] *S* quo *bd* 27 tetigerunt *PRSpd*

Sicut in ipsis nostris corporibus quaedam pro suo modo
 sanitas dicitur, quae si perturbata sic fuerit, ut letalis morbus
 iam viscera depascatur, quo inspecto medici mortem imminere
 pronuntient, mortale utique corpus etiam tunc dicitur, sed
 5 aliter, quam cum esset sanum quamuis quandoque sine dubio
 moriturum: ita illi homines animalia quidem corpora gerentes,
 sed non moritura, nisi peccassent, acceptura autem angelicam
 formam caelestemque qualitatem, mox ubi praeceptum trans-
 gressi sunt, eorum membris uelut aliqua aegritudo letalis
 10 mors ipsa concepta est mutauitque illam qualitatem, qua
 corpori sic dominabantur, ut non dicerent: uideo aliam
 legem in membris meis repugnantem legi mentis
 meae, quia, etsi nondum spiritale, sed animale corpus erat.
 nondum tamen erat mortis huius, de qua et cum qua nati
 15 sumus. quid enim aliud, non dicam nati, sed omnino concepti,
 nisi aegritudinem quandam inchoauimus, qua sumus necessario
 morituri? neque enim tam necesse est eum ipso morbo mori,
 qui hydrops uel syntecticus uel elephantiosus factus fuerit.
 quam eum, qui hoc corpus habere coeperit, in quo omnes
 20 homines natura sunt filii irae, quia hoc non fecit nisi poena
 peccati.

Quae cum ita sint, cur non credamus illos homines ante
 peccatum ita genitalibus membris ad procreandos filios imperare
 potuisse sicut ceteris, quae in quolibet opere anima sine
 25 ulla molestia et quasi pruritu uoluptatis mouet? si enim

20 cf. Ephes. 2, 3

1 cum uoce nostris incipit cap. XIII. E 2 ut] et (in mg. ut) P
 laetalis E¹ letalis (i sup. e m. 1 superscr.) P leotalis R¹ loetalis E²R²
 morbus (e eras.) R morbi S 3 quod S morte S 7 accepturâ P
 9 egritudo PS laetalis E¹ loetalis E²R¹ 11 corpore (in mg. i) P,R
 d.ominabantur R 14 nondum ex numdum P 16 egritudinem S
 necessario] sine dubio b 18 hidrops S hydropicus b syntecticus] sin-
 tecticus E dysintericus P dysintericus (s. l. m. 1 l sintecticus et in mg.
 Sintecticus) R dysentecticus (dy s. l. m. 1) S dissintericus b dysente-
 ricus d 19 ceperit S 20 ire S in hoc b 22 quur E¹ quur PR
 24 qualibet opera S 25 pluritu E¹ proritu PR¹ uoluptatis b si
 enim] an uero R an uero si b

creator omnipotens ineffabiliterque laudandus, qui et in minimis suis operibus magnus est, apibus donauit, ut sic operentur generationem filiorum quemadmodum cerae speciem liquoremque mellis, cur incredibile uideatur primis hominibus talia fecisse corpora, ut, si non peccassent et morbum quandam, quo morerentur, continuo concepissent, eo nutu imperarent membris, quibus fetus exoritur, quo pedibus, cum ambulatur. ut neque cum ardore seminaretur neque cum dolore pareretur. nunc uero transgrediendo praeceptum motum legis illius, quae repugnat legi mentis, in membris conceptae mortis habere meruerunt, quem nuptiae ordinant, continentia cohibet et refrenat, ut, quemadmodum de peccato factum est subplicium, sic de subplicio fiat meritum.

11. Factam itaque feminam uiro de uiro in eo sexu, in ea forma et distinctione membrorum, qua feminae notae sunt, quae peperit Cain et Abel et omnes fratres eorum, ex quibus omnes homines nascerentur, in quibus peperit etiam Seth, per quem ad Abraham uentum est et ad populum Israhel gentemque omnibus iam notissimam gentibus et per Noe filios omnes gentes, quisquis dubitauerit, omnia cogit nutare, quae credimus, longeque a fidelium mentibus repellendus est. cum ergo quaeritur, ad quod adiutorium factus sit ille sexus uiro, diligenter, quantum ualeo, cuncta consideranti nonnisi causa prolis occurrit, ut per eorum stirpem terra inpleretur, et non eo modo procreatam, quo nunc procreantur homines, cum inest peccati lex in membris repugnans legi mentis, etiamsi per dei gratiam uirtute superatur; hoc enim esse non potuisse

16 cf. Gen. 4, 1. 2. 25

2 donabit *P* 3 quemadmodum *E* caerae *P* caere *RS* 4 quae *E*¹
 quae *PR* 6 morerentur *S* concepissent] non concepissent *bd* (non
s. l. m. 1) *R* 7 foetus *R* 8 ardore] arbore *E*¹ 11 choibet *S* 12 quem-
 ammodum *E* - peccato (o *in ras.*) *R* suplicium *E* 13 suplicio *E*
 14 facta *E*¹ femina *E*¹ 15 faeminae *SP* 16 chain *S* 18 uentum
 est ad abraham *PRSbd* ad *s. l. m.* 1 *E* 19 noë *RS* 20 dubi-
 tauerint (n *exp. m.* 1) *S* nutare] uitare *b* 24 stirpem (m *s. l. m.*
 1) *E* et] sed *Sbd* 25 procreata *E*¹

credendum est nisi in corpore mortis huius, quod corpus mortuum est propter peccatum. et quid hac poena iustius, quam ut non ad omnem nutum seruiat corpus, id est suus famulus animae, sicut domino suo detractauit ipsa seruire, siue utrumque ex parentibus creet deus, corpus ex corpore, animam ex anima, siue alio modo faciat animas, non utique ad opus impossibile nec mercede parua, ut cum anima pietate deo subdita legem istam peccati, quae est in membris corporis mortis huius, quam primus homo accepit in poenam, uicerit ipsa per gratiam, praemium caeleste percipiat maiore gloria, demonstrans, quanta sit laus oboedientiae, quae alienae inoboedientiae poenam potuit uirtute superare?

12. Sed quoniam, cui adiutorio femina facta sit uiro, satis, quantum existimo, requisitum est, illud iam uideamus, quare sit factum, quod adductae sunt ad Adam omnes bestiae agri et omnia uolatilia caeli, ut eis nomina inponeret, atque ita uelut necessitas oreretur creandi ei feminam ex eius latere, cum inter illa animalia simile illi adiutorium non fuisset inuentum. uidetur enim mihi propter aliquam significationem propheticam factum, sed tamen factum, ut re gesta confirmata figurae interpretatio libera relinquatur. quid est enim hoc ipsum, quod uolatilibus terrestribusque animantibus non etiam piscibus atque omnibus natatilibus Adam nomina inposuit? si enim linguae humanae consulantur, sic appellantur haec omnia, quemadmodum eis homines loquendo nomina posuerunt. non

2 paena *S* 3 seruiant *E* 4 detractauit *R* 5 siue *om. b* creent (*in mg.* creet) *P* 7 mercedæ *S* pietate *S* 8 membris corporis] corpore *S* 9 mortis *s. l. m. 1 R* 10 ipsa* (*m eras.*) *R* premiumque *S* caelestę *S* gloria* (*m eras.*) *R* 11 aliene *S* 12 penam *S* 14 quantum existimo] ut arbitror *S* extimo *P*¹ sit *s. l. m. 1 R* 15 adducte *S* ad *s. l. m. 1 P* 16 adque *E*¹ uelud *S* 17 oreretur *RSbd* 18 simeli *P*¹ 19 uideatur (*a eras.*) *P* propheticam *R* 20 re *P*¹ res *E*² *R* 21 interpretatio *EP* interpretatione *S* libera *s. l. m. 1 P* reliquatur *E*¹ 22 non] nec non *b* 23 natatilibus (*l ex b*) *S* 24 consulantur (*n fm. m. 1 s. l.*) *E* 25 quemadmodum *E* eis] es *S* imposuerunt *Sd*

solum haec, quae sunt in aquis et terris, uerum etiam ipsa terra et aqua et caelum et quae uidentur in caelo et quae non uidentur, sed creduntur, pro diuersitate linguarum gentilium diuersis nominibus appellantur. unam sane linguam primitus fuisse didicimus, antequam superbia turris illius post diluuium fabricatae in diuersos signorum sonos humanam diuideret societatem, quaecumque autem illa lingua fuerit, quid adinet quaerere? illa certe tunc loquebatur Adam et in ea lingua, si adhuc usque permanet, sunt istae uoces articulatae, quibus primus homo animalibus terrestribus et uolatilibus nomina inposuit. num igitur ullo modo credibile est in eadem lingua nomina piscium non ab homine, sed diuinitus instituta, quae deo docente homo postea disceret? quod si ita etiam factum esset, quare ita factum esset, procul dubio mystica significatio resonaret. sed credendum est paulatim cognitio piscium generibus nomina inposita; tunc autem, cum pecora et bestiae et uolatilia ad hominem adducta sunt, ut eis ad se congregatis generatimque distinctis nomina inponeret, quibus etiam ipsis paulatim et multo citius quam piscibus, si hoc factum non esset, posset nomina inponere, quid fuit causae, nisi ratio aliquid significandi, quod ad praenuntiationem futurorum ualeret? cui rei maxime ordo narrationis huius inuigilat.

Deinde, numquid ignorabat deus nihil tale se creasse in naturis animalium, quod simile adiutorium posset esse homini? an opus erat, ut hoc etiam homo ipse cognosceret et eo commendatiorem haberet mulierem suam, quod in omni carne creata sub caelo et de hoc aere sicut ipse uiuente nihil eius

4 cf. Gen. 11, 1—8

4 adpellantur *S* 5 superuia *P* turris] terris *b* 6 dilubium *E¹P*
 8 loquebatur *P* 9 sint *E¹* istae] ille *b* 10 animalibus *ex* ani-
 mantibus *m.* 1 *R* uolatilibus] caelestibus *S* 11 num] Non *b* 13 di-
 sceret (*s. m.* 1 *s. l.*) *R* 14 esset (*prius*) est *S* mistiſca *E* 16 im-
 posita nomina *S* 17 sunt *s. l. m.* 1 *R* 18 generatimque (*a exp. m.*
 1) *P* 19 et *om. S* cicius *S* 20 possit *E¹S* fuit *om. S*
 21 pronuntiationem *S* 22 maximae *PR* 25 ipse homo *bd* 26 mulierem]
 me uxorem (*me exp. m.* 1) *P* uxorem *RSbd* 27 ipse] ipse uiuens *b*

simile inuenerit? mirum, si hoc scire non posset nisi omnibus ad se adductis atque perspectis. si enim deo credebat, posset hoc illi eo modo dicere, quo modo et praeceptum dedit, quo modo et peccantem interrogauit atque iudicauit; si autem non
 5 credebat, profecto neque hoc scire poterat, utrum ad eum ille omnia, cui non credebat, adduxerit, an forte in aliquibus ab illo remotioribus terrae partibus aliqua ei similia, quae non demonstrasset, absconderit. non itaque arbitror dubitandum hoc alicuius prophetae significationis gratia factum, sed
 10 tamen factum.

Neque hoc opere suscepimus propheta aenigmata perscrutari, sed rerum gestarum fidem ad proprietatem historiae commendare, ut quod impossibile uideri uanis atque incredulis potest aut ipsi auctoritati sanctae scripturae uelut testificatione
 15 contraria repugnare id pro meis uiribus, quantum deus adiuuat, disserendo demonstrarem neque impossibile esse neque contrarium, quod autem possibile quidem adparet nec habet ullam speciem repugnantiae, sed tamen quasi superfluum uel etiam stultum quibusdam uideri potest, hoc ipsum disputando demonstrarem,
 20 quod ideo non tamquam rerum gestarum naturali uel usitato ordine factum est, ut cordibus nostris fidelissima sanctarum scripturarum auctoritate praelata, quia stultum esse non potest, mysticum esse credatur, quamuis eius expositionem uel inquisitionem aut alibi iam exhibuerimus aut in tempus aliud
 25 differamus.

1 scire *in ras. m.* 2 *E* possit *S* 2 prospectis *S* posset] poterat *S* 3 illi hoc *S* modo *in ras. m.* 2 *E* quomodo dicere quomodo et (*exp. m.* 1) *P* 5 profecto (i *eras.*) *S* 6 omnia ille *PRSBd* cui (i *ex m.* 1) *E* 7 aliqua ei] aliqui (*sic*) *P* 8 demonstrasset (*s med. s. l. m.* 1) *R* demonstrans & *S* absconderit (i *ex e m.* 1) *R* 10 factum *om. R*¹ 11 prophetae (h *s. l.*) *R* aenigmata *ES* perscrutare (*sup. fin. e add. m.* 1 i) *P* perscrutari (ri *in ras.*) *R* perscrutari *S* 12 ad] ac *E* 14 auctoritati *P*¹ auctoritatis *R* scripturae *EP* 15 adiuuat *E*¹ 16 demonstrarem *S* 19 uidere (*sup. e fin. superscr. m.* 1 i) *P* 20 tanquam (*in mg. ad non*) *b* 22 scripturarum *EP* 23 mysticum *E* quamuis (uis *m. 1 s. l.*) *S* 24 tempus] opus (*in mg. ad tempus*) *b*

13. Quid ergo sibi uult etiam illud, quod mulier uiro de latere facta est? uerum esto propter ipsius coniunctionis uim commendandam hoc ita fieri oportuisse credamus. numquid etiam, ut dormienti fieret, eadem ratio uel necessitas flagitabat, ut denique osse detracto, in cuius locum caro subpleretur? num enim non potuit ipsa caro detrahi, ut inde congruentius, quod sit sexus inferior, mulier formaretur? an uero tam multis additis costam deus aedificare potuit in mulierem et carnem pulpamue non potuit, qui de puluere ipsum hominem fecit? aut si iam costa fuerat detrahenda, cur non altera pro ea costa reposita est? cur etiam non dictum est „finxit“ aut „fecit“ sicut in omnibus supra operibus, sed aedificauit, inquit. dominus deus illam costam, non tamquam corpus humanum, sed tamquam domum? non est itaque dubitandum, quoniam haec facta sunt et stulta esse non possunt, ob aliquid significandum esse facta fructum futuri saeculi ab ipso iam primordio generis humani deo praescio in ipsis suis operibus misericorditer praedicante, ut certo tempore seruis suis siue per hominum successiones siue per suum spiritum uel angelorum ministerium reuelata atque conscripta et promittendis rebus futuris et recognoscendis inpletis testimonium perhiberent: quod magis magisque in consequentibus adparebit.

14. Uideamus ergo, quod isto opere suscepimus, non secundum praefigurationem rerum futurarum, sed secundum rerum gestarum non allegoricam, sed propriam significationem quemadmodum haec accipi possint. et finxit deus, inquit, adhuc de terra omnes bestias agri et omnia uolatilia caeli: unde iam quod uisum est et quantum uisum est disseruimus.

12 Gen. 2, 22 26 Gen. 2, 19

1 quod etiam *E* uiri *bd* de latere uiro *S* 2 esto] est *S*
 5 ut *om. P¹* osse] *S* supleretur *E* 7 inferior (*s. l. m. 2* al infirmior) *E*
 infirmior *PRsbd* 10 quur *PR* reposita est costa *S* 11 quur *PR*
 non etiam *S* 12 inquit *E¹R* 16 fructuum *E¹* 18 praedicantem *PR*
 hominem *Rb* 20 conscribta *EP* 21 periberent *P* 23 suscipimus *S*
 saecundum *S* 25 allegorica (*m eras.*) *R* quemammodum *E* 26 hic *b*
 possunt *b* inquit *R* 28 diseruimus (*i init. ex e m. i*) *R*

et adduxit ea omnia ad Adam, ut uideret, quid ea uocaret. quomodo haec adduxerit deus ad Adam, ne carnaliter sapiamus, adiuuare nos debet, quod de bipertito opere diuinae prouidentiae in libro superiore tractauimus. neque enim sicut indagant atque adigunt uenantes uel aucupantes ad retia quaecumque animantia capiunt, ita hoc factum esse credendum est aut uox aliqua iussionis de nube facta est eis uerbis, quae rationales animae audientes intellegere atque oboedire adsolent. non enim hoc acceperunt ut possint bestiae uel aues; in suo tamen genere obtemperant deo, non rationali uoluntatis arbitrio, sed sicut mouet ille omnia temporibus oportunitis, non ipse temporaliter motus, per angelica ministeria, quae capiunt in uerbo eius quid quo tempore fieri debeat, et illo non temporaliter moto mouentur ipsa temporaliter, ut in his, quae sibi subiecta sunt, iussa eius efficiant.

Omnis enim anima uiua, non solum rationalis sicut in hominibus, uerum etiam inrationalis, sicut in pecoribus et uolatilibus et piscibus, uisis mouetur. sed anima rationalis uoluntatis arbitrio uel consentit uisis uel non consentit; inrationalis autem non habet hoc iudicium, pro suo tamen genere atque natura uiso aliquo tacta propellitur. nec in potestate ullius animae est, quae illi uisa ueniant siue in sensus corporis siue in ipsum spiritum interius, quibus uisis adpetitus moueatur cuiuslibet animantis. ac sic cum ea uisa per angelorum oboedientiam desuper ministrantur, peruenit iussio dei non solum ad homines nec solum ad aues et pecora, uerum etiam ad ea, quae sub aquis latent — sicut

4 lib. VIII 9. 19—26

1 omnia ea *bd* uocaret ea *S* 2 Et quomodo *S* 3 uipertito *E*¹
 5 adque *E*¹ adigunt] adiunguntur *S* 6 quaecumque; cum hac uoce
 finitur codex *E*; primum enim folium quaternionis XVIII dissectum est,
 quod manu recenti adnotatum est. 8 rationalis *R* 9 possent *S*
 11 arbitrio (*pr. r s. l. m. 1*) *R* 14 motu *RS* 15 iis *d* 17 inratio-
 nabilis *S* 20 inrationabilis *S* 21 uiso (*i ex o m. 1*) *S* 22 ullius]
 illius *b* 23 sensus (*s fin. m. 1 ex m*) *R* sensum *bd* 24 sic] si *S*
 27 etiam *om. P*¹ sub] in *S*

ad cetum, qui gluttiiuit Ionam — nec solum ad ista maiora, uerum etiam ad uermiculum; nam et huic legimus diuinitus iussum, ut radicem cucurbitae roderet, sub cuius umbraculo propheta requieuerat. si enim homini donauit deus, sic eum instituens, ut etiam carnem peccati portans possit non solum 5 pecora et iumenta suis usibus subdita nec tantum domesticas aues, sed etiam libere uolitantes quaslibet etiam saeuas feras et capere et mansuetas facere et eis mirabiliter imperare potentia rationis, non corporis, cum earum adpetitus et dolores captans paulatimque inlectando, premendo laxandoque moderans 10 agresti eas exiit consuetudine et tamquam humanis moribus induit: quanto magis angeli hoc possunt, qui iussione dei in ipsa eius, quam sempiternae intuentur, incommutabili ueritate perspecta mouentes se per tempus et corpora sibi subdita per tempus et locum agilitate mirabili et uisa, quibus moueatur, 15 et adpetitum carnalis indigentiae ualent efficere omni animae uiuae, ut quo eam uenire opus est nesciens adducatur!

15. Iam ergo uideamus, ipsa mulieris formatio, quae mystice etiam aedificatio dicta est, quemadmodum facta sit. natura quippe mulieris creata est, quamuis ex uirili, quae iam erat, 20 non aliquo motu iam existentium naturarum. angeli autem nullam omnino possunt creare naturam; solus enim unus cuiuslibet naturae, seu magnae seu minimae, creator est deus, id est ipsa trinitas, pater et filius et spiritus sanctus. aliter ergo quaeritur, quemadmodum sit soporatus Adam costaque 25 eius sine ullo doloris sensu a corporis conpage detracta sit.

1 cf. Ion. 2, 1 2 cf. Ion. 4, 7. 6

1 coetum *PRS* gluttiiuit *Sbd* 2 huic] hinc *b* 3 cucurbite *P*
 cucurb&e *S* 4 propheta (a *sup.* e *m.* 1 *superscr.*) *S* 7 aues. *R*
 libere *b* uolitantes *ex* uolantes *R* uoluntatis *b* seuas *S* 8 mansue
 facere *S* 9 adpetitos *S* 10 illectando *bd* inlactando *S* p̄mendo *S*
 laxando que *R* 11 ea sexu& *S* ex.uit *R* 12 dei] dñi *S* 14 pre-
 specta *S* 15 uis. a (a *m.* 2) *R* iussa (in *mg.* al uisa) *b* moueantur *Sb*
 18 mysticae *S* 19 facta *ex* dicta *m.* 1 *S* 20 mulieribus *R*² 21 aliqui
 motus *PR* existientium *PR* 22 unius *S* 23 cuiusbet (*alt.* u *s.*
l. m. 1) *P* minime *S* 25 queritur *S* quemamodum *P*

haec enim fortasse dicantur potuisse per angelos fieri; formare autem uel aedificare costam, ut mulier esset, usque adeo non potuit nisi deus, a quo uniuersa natura subsistit, ut ne illud quidem carnis subplementum in corpore uiri, quod in illius
 5 costae successit locum, ab angelis factum esse crediderim sicut nec ipsum hominem de terrae puluere: non quo nulla sit angelorum opera, ut aliquid creetur, sed non ideo creatores sunt, quia nec agricolas creatores segetum atque arborum dicimus. non enim qui plantat, est aliquid neque qui
 10 rigat, sed qui incrementum dat, deus. ad hoc incrementum pertinet etiam in corpore humano, quod osse dempto locus carne subpletus est, illo scilicet opere dei, quo naturas substituit, ut sint, quo ipsos quoque angelos creauit.

Opus itaque agricolae est, ut aquam ducat, cum rigat; non
 15 autem opus eius est, ut aqua per decliua prolabatur, sed illius, qui omnia in mensura et numero et pondere disposuit. item opus agricolae est, ut surculus auellatur ex arbore terraeque mandetur; at non eius opus est, ut sucum inbibat et germen emittat, ut aliud eius solo figat, quo radicem
 20 stabiliat, aliud in auras promoueat, quo robur nutriat ramosque diffundat, sed illius, qui dat incrementum. medicus etiam aegro corpori alimentum adhibet et uulnerato medicamentum: primum non de rebus, quas creauit, sed quas creatas opere creatoris inuenit; deinde cibum uel potum praeparare potuit et
 25 ministrare, emplastrum formare et medicamento inlitum

9 I Cor. 3, 7 16 cf. Sap. 11, 21

8 ut om. P¹ 4 supplementum PRbd cum uocabulo quod incipit fol. 144 cod. E quod (d s. l. m. 1) R 6 puluerae R quo] quod b
 11 ossae E ossae S dempto PRSbd 12 supletus E 14 agrigolae R¹
 15 declibia PR¹ 16 in numero et mensura E 17 surculos R¹
 18 terrae quae RS mandetur (a m. 2) R at] an E¹R² om. S
 opus eius bd sucum inbibat] succinuibat E¹ sucum bibat E² 19 et] ut E²PRSbd figat (g s. l. m. 1) R 20 istabiliat E stabiliat (at ex et m. 1) S aures PR robor R¹ 21 medicos (sup. o m. 1 superscr. u) R 22 aegro P uulnerato m. 2 ex alimento E 24 cium E¹ cybum S 25 et emplastrum b medicamento S medicamenta R¹b inlitum] illico b

adponere. num etiam ex his, quae adhibet, operari et creare uires uel carnem potest? natura id agit interiore motu nobisque occultissimo. cui tamen si deus subtrahat operationem intimam, qua eam substituit et facit, continuo tamquam extincta nulla remanebit. 5

Quapropter cum deus uniuersam creaturam suam bipertito quodam modo opere prouidentiae, de quo in superiore libro locuti sumus, et in naturalibus et in uoluntariis motibus administret, creare naturam tam nullus angelus potest quam nec se ipsum. uoluntas uero angelica oboedienter deo subdita 10 eiusque executata iussionem naturalibus motibus de rebus subiectis tamquam materiem ministrare, ut secundum illas principales in uerbo dei non creatas uel secundum illas in primis sex dierum operibus causaliter creatas rationes aliquid tempore creetur. more agricolandi uel medendi potest. quale 15 itaque ministerium deo exhibuerint angeli in illa mulieris formatione, quis audeat adfirmare? certissime tamen dixerim subplementum illud carnis in costae locum ipsiusque feminae corpus et animam conformationemque membrorum, omnia uiscera, sensus omnes et quidquid erat, quo illa et creatura 20 et homo et femina erat, nonnisi illo opere dei factum, quod deus non per angelos, sed per semet ipsum non operatus est et dimisit, sed ita continuanter operatur, ut nec ullarum aliarum rerum nec ipsorum angelorum natura subsistat, si non operetur. 25

7 lib. VIII 9. 19—26

1 apponere *E*¹ iis *d* athibet *E*¹ 2 potest natura? (*sic distinc.*) *S*
 4 substituit (*i fin. ex e m. 1*) *R* 6 suum *b* uipertito *E*¹ 7 mode
om. E opere (*o s. l. m. 1*) *P* propereudentiae (*pr paene eras.*
pere s. l. add.) *R* superiori *S* 9 administraret *S* amministret *E*²*PR*
 quam] qui *PR* 12 materiam *bd* 15 agricolandi (*n ex m m. 1*) *E*
 16 exhibuerint *P* exhibuerant *b* illam *S* 17 formationem *S* tamen]
 cum *b* 18 suplementum *E* ipsiusquae *E* femine *P* 20 quic-
 quid *E*²*R* quo* (*d eras.*) *E* 21 illo] in illo *PR**S**bd* 22 non *fin. om. R*¹*b*
 23 et] nec *b* demisit *P* ullarum] illarum *S* 24 subsistat (*s fin.*
s. l. m. 1) *E*

16. Sed quoniam carnem animatam atque sentientem, quantum naturam rerum pro humano captu experiri potuimus, non nouimus nasci, nisi aut ex istis tamquam materialibus elementis, hoc est aqua et terra, aut ex fruticibus uel lignorum fructibus
 5 uel etiam ex carnibus animalium, sicut innumerabilia genera uermium siue reptilium, aut certe ex concubitu parentum, nullam autem carnem natam scimus ex carne cuiuslibet animantis, quae tam esset ei similis, ut sexu tantum discerneretur, quaerimus in rebus creationis huius similitudinem, qua mulier
 10 de uiri latere facta est, nec possumus inuenire, non ob aliud, nisi quia homines quemadmodum operentur in hac terra nouimus; quemadmodum autem angeli in hoc mundo quodammodo agricolentur, non utique nouimus, nam profecto si remota
 15 hominum industria fruticum genus naturae cursus operaretur, nihil aliud nossemus quam ex terra nasci arbores et herbas et ex earum seminibus, ab eis itidem in terram cadentibus, numquid innotesceret nobis quid ualeret insertio, ut alterius generis lignum radice propria poma portaret aliena et coalescente unitate iam sua? haec per agricolarum opera didicimus,
 20 cum ipsi creatores arborum nullo modo essent, sed naturae cursum deo creanti suum quoddam officium ministeriumque praeberent. nequaquam enim quidquam per eorum opera existeret, si hoc in dei opere intima naturae ratio non haberet. quid ergo mirum, si hominem ex osse hominis factam non
 25 nouimus, quando creanti deo quemadmodum angeli seruiant

2 natura *E* humanu *P* 3 istis] is *E*¹ 4 ex aqua *b* fruticibus (tici *in ras. m.* 2) *R* frutectibus *S* 6 concubitum (m *exp. m.* 1) *P* 8 esset (t *s. l. m.* 1) *E* 9 querimus *RS* rebus *s. l. m.* 1 *S* huius] hmoi *b* qua] quā *P* qua* (m *eras.*) *R* 11 quia (i *s. l. m.* 1) *R* quemammodum *E* 12 quemammodum *E* 13 agricolentur *R* s remota *s. l. m.* 1 *R* 16 et *ante* ex *s. l. m.* 1 *P* itidem] ididem *S* identidem *R*² terra *R* 17 ignotesceret *E*¹ insertio] insitio *PRd om. S* alterius] alterius insitio *S* 18 pomma *R* coalescentæ *S* 19 suam *E* 20 essent] praecessent *b* 21 ministerium quae *R* 22 praeuerem *P*¹ praeberet *R* quicquam *E*²*S* per eorum] eumoper.eorum (*corr. m.* 1) *P* exsisteret *P* 23 natura *R* 24 ergo] enim *S* ossae *S* 25 quando] qui *b* quemammodum *E*

ignoramus? qui nec arborem ex arboris surculo in robore alieno factam nosse possemus, si et ista deo creanti quemadmodum agricolae seruiant, similiter nesciremus.

Nulla modo tamen dubitamus et hominum et arborum non nisi deum esse creatorem fideliterque credimus factam 5
feminam ex uiro nullo interueniente concubitu, etiamsi forte costa hominis ministrata sit per angelos in opere creatoris: sicut fideliter credimus etiam uirum factum ex femina nullo interueniente concubitu, cum semen Abrahae dispositum est per angelos in manu mediatoris. utrumque infidelibus 10
incredibile est; fidelibus autem cur ad rei gestae proprietatem quod de Christo factum est et tantum ad figuratam significationem quod de Eua scriptum est credibile uideatur? an uero sine cuiusquam concubitu uir ex femina fieri potuit, femina ex uiro non potuit? et uirginalis uterus unde uir 15
fieret habebat, uirile autem latus unde femina fieret non habebat, cum hic dominus de famula nasceretur, ibi de seruo famula formaretur? poterat et dominus de costa carnem suam uel de aliquo membro uirginis creare; sed qui posset ostendere in corpore suo hoc se iterum fecisse quod factum est, utilius 20
in matris corpore ostendit nihil pudendum esse quod castum est.

17. Quodsi quaeritur, quomodo se habeat causalis illa conditio, in qua primum deus hominem fecit ad imaginem ac similitudinem suam — ibi quippe et hoc dictum est: masculum et feminam fecit eos — utrum iam illa ratio, 25
uam mundi primis operibus concreauit atque concreuit

10 cf. *Retract.* II 24 Gal. 3, 19 24 Gen. 1, 27

2 possumus *R* possumus *S* creante *E* quemadmodum *EPR*
3 seruiant *R*¹ 5 non nisi (non *s. l. m.* 1) *R* credamus *S* 6 faeminam *S* hominis forte *S* 7 costa] costat (t. *fn. s. l. m.* 2) *R om. S*
angelos. *R* 8 faemina *S* 11 quor *PR* geste *S* 13 eua *S*
scriptum *E*¹*P* non uideatur *b* 15 uterus] ut cruor *S* 16 femina
(~ *sup. a. cr.*) *P* fieret (i. *ex e m.* 1) *R* 18 formaretur] nasceretur *E*¹
poterat (at *ex et*) *S* carnem suam de costa *PR**S**b**d* 19 uel] aut *S*
22 queritur *S* 23 hominem deus *b**d* 26 mundi (in *mg.* s) *P* mundis *R* concreauit] indidit *b* adque *E* concreuit] concreauit *S**b*

deus, id habebat, ut secundum eam iam necesse esset ex
uiri latere feminam fieri, an hoc tantum habebat, ut fieri
posset, ut autem ita fieri necesse esset, non ibi iam conditum,
sed in deo erat absconditum: si hoc ergo quaeritur, dicam
5 quid mihi uideatur sine adfirmandi temeritate; quod tamen
cum dixerō, fortasse prudenter ista considerantes, quos iam
christiana fides inuit, etiam si nunc primitus ista cognoscunt,
dubitandum non esse iudicabunt.

Omniſ iste naturae uſitatiffimus curſus habet quasdam
10 naturales leges ſuas, ſecundum quas et ſpiritus uitae, qui
creatura eſt, habet quosdam adpetitus ſuos determinatos
quodammodo, quos etiam mala uoluntas non poſſit excedere,
et elementa mundi huius corporei habent definitam uim quali-
tatemque ſuam, quid unumquodque ualeat uel non ualeat,
15 quid de quo fieri poſſit uel non poſſit. ex hiſ uelut primordiis
rerum omnia, quae gignuntur, ſuo quaeque tempore exortus
processusque ſumunt finesque et deceſſiones ſui cuiusque
generis. unde fit, ut de grano tritici non naſcatur faba uel
de faba triticum uel de pecore homo uel de homine pecus.
20 ſuper hunc autem motum curſumque rerum naturalem potestas
creatoris habet apud ſe poſſe de hiſ omnibus facere aliud,
quam eorum quaſi ſeminales rationes habent, non tamen id,
quod non in eiſ poſuit, ut de hiſ fieri uel ab ipſo poſſit.
neque enim potentia temeraria, ſed ſapientiae uirtute omni-
25 potens eſt; et hoc de unaquaque re in tempore ſuo facit,
quod ante in ea fecit, ut poſſit. alius ergo eſt rerum modus,

1 habeat *E*¹ 2 faeminam *P* an] aut *b* habeat *E*¹ fieri *P*¹
3 poſſit *S* ita *s. l. m.* 1 *S* eſt *PR* 4 queritur *S* 5 uidetur *S*
7 inuit *E*¹ iſta *R* 8 non eſſe dubitandum *bd* iudicauit *b*
9 iſtae *EP*²*R* 11 creatura] creatus *R* appetitus *S* 12 quosdam-
modo *E* poſſet *RS* 14 unumquoque *E*¹ 15 quid (*i. s. l. m.* 1) *P*
primordiis *P* 16 queque *S*: quoque *EPRbd* 18 tritici *E* 19 de
faba. (e *eras.*) *E* de faba. (e *exp. m.* 1) *P* triticum *E* triticum *P*
20 naturalem (*l. ex t. m.* 1) *E* 21 apud *E*¹ 23 in eiſ non po-
ſuit *S* non ante in *om. b* 25 unaquaque *S* ſuo tempore *b*
26 antea *E*²*S*

quo illa herba sic germinat, illa sic, illa aetas parit, illa non parit, homo loqui potest, pecus non potest. horum et talium modorum rationes non tantum in deo sunt, sed ab illo etiam rebus creatis inditae atque concretae. ut autem lignum de terra excisum, aridum, perpolitum, sine radice ulla, sine terra et aqua repente floreat et fructum gignat, ut per iuuentam sterilis femina in senecta pariat, ut asina loquatur et si quid eius modi est, dedit quidem naturis, quas creauit, ut ex his et haec fieri possent — neque enim ex eis uel ipse faceret, quod ex eis fieri non posse ipse praefigeret, quoniam se ipso non est nec ipse potentior — uerum tamen alio modo dedit, ut non haec haberent in motu naturali, sed in eo, quo ita creata essent, ut eorum natura uoluntati potentiori amplius subiaceret.

18. Habet ergo deus in se ipso absconditas quorundam factorum causas, quas rebus conditis non inseruit, easque inplet non illo opere prouidentiae, quo naturas substituit, ut sint, sed illo, quo eas administrat, ut uoluerit, quas, ut uoluit, condidit. ibi est et gratia, per quam salui fiunt peccatores. nam quod adtinet ad naturam iniqua sua uoluntate deprauatam, recursum per semet ipsam non habet, sed per dei gratiam, qua adiuuatur et instauratur. neque enim desperandi sunt homines in illa sententia, in qua scriptum est: omnes, qui ambulant in ea, non reuertentur. dictum est enim secundum pondus iniquitatis suae, ut, quod reuertitur qui reuertetur, non sibi tribuat, sed gratiae dei, non ex operibus, ne forte extollatur.

4 cf. Num. 17, 8 6 cf. Gen. 18, 11; 21, 2 7 cf. Num. 22, 28
24 Prou. 2, 19 26 cf. Ephes. 2, 9

1 quo] quod *b* 4 concretae *EPb*: concreatae *RSd* 5 excisum] aridum excisum *S* 7 sterilis *P* senectute *b* 8 huiusmodi *S*
9 his (*s. l. add. m. 2 at eis*) *E* eis *PRsbd* 10 ipse] ille *RSbd* praefigeret] praefieret *S* 11 ipse] ipso *R*¹ 12 hoc *PR* 15 quorundam *P*
corundam *R*¹ 18 administrat *E²PR* 19 condedit *P* 21 deprabatam *P*
22 adiubatur *E*¹ 23 scribitum *EP* 25 reuertitur] reuertetur *S*
reuertetur *R*² 26 qui reuertetur *om. SR*¹ reuertetur] reuertitur *Pbd*

Propterea mysterium gratiae huius apostolus absconditum dixit non in mundo, in quo sunt absconditae causales rationes omnium rerum naturaliter oriturarum, sicut absconditus erat Leui in lumbis Abrahae, quando et ipse decimatus est, sed
 5 in deo, qui uniuersa creauit. quamobrem omnia, etiam quae ad hanc gratiam significandam non naturali motu rerum, sed mirabiliter facta sunt, eorum etiam causae in deo absconditae fuerunt: quorum si unum erat, quod ita mulier facta est de latere uiri, et hoc dormientis, quae per ipsum firma facta
 10 est, tamquam eius osse firmata, ille autem propter ipsam infirmus, quia in locum costae non costa sed caro subpleta est, non habuit hoc prima rerum conditio, quando sexto die dictum est: masculum et feminam fecit eos, ut femina omnino sic fieret, sed tantum hoc habuit, quia et sic fieri
 15 posset, ne contra causas, quas uoluntate instituit, mutabili uoluntate aliquid faceret. quid autem fieret, ut omnino aliud futurum non esset, absconditum erat in deo, qui uniuersa creauit.

Sed quoniam sic dixit absconditum, ut innotesceret principibus et potestatibus in caelestibus per ecclesiam multi-
 20 formis sapientia dei, probabiliter creditur, sicut illud semen, cui promissum est, dispositum est per angelos in manu mediatoris, sic omnia, quae ad ipsius seminis aduentum uel praenuntiandum uel adnuntiandum in rerum natura praeter usitatum naturae cursum mirabiliter facta sunt, ministrantibus
 25 angelis esse facta, ut tamen ubique creator uel reparator creaturarum non sit, nisi qui plantatore et rigatore quolibet solus incrementum dat deus.

4 cf. Hebr. 7, 10. 9 18 cf. Ephes. 3, 9. 10 26 cf. I Cor. 3, 7

1 ministerium *b* 3 oriturarum] creaturarum *b* 4 leui *E* leui *S*
 7 absconditae causae in deo *PRbd* 8 fuerant *PRbd* quorum] quo-
 rum etiam *Rbd* si unum] summum *b* 9 lateri *R*¹ 10 ossae *E*
 ossae *S* illae (a *exp. m.* 1) *S* 11 supleta *E* completa *S* 12 col]di-
 tio *P* 16 faceret] fieret *PRbd* ut *om. S* 17 in] a *R*¹ 18 dici-
 tur *S* principibus (sic) *P* 20 sapientiae *EPRSb* illum *P* 21 repro-
 missum *S* est post dispositum *om. S* 25 factam *E* ibique
 (*init. i ex u*) *R*

19. Ac per hoc etiam illa extasis, quam deus inmisit in Adam, ut soporatus obdormiret, recte intellegitur ad hoc inmissa, ut et ipsius mens per extasin particeps fieret tamquam angelicae curiae et intrans in sanctuarium dei intellegeret in nouissima. denique euigilans tamquam propheta 5 plenus, cum ad se adductam mulierem suam uideret, eructauit continuo, quod magnum sacramentum commendat apostolus: hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. haec uocabitur mulier, quoniam de uiro suo sumta est. et propter hoc relinquet homo patrem suum et 10 matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. quae uerba cum primi hominis fuisse scriptura ipsa testetur, dominus tamen in euangelio deum dixisse declarauit; ait enim: non legistis, quia qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos? et dixit: propter hoc 15 dimittet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una, ut hinc intellegeremus per extasin, quae praecesserat in Adam, hoc eum diuinitus tamquam prophetam dicere potuisse. sed iam iste huius libri terminus placet, ut ea, quae sequuntur, ab alio exordio 20 renouent intentionem legentium.

4 cf. Ps. 72, 17 7 cf. Ephes. 5, 32 8 Gen. 2, 23. 24
14 Matth. 19, 4. 5

1 Ac] hac P misit S 3 extasim b ecstasim d 4 et R¹ 5 in om. b nouissimā P nouissima. (m *eras.*) R prophetae PRbd 6 adductam] adductam costam PCbd costam lin. perducta m. 2 del. R eructauit Cbd 7 commendat P 9 suo om. PRSCb sumpta PRSbd 10 et] haec P haec (e *eras.*) R om. ESC; sed cf. 268, 14 propter] pro S reliquet P 11 adhaerebit EPRSC 12 scribura EP 13 ipse S¹ 15 masculum] hominem masculum C 16 dimittit S adhaereuit E¹ adhaerebit E²PRSC 17 hic E¹ 18 per] propter PRSCbd extasim Cb ecstasim d 19 propheta S libri finiri terminus S 20 sequuntur E¹ secuntur SC 21 Expl liber nonus incipiunt capitula libri decimi fol. 147 E Explicit liber VIII (litter. mai. color.) fol. 232^b P Explicit liber VIII (litter. mai. atr.) fol. 174^a R Expl lib VIII (litter. mai.). Incipit liber decimus (litter. rubr.) pag. 246^b S fol. 78^b C

LIBER DECIMUS.

1. Iam quidem ordo ipse uidetur exposcere, ut de peccato primi hominis disseramus; sed quia de carne mulieris, quemadmodum facta sit, scriptura narravit, tacuit autem de anima, multo magis nos fecit intentos, ut de hoc diligentius inquiramus, quonam modo refelli possint siue non possint, qui credunt animam de anima hominis sicut de carne carnem fieri a parentibus in filios utriusque rei transfusis seminibus. hinc enim primitus ad hoc mouentur, ut dicant, quod unam animam deus fecerit, quam sufflauit in faciem hominis, quem de puluere finxerat, ut ex illa iam ceterae crearentur animae hominum sicut ex illius carne omnis etiam caro hominum, quoniam primo Adam formatus est, deinde Eua. et ille quidem unde habuerit corpus, unde animam, dictum est: corpus uidelicet puluerem terrae, animam uero flatum dei; at illa de illius latere cum facta dicatur, non dicitur quod eam deus flando similiter animauerit, tamquam utrumque de illo ductum sit, qui iam fuerat animatus. aut enim taceri oportuit, inquit, etiam de anima uiri, ut eam, sicut possemus, datam diuinitus uel intellegeremus uel certe crederemus, aut, si hoc propterea scriptura non tacuit, ne animam quoque sicut hominis carnem de terra factam esse putaremus, debuit et de mulieris anima non taceri, ne putaretur ex traduce, si hoc uerum non est. quapropter ideo tacitum est, inquit, quod in eius faciem flauerit deus, quia illud est uerum, quod et anima ex homine propagata est.

1 Explicuerunt capitula inē liber decimus dō gratias fol. 149 E Incipit liber decimus (litt. mai. rubr.) fol. 233^a P Incipit liber decimus (litt. mai. rubr.) fol. 174^b R 3 quemammodum EPS 4 scribtura EP autem] enim S 6 disquiramus S 7 cre...dunt R carnem de carne bđ 8 trasfusis E¹ 10 quam sufflauit] sufflando PR**C**bđ sufflauit S; ceterum E sufflauit scribit 11 puluere. (m eras.) R cetera R 13 primum S aeuā SC 16 dicitur (ur s. l. m. 1) E 17 similiter flando S ductum] dictum R¹SC 18 fuerat (u ex ec m. 1) E 19 anima. (m eras.) R possumus PR¹S 20 hoc scriptura C 21 carnem hominis d 22 factum R¹ de s. l. m. 1 E anima. (m eras.) R 25 uerum est Sbđ

Huic suspicioni facile occurritur. si enim propterea putant animam mulieris ex anima uiri factam, quia non scriptum est, quod in mulieris faciem flauerit deus, cur credunt ex uiro animatam feminam, quando ne id quidem scriptum est? unde, si deus omnes animas hominum nascentium sicut 5 primam facit, propterea scriptura de aliis tacuit quoniam posset, quod in una factum commemoratum est, etiam de ceteris prudenter intellegi. itaque si oportuit nos per hanc scripturam de hac re aliquid admoneri, magis, si aliquid aliud fiebat in femina, quod in uiro factum non erat, ut ex 10 carne animata eius anima duceretur, non sicut uiri eius aliunde corpus, aliunde anima; hoc ipsum, quod alio modo fiebat, scriptura potius tacere non debuit, ne hoc itidem factum putarem, quod iam de illo didiceramus. proinde quia non dixit ex anima uiri animam factam esse mulieris, 15 conuenientius creditur eo ipso nos admonere uoluisse nihil hic aliud putare, quam de uiri anima noueramus, id est similiter datam esse mulieri, cum praesertim esset eidentissimae occasionis locus, ut, si non tunc, quando formata est, postea certe diceretur, ubi ait Adam: hoc nunc os ex ossibus 20 meis et caro de carne mea. quanto enim carius amantiusque diceret: et anima de anima mea! non tamen hinc tam magna quaestio iam soluta est, ut unum horum manifestum certumque teneamus.

2. Quamobrem primo uidendum est, utrum sancta scriptura 25 libri huius, ab eius exordio pertractata, hinc nos dubitare

20 Gen. 2, 23

2 scribunt *EP* 3 quae *E* quae *E¹PR* 4 scribunt *E¹P* 5 unde *R¹* aut *R²* nascentium hominum *S* 6 scriptura *EP* alia *R¹* 7 factum *om. S* commemoratum *P* 9 scripturam *EP* hanc (n. *exp. m. 1*) *P* ammoneri *E²PR* 10 fiebant (n. *exp. m. 1*) *P* 13 fiebat] faciebat *P* scriptura *E¹P* potius *S* 14 putarem factum *S* didiceramus (*init. i. ex e. m. 1*) *R* 15 animam *om. P* animam esse factam *S* factam esse animam *bd* 16 admonere *E²PRS* 18 mulieri esse *S* eidentissime *ES* 21 ex carne *b* amantiusque *S* 22 de anima *om. P¹* 25 primum *PR¹Sbd* sc̄a supra sacra *superscr. S* 26 eius *om. S*

permittat: tum recte fortasse requiremus, aut quaenam sen-
 tentia potius eligenda sit aut in rei huius incerto quem
 modum tenere debeamus. certe enim sexto die fecit deus
 hominem ad imaginem suam; ubi etiam dictum est:
 5 masculum et feminam fecit eos. quorum illud superius,
 ubi imago dei commemorata est, secundum animam, hoc
 autem, ubi sexus differentia, secundum carnem accipiebamus.
 et quoniam tot ac tanta testimonia, quae ibi considerata
 atque tractata sunt, nos non sinebant eodem ipso sexto die
 10 etiam formatum de limo hominem mulieremque de latere
 eius accipere, sed hoc postea factum esse post illa primitus
 opera dei, in quibus creavit omnia simul, quaesiuimus. quid
 de hominis anima crederemus, discussisque omnibus discep-
 tationis nostrae partibus illud credibilius uel tolerabilius dici
 15 uisum est. quod ipsa hominis anima in illis operibus facta
 est, corporis uero eius in mundo corporeo tamquam in semine
 ratio, ne cogereur contra uerba scripturae aut sexto die
 totum factum dicere, id est et de limo uirum et de eius
 latere feminam, aut in illis sex dierum operibus nullo modo
 20 factum esse hominem, aut corporis humani causalem rationem
 tantummodo factam, animae autem nullam, cum potius
 secundum ipsam sit homo ad imaginem dei; aut certe etsi
 non contra uerba scripturae aperte posita, tamen dure atque
 intolerabiliter diceremus uel in ea creatura spiritali, quae ad
 25 hoc tantummodo creata esset, factam fuisse animae humanae
 rationem, cum ipsa creatura, in qua ista ratio facta diceretur,

3 Gen. 1, 27 7 cf. lib. VI et VII 12 cf. Eccli. 18, 1

1 tum] tunc *PRsd* ut nunc *b* requiremus *PR¹* requiramus *b* 2 ele-
 genda *S* sit (it *in ras.*) *R* aut (a *in ras. m. 2*) *R* re *R¹*
 quemammodum *E* quemadmodum *S* 3 tenere debeamus] teneamus *P*
 6 commemorata *P¹* 7 accipiebamus (ba *s. l. m. 1*) *E* 8 ac] et *S*
 9 sinebant] sciebat *S* eodem] de *P* 10 formato *R¹* 12 quesui-
 mus *P* 14 credibilius *R* 15 illius *P¹* 16 corporis (*s. l. add. m. 2*
 at corpus) *E* semineque (ne *exp. m. 1*) *P* 17 cogereur *P* scrib-
 turae *E* 20 esse factum *PRbd* 23 durae *P¹R* 26 ista *in ras. R*

non commemoraretur in operibus dei, uel in aliqua creatura, quae in illis commemoraretur operibus, factam rationem animae— uelut in hominibus, qui iam sunt, facta ratio latet generandorum filiorum — ac sic eam uel angelorum filiam uel, quod est intolerabilius, alicuius elementi corporei crederemus. 5

3. Sed nunc, si ob hoc mulier non de uiro, sed similiter ut ille a deo factam animam adseritur accepisse, quia singulas singulis deus facit, non erat facta in illis primis operibus anima feminae; aut si generalis omnium animarum ratio facta fuerat, sicut in hominibus ratio gignendi, reditur ad illud 10 durum ac molestum, ut uel angelorum uel, quod indignissimum est, caeli corporei uel alicuius etiam inferioris elementi filias animas hominum esse dicamus. ac per hoc uidentum est, etsi latet, quid uerum sit, quid saltem tolerabilius dici possit: utrum hoc, quod modo dixi, an in illis primis dei operibus 15 unam animam primi hominis factam, de cuius propagine omnes hominum animae crearentur, an nouas subinde animas fieri, quarum nulla uel ratio facta praecesserit in primis illis sex dierum operibus dei. horum autem trium duo priora non repugnant primis illis conditionibus, ubi simul omnia creata 20 sunt. siue enim in aliqua creatura tamquam in parente ratio animae facta sit, ut omnes animae ab illa generentur, a deo autem creentur, quando singulis hominibus dantur, sicut a parentibus hominibus corpora, siue non ratio animae uelut in parente ratio prolis, sed ipsa omnino, cum factus est dies, 25 facta sit anima, sicut ipse dies, sicut caelum et terra et caeli lumina, congruenter dictum est: fecit deus hominem ad imaginem suam.

Hoc uero tertium quomodo non repugnet ei sententiae, qua

1 commemora-+tur P 2 animae rationem S 3 hominibus] omnibus b
5 elementi P 7 singulis singulas S 8 erit S 9 faeminae R
10 re-ditur R 12 uel] si S 14 saltem P¹ saltim RS posset S
15 quo E¹ in om. E 18 fieri P¹ illis] illis operibus E 20 con-
dicionibus P 21 parentem P¹ 22 pr. anima R 23 dantur—parentibus
om. P¹ 24 hominibus om. PRbd; cf. 312, 20 26 caeli luminaria PR
luminaria caeli bd

et sexto die factus accipitur homo ad imaginem dei et post diem septimum uisibiliter creatus, non tam facile uideri potest. nouas quippe animas fieri, quae neque ipsae neque ratio earum tamquam in parente prolis sexto illo die facta sit cum his operibus, a quibus consummatis et inchoatis deus in die septimo requieuit, si dixerimus, cauendum est, ne frustra tam diligenter scriptura commendet sex diebus consummasse deum omnia opera sua, quae fecit bona ualde, si aliquas adhuc naturas fuerat creaturus, quas nec ipsas nec earum ibi rationes causaliter fecerit, nisi intellegatur rationem quidem singillatim faciendarum animarum nascentibus quibusque dandarum in se ipso habere, non in creatura aliqua condidisse, sed, quia non alterius generis creatura est anima quam illius, secundum quam sexto die factus est homo ad imaginem dei, non recte dici deum ea facere nunc, quae tunc non consummauit. iam enim tunc animam fecerat, quales et nunc facit; et ideo non aliquod nouum creaturae genus nunc facit, quod tunc in suis consummatis operibus non creauit, nec contra illas causales rationes rerum futurarum, quas uniuersitati tunc indidit, haec eius operatio est, sed potius secundum ipsas, quandoquidem corporibus humanis, quorum ex illis primis operibus propagatio continuata successione protenditur, tales congruit animas inseri, quales nunc facit atque inserit.

Quapropter nihil iam timentes, ne contra uerba libri huius, quae de prima illa sex dierum conditione conscripta sunt, quaelibet harum trium sententiarum probabilitas uicerit, sentire uideamur, suscipiamus diligentiolem quaestionis huius pertractationem, quantum adiuuat deus, ne forte fieri possit,

2 uidere *P*¹ 3 ipse *RSb* 4 facta (a *fm. ex u*) est *S* 5 a] in *P*
 7 scriptura legitur ante tam in *S* 9 naturas adhuc *S* creaturas *P*¹
 quas om. *S* 11 singillatim *P* 12 condidisse (*pr. i. ex e m. 1*) *R*
 15 dici] dicimus *b* 16 animam *s. l. m. 1 S* nunc (*c add. m. 2*) *R*
 17 aliquid *Rb* 18 suis *s. l. m. 1 S om. b* 22 successio propagatio
 continuata successione *P* 23 congruet *S* qualis *P* 24 iam nihil *bd*
 uerba om. *S* 25 conscribta *EP* 26 uiterit *S* 27 questionem *S*
 28 adiubat *E*¹ posset *S*

ut, si non liquidam, de qua dubitari ultra non debeat, tam certe acceptabilem de hac re sententiam nanciscamur, ut eam tenere, donec certum aliquid elucescat, non sit absurdum. quodsi ne hoc quidem potuerimus, documentorum momentis undique pariterque nutantibus saltem non uidebitur nostra dubitatio laborem deuitasse quaerendi, sed adfirmandi temeritatem, ut me, si quis recte iam certus est, docere dignetur, si quem uero nec diuini eloquii nec perspicuae rationis auctoritas, sed sua praesumptio certum fecerat, dubitare mecum non dedignetur.

4. Ac primum illud firmissime teneamus animae naturam nec in naturam corporis conuerti, ut quae iam fuit anima, fiat corpus, nec in naturam animae irrationalis, ut quae fuit anima hominis, fiat pecoris, nec in naturam dei, ut quae fuit anima, fiat quod est deus, atque ita uicissim nec corpus nec animam irrationalem nec substantiam, qua deus est, conuerti et fieri animam humanam. illud etiam non minus certum esse debet animam non esse nisi creaturam dei. quapropter, si neque de corpore neque de anima irrationali neque de se ipso deus animam fecit hominis, restat, ut aut de nihilo eam faciat aut de aliqua spiritali, tamen rationali creatura. sed de nihilo fieri aliquid consummatis operibus, quibus creauit omnia simul, uiolentum est uelle monstrare et, utrum perspicuis documentis obtineri possit, ignoro. nec exigendum est a nobis, quod uel comprehendere homo non ualet uel, si iam ualet, mirum, si persuadere cuiquam potest, nisi tali, qui etiam nullo homine docere conante potest etiam ipse tale aliquid intellegere.

1 dubitare *PR* 2 sentiam *P* nanciscamur *P* 4 ne] non *b*
 5 saltim *PR* 7 rectam *P* 8 perspicue *EP* praespicuae *S* 9 praesumptio *PR**S**b**d* fecerit *b* 11 firmissimae *R* animae *E*
 12 natura *E* fuerat *S* 13 irrationabilis *S* 14 peccoris *S* 15 corpus (*sup. fm. o m. 1 u superscr.*) *R* 16 irrationabilem *S* quae] quae *bd* 18 si nequae *R* 19 irrationali] rationali *S* 20 hominis fecit *PR**S**b**d* 21 tamen rationali *om. P* 22 quibus *om. R*¹ 23 praespicuis *S* 24 optineri *S* 25 conpraehendere *E**PR* si] se *P* ualet] ualeat *PR**S**b**d* 26 tali* (*a eras.*) *P* 27 conante docere *S* ipse etiam aliquid tale (*etiam exp. m. 1*) *S*

tutius est igitur de huius modi rebus non humanis agere coniecturis, sed diuina testimonia perscrutari.

5. Quod ergo ex angelis tamquam parentibus deus creet animas, nulla mihi de canonicis libris occurrit auctoritas. multo minus itaque ex mundi corporeis elementis; nisi forte illud mouet, quod apud Ezechielem prophetam, cum demonstratur resurrectio mortuorum, redintegratis corporibus ex quattuor uentis caeli aduocatur spiritus, quo perflante uiuificantur, ut surgant. sic enim scriptum est: et dixit mihi dominus: propheta super spiritum, propheta, fili hominis, et dic ad spiritum: haec dicit dominus: a quattuor partibus uentorum caeli ueni et inspira in mortuos hos, et uiuant. et prophetaui. sicut praecepit mihi dominus, et introiuit spiritus uitae in eos, et reuixerunt et steterunt super pedes suos, congregatio multa ualde. ubi mihi uidetur propheticè significatum non ex illo tantum campo, ubi res ipsa demonstrabatur, sed ex toto orbe terrarum resurrecturos homines, et hoc per flatum quattuor mundi partium fuisse figuratum. neque enim etiam flatus ille ex corpore domini substantia erat spiritus sancti, quando sufflauit et ait: accipite spiritum sanctum, sed utique significatum est sic etiam ab ipso procedere spiritum sanctum, quomodo ab eius corpore flatus ipse processit. sed quia mundus non ita deo coaptatur ad unitatem personae, sicut caro illa uerbo eius unigenito filio, non possumus dicere ita esse animam de substantia dei, quemadmodum flatus ille a quattuor uentis de natura mundi factus est; sed tamen

9 Ezech. 37, 9. 10 21 Ioh. 20, 22

1 totius *R*¹ coniecturas *P*¹ 2 praescrutari *S* 3 creet deus animas *S* 6 ezechielem *E* hiezechielem *PS* demonstratis *E*¹ demonstratur *P* 7 reintegratis *E*¹ 8 perflante (l ex r m. 1) *E* uiuificentur *PR**S**b**d* 9 scribitum *E*¹*P* 10 profeta filii *E* 12 spira *R*¹*b* 13 hos s. l. m. 1 *R* 14 introiit *PRS* 15 pedes s. l. m. 1 *R* 16 propheticæ *ER* significatur *E*¹ 18 per hoc flatum *S* 21 sufflauit *E* 22 sic] sic *b* 23 ipse] ille *PR**b**d* 24 coaptatur (u corr. m. 2) *R* 26 ita] id *S* quemadmodum *EP* quem a modum (d eras.) *R*

aliud eum fuisse, aliud significasse puto, quod exemplo flatus ex corpore domini procedentis recte intellegi potest, etiamsi Ezechiel propheta illo loco non resurrectionem carnis, qualis proprie futura est, sed inopinatam desperati populi reparationem per spiritum domini, qui repleuit orbem terrarum, figurata reuelatione praeuidit. 5

6. Illud ergo iam uideamus, cuiam potius sententiae diuina testimonia suffragentur: eine, qua dicitur unam animam deum fecisse et dedisse primo homini, unde ceteras faceret, sicut ex eius corpore cetera hominum corpora, an ei, qua dicitur 10 singulas singulis facere, sicut illi unam, non ex illa ceteras. illud enim, quod per Esaiam dicit: omnem flatum ego feci, cum hoc eum de anima dicere quae sequuntur satis ostendant, ad utrumque accipi potest. nam siue ex una primi hominis anima siue ex aliquo suo secreto omnes procul dubio 15 animas ipse facit.

Et illud, quod scriptum est: qui finxit singillatim corda eorum, si nomine cordium uoluerimus animas intellegere, neque hoc repugnat cuiquam duorum, de quibus nunc ambigimus. siue enim ex una illa, quam flauit in faciem 20 primi hominis, ipse utique singulas fingit, sicut etiam corpora, siue singulas uel fingat et mittat uel in eis ipsis, quibus miserit, eas fingat, quamquam hoc non mihi uideatur dictum, nisi ex eo, quod per gratiam nostrae animae ad imaginem dei renouatione formantur. unde dicit apostolus: gratia 25 enim salui facti estis per fidem et hoc non ex uobis, sed dei donum est; non ex operibus, ne forte quis

5 cf. Sap. 1, 7 12 Es. 57, 16 17 Ps. 32, 15 25 Ephes. 2, 8—10

1 eum aliud *S* 3 hiezechiel *PS* ezechihel *R* 4 propriae *RS*
 inopinata *E*¹ 6 reuelatio nepraeuidit *R* 8 animam unam *Rbd*
 9 homine *P*¹ 10 de qua *S* 11 singulas] singula *E* 12 esiam *S*
 Isaiam *d* omne *PR* 13 sequuntur *E*¹ secuntur *S* 14 ostendant]
 osdant *P* 15 aliquo (qu. s. l. m. 1) *R* 16 fecit *b* 17 singulatim *P*
 21 finxit *S*¹ fingit—singulas *om.* *P*¹ 25 reuocatione (u. in *ras. m.*
 2) *R* 27 donum dei *Rbd*

extollatur. ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis. non enim per hanc gratiam fidei corpora nostra creata uel ficta possumus intellegere, sed sicut in psalmo dictum est: cor mundum crea in me,
 5 deus.

Hinc esse etiam illud puto: qui finxit spiritum hominis in ipso; tamquam aliud sit factam animam mittere, aliud in ipso homine facere, id est reficere ac renouare. sed etiam
 10 qua nascimur, intellegamus, ad utramque sententiam duci potest, quia uel ex una illa primi hominis tamquam semen animae adtractum ipse fingit in homine, ut uiuificet corpus, siue spiritum uitae non ex illa propagine, sed aliunde corpori infusum ipse itidem fingit per mortales sensus carnis, ut fiat
 15 homo in animam uiuam.

7. Illud sane de libro Sapientiae, ubi ait: sortitus sum animam bonam et, cum essem magis bonus, ueni ad corpus incoinquinatum, diligentio-rem considerationem flagitat. magis enim uidetur adtestari opinioni, qua non ex
 20 una propagari, sed desuper animae uenire creduntur ad corpora. uerum tamen quid est: sortitus sum animam bonam? quasi aut in illo animarum fonte, si ullus est, aliae sint animae bonae, aliae non bonae, quae sorte quadam exeunt, quatenam cui homini tribuatur, aut alias deus ad horam con-
 25 ceptorum uel nascentium faciat bonas, alias non bonas, quarum quisque habeat sorte, quae acciderit. mirum, si hoc eos saltem adiuuat, qui credunt animas alibi factas singillatim mitti a

4 Ps. 50, 12 6 Zach. 12, 1 16 Sap. 8, 19. 20

1 creati] creatum *PRbd*; cf. 250, 19 3 fincta *EPRS*² figmenta *S*¹
 6 etiam illud esse *bd* 9 renouamur (m *retract. m. 2*) *R* 11 illa *P*¹
 17 essem *P*¹ 18 incoinquinatum *P* 20 desuper (d s. l. m. 2) *R*
 22 aut] ut *P*¹ fontes (s *ras.*) *S* si ullus] inllus *S* animae
 sint aliae *S* 23 bone (*bis*) *S* sorte *P* exeant *bd* 24 aut *ex* ad
 m. 1 *E* horam (h s. l. m. 1) *E* oram *R* 26 sortem *P* sortemque *b*
 quae *om. b* accederet *S* saltim *PRS* 27 adiuuat *EPR*¹
 singillatim *P*¹

deo singulis quibusque corporibus hominum, ac non illos potius, qui pro meritis operum, quae ante corpus egerunt, in corpora mitti animas dicunt. secundum quid enim aliae bonae, aliae non bonae uenire ad corpora possunt putari nisi secundum opera sua? neque enim secundum naturam, in qua fiunt ab illo, qui omnes naturas bonas facit. sed absit, ut contradicamus apostolo, qui dicit nondum natos nihil egisse boni aut mali, unde confirmat non potuisse se ex operibus dici, sed ex uocante: maior seruiet minori, cum de geminis ageret adhuc in Rebeccae utero constitutis. sequestrem ergo paululum hoc de libro Sapientiae testimonium; neque enim negligendi sunt, seu errent seu uerum sapiant, qui hoc specialiter et singulariter de anima illa dictum putant mediatoris dei et hominum hominis Christi Iesu. quod, si necesse fuerit, quale sit postea considerabimus, ut, si Christo conuenire non potuerit, quaeramus, quemadmodum id accipere debeamus, ne contra apostolicam fidem ueniamus putantes habere animas aliqua merita operum suorum, priusquam incipiant in corporibus uiuere.

8. Nunc illud uideamus quemadmodum dictum sit: auferes spiritum eorum, et deficient et in puluerem suum conuertentur. emittes spiritum tuum, et creabuntur; et innouabis faciem terrae. pro illis enim, qui arbitrantur animas ex parentibus sicut corpora creari, hoc uidetur sonare, cum sic intellegitur, ut spiritum eorum propterea dixerit, quod eum homines ex hominibus acceperint: qui cum mortui fuerint, non eis poterit ab hominibus reddi, ut resurgant, quia non rursus quemadmodum, quando nati sunt, a parentibus ducitur, sed deus

9 cf. Rom. 9, 12. 10 20 Ps. 103, 29. 30

3 secundo *R* enim quid *S* 7 dicit] ait *S*¹ 8 se *om.* *PRsbd*
 9 seruiat *PR* 10 reueccae *E*¹ 11 paulolum *S* 12 sunt *om.* *S*¹
 14 homini christo *S* 15 considerauius *E*¹ 16 quemammodum *EP*
 17 ueniamus fidem *PRsbd* 18 iniquiant *E*¹ 20 *cap. X E* quem-
 ammodum *E* aufer *PR*^b 21 puluerem] terram *S* suam *S*
 22 reuertentur *Sb* emittis *S* emitte *Rb* 23 renouabis *S* 25 intel-
 legatur *PRbd* 28 quemammodum *E*

eum reddet, qui resuscitat mortuos. ac per hoc eundem spiritum dixit eorum, cum moriantur, dei autem, cum resurgunt. quod possunt illi, qui non ex parentibus, sed deo mittente animas uenire adserunt, pro sua opinione sic intellegere, ut
 5 eorum dixerit spiritum, cum moriantur, quia in eis erat et ab eis exit, dei autem, cum resurgunt, quod ab ipso mittitur, ab ipso redditur. proinde etiam hoc testimonium neutri eorum aduersatur.

Ego uero arbitror melius intellegi hoc dictum de gratia dei,
 10 qua interius renouamur. omnium enim superbiorum secundum terrenum hominem uiuentium et de sua uanitate praesumentium quodammodo aufertur spiritus proprius, cum exuunt se ueterem hominem et infirmantur, ut perficiantur expulsa superbia, dicentes domino per humilem confessionem: memento,
 15 quia puluis sumus, quibus dictum erat: quid superbit terra et cinis? per oculum quippe fidei contuentes dei iustitiam, ut non uelint constituere suam, semet ipsos despiciunt, sicut Iob dicit, et distabescunt et aestimant se terram et cinerem; hoc est enim: et in puluerem suum conuertentur. accepto autem spiritu dei dicunt: uiuo autem iam
 20 non ego, uiuit autem in me Christus. sic innouatur facies terrae per noui testamenti gratiam numerositate sanctorum.

9. Illud etiam, quod apud Ecclesiasten scriptum est: et
 25 conuertatur puluis in terram, sicut fuit, et spiritus reuertatur ad deum, qui dedit eum, neutri sententiae

1 cf. II Mach. 7, 23 14 Ps. 102, 14 15 Eccli. 10, 9 16 cf. Rom. 10, 8 19 Ps. 103, 29 20 Gal. 2, 20 24 Eccli. 12, 7

2 dixerit *S* resurgant *S*¹ 3 mittenti *P* 4 uenire (i ex e m. 1) *R* asserunt *E*. intelligere *P* 6 exiit *b* 7 hoc etiam *Rbd* neutris *PRScd* 9 hoc (c s. l. m. 1) *S* 10 qu-a *P* renouamus *S* 12 quod]sammodop (corr. m. 1) *P* se] seu *R* 13 infirmatur *E*¹ perficiuntur *P* perficiantur (a corr. m. 2; u sup. ras.) *R* superuia *P* 15 superbis *b* 17 non] nolentes *b* uellint *PR*¹ despiciunt *R*¹ decipiunt (in mg. ad despiciunt) *b* 20 dei s. l. m. 1 *S* 24 apud *E*¹ *P* scribitum *E*¹ *P*

contra alteram suffragatur, sed inter utramque consistit. cum enim isti dixerint hinc probari non a parentibus, sed a deo animam dari, quod conuerso puluere in terram suam, id est carne, quae de puluere facta est, reuërteretur spiritus ad deum, qui dedit illum, respondent illi: utique ita est. redit enim spiritus ad deum, qui eum dedit homini primo, quando in eius faciem sufflauit conuerso puluere, id est humano corpore, in terram suam, unde primitus factum est. neque enim ad parentes erat spiritus rediturus, quamuis inde sit creatus ex illo uno, qui homini primo datus est, sicut nec ipsa caro post mortem ad parentes reuertitur, a quibus eam constat certe esse propagatam, quemadmodum ergo caro non redit ad homines, ex quibus creata est, sed ad terram, unde primo homini formata est, ita et spiritus non redit ad homines, a quibus transfusus est, sed ad deum, a quo primae illi carni datus est.

Quo testimonio sane satis admonemur ex nihilo deum fecisse animam, quam primo homini dedit, non ex aliqua iam facta creatura sicut corpus ex terra; et ideo, cum redit, non habet, quo redeat, nisi ad auctorem, qui eam dedit, non ad eam creaturam, ex qua facta est, sicut corpus ad terram. nulla est enim creatura, ex qua facta est, quia ex nihilo facta est, ac per hoc ad factorem redit, quae redit, a quo ex nihilo facta est. non enim omnes redeunt, quoniam sunt, de quibus dicitur: spiritus ambulans et non reuertens.

10. Quocirca difficile est quidem omnia de hac re scriptu-

7 cf. Gen. 2, 7 8 cf. Gen. 3, 19 25 Ps. 77, 39

1 alterum *PR* suffragatur *E*¹ 2 iste *P* dixerit *P*¹ 3 quo *E*¹*S*
 4 carnem *PR*¹ puluerem (m *exp. m.* 1) *P* reuertetur *PR**S**b**d*
 5 illum] eum *S* responderunt *b* 6 dedit eum *S* 7 sufflauit *E*¹
 8 suam om. *PR**b**d* 10 que *P* primo homini *S* 11 reuertetur *S*
 certe constat *PR**S**b**d* 12 propagati *S*¹ quemadmodum *E* 14 for-
 mata (ta s. l. m. 1) *P* ad homines om. *S*¹ 15 carne *R* 17 am-
 monemur *PR* cum uoce ex incipit cap. XII *E* 22 ac] hac *R*
 23 factorem suum *b* 26 omnia (n s. l.) *R* hac (h s. l. m. 1) *P*

rarum sanctarum testimonia conligere: quod etsi fieri possit, ut non solum commemorentur sed etiam pertractentur, in magnam sermonis longitudinem pergunt; sed tamen, nisi aliquid tam certum proferatur, quam certa proferuntur, quibus ostenditur, quod deus animam fecerit uel quod eam primo homini dederit, quonam modo per diuini eloqui testimonium ista quaestio soluatur ignoro. si enim scriptum esset, quod similiter sufflauerit deus in faciem formatae mulieris et facta fuerit in animam uiuam, iam quidem plurimum lucis accederet, qua cuique formatae carni hominis non ex parentibus dari animam crederemus, adhuc tamen expectaretur, quid proprie teneretur in prole, qui nobis modus usitatus est hominis ex homine. prima uero mulier aliter facta est, et ideo adhuc dici posset animam propterea non ex Adam diuinitus Euae datam, quia non ex illo tamquam proles orta est. si autem homini, qui primus ex illis natus est, commemoraret scriptura non ex parentibus ductam, sed desuper animam datam, illud iam in ceteris etiam tacente scriptura oporteret intellegi.

11. Nunc itaque et illud consideremus, utrum neutram confirmet sententiam, sed utrique possit adcommo- dari, quod scriptum est: per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt; et paulo post: sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, ita et per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uitae. sicut enim per inoboedientiam unius hominis pecca-

21 Rom. 5, 12. 18. 19

1 conligere *E*¹ posset *b* 5 primi *R* 6 cap. XIII *E* eloqui *P*
 7 questio *PS* solbatur *P* scribturn *E*¹*P* 8 sufflauerit *E*¹ 10 carnis *S*
 11 propriae *RS* 14 potest *P* possit *S* 15 ex illo (ex *s. l.*
m. 1) *R* prolis *S* 16 prius *P*¹ scribturna *EP* 17 in ceteris
om. *S* 18 scribturna *EP* scriptura de ceteris oporteret *S* 19 cap. XIII
E et *om.* *P*¹ *eras.* *R* consideramus (a *exp.* *m.* 1) *P*
 20 sed] an *S* 21 scribturn *EP* intrauit in hunc mundum *S*
 23 pertran]siit *R* 25 in] ad *PR**S**b**d* condemnationem *E*²*S*

tores constituti sunt multi, ita et per unius oboedientiam iusti constituentur multi. ex his enim uerbis apostoli qui defendunt animarum propaginem sententiam suam sic adstruere moliantur: si secundum solam carnem, inquit, potest intellegi peccatum uel peccator, non cogimur in his uerbis ex parentibus animam credere; si autem quamuis per inlecebram carnis non tamen peccat nisi anima, quomodo accipiendum est, quod dictum est: in quo omnes peccauerunt, si non ex Adam etiam anima sicut caro propagata est? aut quomodo per illius inoboedientiam peccatores constituti sunt, si tantum secundum carnem in illo, non etiam secundum animam fuerunt?

Cauendum est enim, ne uel deus uideatur auctor esse peccati, si dat animam carni, in qua eam peccare necesse sit, uel possit esse anima praeter ipsius Christi, cui liberandae a peccato non sit christiana gratia necessaria, quia non peccauit in Adam, si omnes in eo peccasse secundum carnem tantum, quae de illo creata est, non etiam secundum animam dictum est: quod usque adeo contrarium est ecclesiasticae fidei, ut parentes ad percipiendam gratiam sancti baptismi etiam cum paruulis atque infantibus currant, in quibus si hoc uinculum peccati soluitur, quod tantummodo carnis, non etiam quod animae est, merito quaeritur, quid eis obesset, si in illa aetate de corpore sine baptismo exirent. si enim per hoc sacramentum corpori eorum consulitur, non et animae, deberent et mortui baptizari; at cum uideamus hoc uniuersaliter ecclesiam retinere, ut cum uiuentibus curratur et uiuentibus succurratur. ne, cum mortui fuerint, nihil fieri possit quod prosit, non uidemus, quid aliud possit intellegi, nisi unumquemque par-

3 qui (i sup. e supercr. m. 1) P 4 astruere PRSbd 5 cogimur (i ex e m. 1) R 6 ex] ex S 10 quomodo s. l. m. 1 R 11 sunt, si] sunt multi: si b 13 cap. XV E ne] eęęine E 15 posset S liuerandę P¹ 21 parbulis P 22 solbitur P non s. l. m. 1 R 24 exiarent (e eras.) R 25 corpori eorum et non animae consulitur b 26 aecliesiam E 27 curratur] suçcurratur E 28 possit fieri bd 29 intelligi P parbulum P¹

uulum non esse nisi Adam et corpore et anima et ideo illi Christi gratiam necessariam. aetas quippe illa in se ipsa nihil egit uel boni uel mali; proinde ibi anima innocentissima est, si ex Adam propagata non est. unde quomodo possit iuste
 5 ire in condemnationem, si de corpore sine baptismo exierit, quisquis istam sententiam de anima tenens potuerit demonstrare mirandus est.

12. Uerissime quippe ac ueracissime scriptum est: caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus
 10 carnem; sed tamen carnem sine anima concupiscere nihil posse puto quod omnis doctus indoctusque non dubitet. ac per hoc ipsius concupiscentiae carnalis causa non est in anima sola, sed multo minus est in carne sola. ex utroque enim fit: ex anima scilicet, quod sine illa delectatio nulla sentitur,
 15 ex carne autem, quod sine illa carnalis delectatio non sentitur. carnem itaque concupiscentem aduersus spiritum dicit apostolus carnalem procul dubio delectationem, quam de carne et cum carne spiritus habet aduersus delectationem, quam solus habet. solus quippe habet, ni fallor, illud desiderium
 20 non cum carnis uoluptate uel carnalium rerum cupiditate conmixtum, quo desiderat et deficit anima in atria domini; solus habet etiam illud, de quo ei dicitur: concupisti sapientiam: serua mandatum, et dominus praebebit illam tibi. nam cum spiritus imperat membris corporis, ut
 25 huic desiderio seruiant, quo solus accenditur, uelut cum ad-

8 Gal. 5, 17 21 cf. Ps. 88, 8 22 Eccli. 1, 26

1 anima* (m *eras.*) R 2 gratia necessaria PR¹ 3 ibi (i *fin. s. l. m. 1*) P 4 iustae I¹ iuste (e *in ras.*) R 5 exierat PR¹ exigerit S 7 mirandus diis (diis *exp. m. 1*) P est s. l. m. 1 R 8 cap. XVI E ueracissimae R scribunt E¹P 11 indoctusque] et indoctus b dubitat S 12 anima (ni s. l. m. 1) S 13 enim s. l. m. 1 S 18 et cum carne om. P¹ . habet (t s. l. m. 2) P 19 habet s. l. m. 1 R ni] nisi (si s. l. m. 1 *exp.*) E nisi PRSbd 20 uoluptatem P¹ cupiditate (di s. l. m. 1) R 21 quo] quod P quo* R 22 ei om. S 23 mandatum R¹ praebebit (bi s. l. m. 2) E (ebit *in ras. m. 2*) R praebet E¹PSbd 25 qui S asunitur PR

sumitur codex, cum aliquid scribitur, legitur, disputatur, auditur, cum denique panis frangitur esurienti et cetera humanitatis ac misericordiae praestantur officia, oboedientiam caro exhibet, non concupiscentiam mouet. his atque huius modi bonis desideriis, quibus sola anima concupiscit, cum aduersatur aliquid, quod eandem animam secundum carnem delectat, tunc dicitur caro concupiscere aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem. 5

Sic enim dicta est caro in eo, quod secundum ipsam facit anima, cum ait: caro concupiscit, quemadmodum dictum est: auris audit et oculus uidet, quis enim nescit, quod anima potius et per aurem audiat et per oculum uideat? ita loquimur et cum dicimus: manus tua subuenit homini, cum aliquid porrecta manu datur, quo cuiquam subueniatur. quodsi de ipso etiam fidei oculo, ad quem pertinet credere, quae per carnem non uidentur, dictum est: uidebit omnis caro salutare dei, non utique nisi de anima, qua uiuit caro, cum etiam per ipsam carnem nostram Christum pie uidere, id est formam, qua indutus est propter nos, non pertineat ad concupiscentiam, sed ad ministerium carnis, ne forte aliquis ita uelit accipere, quod dictum est: uidebit omnis caro salutare dei: quanto congruentius dicitur caro concupiscere, quando anima non solum carni animalem uitam praebet, uerum etiam secundum ipsam carnem aliquid concupiscit, quod in potestate non est, ne concupiscat, quamdiu inest peccatum in membris, id est uiolenta quaedam carnis inlecebra in corpore mortis huius, ueniens de uindicta illius peccati, unde propaginem ducimus, secundum quam omnes ante gratiam filii sunt irae. contra quod peccatum militant sub gratia con-

16 Luc. 3, 6 29 cf. Ephes. 2, 8

1 codix *R*¹ 3 praestantur *E* 4 at.que *R* 5 aduersantur (n exp. m. 1) *P* 7 et 8 aduersū *S* 10 quemadmodum *E* 11 animo *S* 12 adiat *R*¹ 13 et cum] etiam cum *b* 14 subueniatur *E* subuenitur *S* 17 dei] dñi *S* 18 piaē *S* 19 pertinet *S* 22 concupiscit *S* 25 quandiu (u ex o) *P* 29 filii—gratia in mg. suppl. m. 1 *P*

stituti, non ut non sit in eorum corpore, quamdiu ita mortale est, ut et mortuum iure dicatur, sed ut non regnet. non autem regnat, cum desideriis eius, id est his, quae secundum carnem contra spiritum concupiscuntur, non oboeditur. proinde
 5 apostolus numquid ait: non sit peccatum in uestro mortali corpore — sciebat quippe inesse peccati delectationem, quam peccatum uocat, deprauata scilicet ex prima transgressione natura — sed, non, inquit, regnet peccatum in uestro
 10 mortali corpore ad oboediendum desideriis eius, nec exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato?

13. Secundum hanc sententiam nec rem absurdissimam dicimus, quod caro sine anima concupiscat, nec Manichaeis consentimus, qui cum uiderent non posse carnem sine anima concupiscere aliam quandam animam suam ex alia natura deo
 15 contraria carnem habere putauerunt, unde concupiscat aduersus spiritum. nec alicui animae non esse necessariam Christi gratiam dicere cogimur, cum dicitur nobis: quid meruit anima infantis, unde illi perniciosum sit non percepto christiani bap-
 20 peccatum commisit nec ex illa est, quae in Adam prima peccauit?

Non enim de pueris grandiusculis agimus, quibus quidem peccatum proprium nolunt adtribuere quidam nisi ab anni quarti decimi articulo, cum pubescere coeperint. quod merito
 25 crederemus, si nulla essent peccata, nisi quae membris genitalibus admittuntur. quis uero audeat adfirmare furta, mendacia, periuria non esse peccata, nisi qui talia uult inpune committere? at his plena est puerilis aetas, quamuis in eis

8 Rom. 6, 12. 13

1 non ante ut s. l. m. 1 S	quandiu P	6 peccati inesse S
7 transgressionem (m exp. m. 1) P	8 inquit R ¹	11 hanc (n s. l. m.
1) R sententiam] senten in fine uersus S		absurdissimam (d in
ras.) R	12 manichaeis EPRS	15 contraria. (m eras.) R contraria b
concupiscant P	24 cum pubescere]	conpubescere S
25 membrs s. l.	m. 1 S	26 ammittuntur PR ¹
		27 peiuria (r s. l. m. 1 eras.) E
28 puerulis E		

non ita ut in maioribus punienda uideantur, quod sperentur
 annis accedentibus, quibus ratio conualescat, posse praecepta
 salutaria melius intellegere eisque libentius oboedire. sed nunc
 de pueris non agimus, quorum carnalem ac puerilem uolunta-
 tem uel corporis uel animi si ueritas et aequitas obpugnauerit, 5
 quibus possunt uiribus dictorum atque factorum repugnant. pro
 qua? nisi pro falsitate et iniquitate, quae suffragari uidebitur
 eis uel ad percipienda, quae alliciunt, uel ad uitanda, quae
 offendunt. de infantibus loquimur, non quia nascuntur plerumque
 de adulteris; neque enim in prauis moribus naturae dona 10
 culpanda sunt, aut propterea non debuerunt germinare fru-
 menta, quod ea seuit furantis manus. aut uero ipsis parentibus
 obfutura sit iniquitas sua, si se ad deum conuertendo cor-
 rexerint? quanto minus filiis, si recte uixerint!

14. Sed illa aetas uehementem quaestionem mouet, cuius 15
 anima, cum peccatum nullum habeat de proprio uoluntatis
 arbitrio, quaeritur quomodo possit iustificari per illius unius
 hominis oboedientiam, si per alterius unius inoboedientiam
 rea non est. haec uox eorum est, qui animas hominum ex
 hominibus parentibus creatas uolunt non quidem nisi a crea- 20
 tore deo, sed sicut etiam corpora. non enim et haec parentes
 creant, ac non ille, qui ait: priusquam te formarem in
 utero, noui te.

Quibus respondetur animas quidem corporibus hominum
 deum nouas singillatim dare ad hoc, ut in carne peccati de 25
 originali peccato ueniente recte uiuendo carnalesque concupi-

22 Hier. 1, 5

4 uoluptatem *E*²*PR**S**b**d* 5 si ueritas] seueritas *S* 7 falsitate (e
exp. m. 1) *E* suffragari *E* suffragare *P* 9 quia] qui *E* 10 adulteris]
 adulteriis *PR*²*S**b**d* 11 germinari *R**b* 12 seruit *E*¹ seruerit *S* seuerit *PR**b**d*
 13 ofutura *b* correxerint] corripuerint *b* 15 illa] illud (ud *in ras.*) *R*
 aetas] aetas si *P* (si *eras.*) *R* aetas sic *b* aetas hic *d* 16 propriae (a
exp. m. 1; *sub e pos. m.* 2) *E* propriae *S* 17 iustificare *PR*¹ 18 ho-
 minis *om.* *R*¹ oboedientiam] inoboedientiam *R* si—inoboedientiam
om. *R* 20 creatore (a *s. l. m.* 1) *P* 21 hoc *b* 25 singil-
 latim *E*¹

scientias sub dei gratia subigendo meritum conparent, quo cum
 ipso corpore in melius transferantur tempore resurrectionis et
 in Christo in aeternum cum angelis uiuant; sed necesse esse,
 ut, cum membris terrenis atque mortalibus maximeque de
 5 peccati carne propagatis miro modo coaptantur, ut ea primitus
 uiuificare, post etiam aetatis accessu regere possint, tamquam
 obliuione praegrauentur. quae si esset quodammodo indigesti-
 bilis, creatori tribueretur; cum uero paulatim ab huius obli-
 uionis torpore anima resipiscens possit conuerti ad deum
 10 suum eiusque misericordiam et ueritatem primo ipsa pietate
 conuersionis, deinde seruandi praeepti eius perseuerantia
 promereri, quid ei obest illo uelut somno paululum inmergi,
 unde paulatim euigilans in lucem intellegentiae, propter quam
 rationalis anima facta est, potest per uoluntatem bonam eligere
 15 uitam bonam? quod quidem non poterit, nisi adiuerit gratia
 dei per mediatorem. hoc si neglexerit homo, non tantum
 secundum carnem, uerum etiam secundum spiritum erit Adam;
 si autem curauerit, erit Adam secundum carnem tantummodo;
 secundum spiritum autem recte uiuens illud etiam, quod de
 20 Adam culpabile tractum est, mundatum a labe peccati reci-
 pere merebitur illa commutatione, quam sanctis resurrectio
 pollicetur.

Sed antequam per aetatem possit secundum spiritum uiuere,
 necessarium habet mediatoris sacramentum, ut, quod per eius
 25 fidem nondum potest, per eorum, qui eum diligunt, fiat. eius
 enim sacramento soluitur etiam in aetate infantili originalis
 poena peccati, a quo nisi adiutus etiam iuuenis carnalem
 concupiscentiam non domabit nec ea subiugata aeternae uitae

1 subigendo] subiciendo *S* merito *R*¹ 3 uiuant *E*¹ 4 maximaeq;
 (q; s. l. m. 2) *R* maxime *P* 5 propagatis s; (si *exp.* m. 1) *P* co-
 optantur *P* ea (in *mg.* ad eam) *P* 8 creatoris *E* cum] quem *S*
 cum uoce uero desinit quaternio *XX*; quaternio *XXI* totus desideratur
 id quod in *infer.* parte fol. 156^a m. 2 adnotatum est: hic minus est
 unus quaternio *E* 9 torpore] corpore *S* anime *S* 11 perseuerantia *PR*
 12 paululum *PR*¹*S* imergi *P* inmergi *R*² 14 & rationalis (& *exp.*
 m. 1) *S* elegere *PR* 16 neclexerit *P* 20 culpabili *R*¹*b*

meritum adprehendet nisi eius dono, quem promereri studet. ideo uiuus oportet etiam infans baptizetur, ne obsit animae societas carnis peccati, qua participata fit, ut nihil possit anima infantis secundum spiritum sapere. ipsa quippe adfectio grauat etiam corpore exutam, nisi, cum in corpore est, per 5 unicum sacrificium ueri sacerdotis expiatur.

15. Quid ergo, ait aliquis, si hoc non curauerint sui uel infidelitate uel negligentia? hoc quidem etiam de maioribus dici potest. possunt enim uel repente emori uel apud eos aegrotare, ubi eis, quo baptizentur, nemo subueniat. sed illi, 10 inquit, habent etiam propria peccata, quorum indigeant remissione, quae si dimissa non fuerint, nemo eos recte dicet inmerito plecti pro his, quae in sua uita sua uoluntate commiserint; illa uero anima, cui quaedam contagio tracta de carne peccati, si de illa prima anima peccatrice non creata 15 est, nullo modo inputari potest — neque enim ullo peccato, sed natura, qua sic facta est, et deo dante carni data est — cur alienabitur ab aeterna uita, si baptizando infanti nemo subuenerit? an forte nihil oberit? quid ergo prodest ei, cui subuenitur, si nihil obest, cui non subuenitur? 20

Hic pro sua causa quid respondere possint, qui secundum scripturas sanctas, uel quod apud eas inueniatur uel quod eis non aduersetur, conantur adserere animas nouas non de parentibus tractas corporibus dari, nondum me audisse uel uspiam legisse fateor. non ideo sane absentium negotium deserendum 25 est, si quid mihi, quo adiuuari uideatur, occurrerit. possunt enim adhuc dicere deum praescium, quomodo quaeque anima uictura esset, si diutius in corpore uiueret, ei procurare lauacri

1 adprehendet *P* 3 posset *b* 6 sacrificium] sacrificium mediatoris *d*
 ueri *om.* *S*¹ 7 non *s. l. m.* 1 *S* 9 mori *S* 10 egrotare *RS*
 11 inquit *R* 12 dicit *S* 13 iis *d* 14 cui (ui *s. l. add. m.* 2) *P*
 15 peccatrice *P*¹*R*¹ 16 peccato] pacto *P* 17 dante] donante *S*
 18 quor *PR* 22 scribituras *P* uel—inueniatur *repetitum del. m.* 1 *P*
 24 tractas (*c. s. l. m.* 2) *P* 25 disserendum *S* 26 quod *S* adiu-
 uare *P*¹ occurrit *S* 27 quae qui animam (*m. exp. m.* 1) *P*
 28 uictura esset] uicturae scio *P*¹ corpore] carne *S* eique *b* pro-
 curaret *S* salutaris lauacri *S* labacri *P*

salutaris ministrationem, cuius futuram fuisse praeuidet pietatem, cum ad annos fidei capaces ueniret, si nunc eum oporteret propter aliquam occultam causam morte praeueniri. occultum itaque est atque ab humano uel certe ab ingenio
 5 meo remotissimum, cur nascatur infans uel continuo uel cito moriturus; sed hoc ita occultum est, ut neutros adiuuet, de quorum nunc sententiis disceptamus. illa enim explosa opinione, qua putantur animae pro ante actae uitae meritis in corpora detrudi, ut ea citius solui meruisse uideatur, quae non multa
 10 peccauerat, ne contradicamus apostolo nihil nondum natos boni uel mali egisse testanti, nec illi, qui animae traducem adfirmant, possunt pro se ostendere, cur aliorum mors acceleretur, retardetur aliorum, nec qui eas dari nouas uolunt singulis singulas. occulta ergo ista causa est et utrisque pariter,
 15 quantum existimo, nec suffragatur nec aduersatur.

16. Proinde qui de infantium mortibus urgebantur, cur omnibus sit necessarium baptismi sacramentum, quorum animae non ex illa ductae sunt, cuius inoboedientia peccatores constituti sunt multi, cum respondent peccatores quidem omnes
 20 constitui secundum carnem, secundum animam uero non nisi eos, qui eo tempore male uixerunt, quo et bene potuissent, omnes autem animas, hoc est et infantum, ideo habere necessarium baptismi sacramentum, sine quo ex hac uita etiam in illa aetate emigrare non expedit, quia contagio peccati ex
 25 carne peccati, qua obruitur anima, cum his inseritur membris,

10 cf. Rom. 9, 11

1 cuius (s. m. 1 s. l.) P 2 uenerit P ueniret (i ex e m. 1) R nunc] non b̄d 3 praeuenire (sup. fin. e superscr. m. 1 i) P 4 fin. ab] a s. l. m. 1 S meo ingenio S 5 remotissimum (si add. in mg.) P quor R 6 sed] si S 8 anteactae (tae s. l. add. m. 2) P anteacte S corpora (a s. l. add. m. 1 sup. e) S 9 uideantur S 12 afirmant P quor PR 13 retardtur P¹ retarditur R¹ nobas P¹ uolunt nouas S singulas singulis b̄ 14 utriusque P²R 15 extimo P 16 urgebantur RS quor R 17 omnium S necessarium om. S quorum] necessarium quorum S 19 constitutos omnes b̄ 20 constitui] constituti PR¹ 21 petuerunt (sup. add. m. 1 issent) S 22 et om. R¹b̄ 23 baptismi (i fin. s. l. m. 1) P 24 aetate] aeternitate S migrare S ex carne peccati om. P¹ 25 obruit P¹

oberit ei post mortem, nisi, cum adhuc in ipsa carne est, sacramento mediatoris expietur, eique diuinitus hoc auxilium procurari, quam deus praesciit, si usque ad annos fidei congruos hic uiueret, pie fuisse uicturam, quam propter aliquid, quod ipse nouit, et nasci uoluit in corpore et cito extraxit e 5 corpore: cum ergo haec respondent, quid eis contradici potest, nisi incertos nos eorum salutis fieri qui hac uita bene gesta in ecclesiae pace defuncti sunt, si non solum secundum id, quod quisque uixit, uerum etiam secundum id, quod uicturus esset, si amplius uiuere potuisset, quisque iudicandus est? 10 quandoquidem ualent apud deum merita mala non tantum praeteritorum, sed futurorum etiam delictorum, a quorum reatu nec mors liberat, si, antequam fuerint commissa, pro uenerit, nec aliquid ei praestitum est, qui raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. deus enim praescius 15 illius futurae malitiae cur non eum secundum ipsam potius iudicaturus est, si moriturae animae infantis, ne obsesset ei ex corpore peccati participata conluuies, ideo subueniendum iudicauit per baptismum, quia praesciuit eam, si uiueret, pie fideliterque fuisse uicturam? 20

An ideo potius refelli hoc inuentum potest, quia meum est, illi autem, qui de hac sententia certos se esse confirmant, alia fortasse proferunt uel testimonia scripturarum uel documenta rationum, quibus hanc auferant ambiguitatem uel certe ostendant non esse contra id, quod sentiunt, illud apostoli, 25 quo gratiam, qua salui efficimur, magna intentione commendans dicit: sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in

14 Sap. 4, 11 27 I Cor. 15, 22

1 ei] eni S post (te eras.) R 2 eiqui (i fin. superscr. m. 1 sup. e) P 3 procurari (i sup. e a m. 1) P praescit S 9 uixit (sup. e add. m. 1 i) P quod (d s. l. m. 1) P 10 quisque] qui P¹ 16 militiae S quur PR 18 conluuies PR¹ 19 pie (a m. 1 exp.) P 20 fideliter quae R fuisse eras. R 21 refelli (f sup. u m. 1) P quia meum est in mg. m. 1 P 22 sententiam P¹ 23 scribaturum P 26 salui (s m. 2 retr.) R commendat S 27 dicit] ait bđ

Christo omnes uiuificabuntur, et: sicut per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, sic per oboedientiam unius hominis iusti constituentur multi, eosdemque multos peccatores non quibusdam
 5 exceptis, sed omnes intellegi uolens superius ait de Adam: in quo omnes peccauerunt? unde utique infantum animas non posse secerni et eo, quod dictum est „omnes“ et eo, quod eis per baptismum subuenitur, non absurde credunt, qui animas ex unius traduce sapiunt, nisi aliqua manifesta et
 10 liquida uel ratione, quae scripturis sanctis non repugnet, uel earum ipsarum scripturarum auctoritate redarguantur.

17. Iam itaque uideamus, quantum suscepti huius operis necessitas patitur; quale etiam illud sit, quod paulo ante distulimus. scriptum est enim in libro Sapientiae: puer
 15 autem eram ingeniosus et sortitus sum animam bonam. et cum essem magis bonus, ueni ad corpus incoinquinatum. cum enim uideatur illos adiunare hoc testimonium, qui non ex parentibus creari, sed uenire ad corpus uel descendere deo mittente animas dicunt, rursus hoc impedit eorum
 20 sententiam, quod ait: sortitus sum animam bonam, cum procul dubio uel ex uno fonte manare quodammodo tamquam riuulos uel pari natura fieri animas credunt, quas deus mittit in corpora, non autem alias bonas uel magis bonas et alias non bonas uel minus bonas. unde enim bonae aut magis
 25 bonae seu non bonae aut minus bonae animae, nisi uel moribus secundum liberum uoluntatis arbitrium uel differentia temperaturae corporum, dum aliae magis, aliae minus gra-

1 Rom. 5, 19. 12 14 Sap. 8, 19. 20

1 et om. b 3 per] et per b constituentur (e ex u m. 1) R constituuntur (u med. in ras.) S 6 infantum b 9 qui] quia R traduce unius S 10 ratione quae] ratio neque S ratione quae (ne et quae in ras.) R ratione que P scribtoris P 11 scripturarum ipsarum S scribtorarum P 12 huius] huius P¹ 14 scribtum P 16 inquo inquinatum R 18 ex om. S 22 ribulos P animas credant fieri S credant Sd 23 uel minus malas et alias non bonas uel minus bonas S 25 bone (pr. et sec.) S 27 temperaturae P

nantur corpore, quod corrumpitur et adgrauat animam? sed neque actio erat aliqua singularum quarumque animarum, quae earum mores discernerentur, antequam uenirent ad corpora, nec ex corpore minus grauante potuit iste dicere animam suam bonam, qui ait: sortitus sum animam bonam. et cum essem magis bonus, ueni ad corpus incoinquinatum. accessisse enim dixit bonitati, qua bonus erat, sortitus uidelicet animam bonam, ut etiam ad corpus incoinquinatum ueniret. aliunde ergo bonus, antequam ueniret ad corpus; sed utique non differentia morum, quia nullum ante uitae gestae meritum, non differentia corporis, quia prius bonus, quam ueniret ad corpus. unde igitur? 5 10

Hoc autem illis, qui ex traduce animae illius praeuaricatricis animas creari adserunt, quamuis pro eis sonare non uideatur, quod dictum est: ueni ad corpus, tamen in ceteris non incongrue coaptatur, ut, cum dixisset: puer autem eram ingeniosus, id ipsum explicans quibus causis ingeniosus esset, continuo subiungeret: et sortitus sum animam bonam, uidelicet ex paterno ingenio uel corporali temperamento. deinde, cum essem, inquit, magis bonus, ueni ad corpus incoinquinatum: quod si maternum intellegatur, ne hoc quidem, quod dictum est: ueni ad corpus, huic opinioni refragabitur, cum ex anima et corpore paterno uenisse ad maternum corpus accipitur incoinquinatum, uidelicet uel a cruore menstruo — dicuntur enim ex hoc ingenia grauari — uel a contaminatione adulterina. ita et haec uerba libri huius aut magis eis fauent, qui animarum traducem loquuntur, aut, si et isti ea possunt pro se interpretari, inter utrosque alternant. 15 20 25

1 cf. Sap. 9, 15 5 Sap. 8, 19. 20

1 corpora *P*¹ grauatur *P* 2 animarum (*pr.* ma in fine uersus *del. m.* 1) *P* quae *S* 4 corpore (*por s. l. m.* 1) *P* 7 qua] qui *P* quae *R* quia (*i exp. m.* 1) *S* quia *b* sortitus (*us s. l. add. m.* 2) *P* 8 ad (*d s. l. add. m.* 1) *P* incoinquinatum *P* 10 differentia *R*¹ differentiam *S* morum *P* horum *S* antea *RSbd* geste *S* 11 differentiam *PR* prior *P* 13 illius] alius *S* 14 asserunt *PRb* 18 subiungere *P* 20 inquit *PR* 24 uidelicet *R*¹ 27 fabent *P* qui animarum] quia nimirum *P* qui animarum (*alt. a corr. m.* 2) *R* 28 interpretari *PRS*

18. Quae si de domino secundum humanam, quae a uerbo
 adsumpta est, creaturam uelimus accipere, sunt quidem in
 eadem circumstantia lectionis, quae illi excellentiae non con-
 ueniant; maxime illud, quia idem ipse, qui haec in eodem
 5 libro loquitur, aliquanto superius, cum ista uerba, de quibus
 nunc agimus, diceret, confessus est ex semine uiri se in san-
 guine coagulatum: a quo nascendi modo utique alienus est
 uirginis partus, quam non ex uiri semine carnem concepisse
 Christi nullus ambigit christianus. sed quia et in Psalmis,
 10 ubi ait: foderunt manus meas et pedes, dinumerauerunt
 omnia ossa mea; ipsi uero considerauerunt et
 conspexerunt me. diuiserunt sibi uestimenta mea et
 super uestem meam miserunt sortem, quae proprie illi
 uni congruit, ibi etiam dixit: deus, deus meus, respice
 15 me; ut quid me dereliquisti? longe a salute mea
 uerba delictorum meorum, quae rursus ei non conueniunt,
 nisi transfiguranti in se corpus humilitatis nostrae, quoniam
 membra sumus corporis eius, et quia in ipso euangelio, puer
 proficiebat aetate et sapientia, si possunt etiam ista,
 20 quae circum hanc sententiam in libro sapientiae leguntur,
 propter humilem formam serui et unitatem corporis ecclesiae
 cum capite suo, eidem ipsi domino coaptari, quid ingeniosius
 illo puero, cuius in annis duodecim seniores sapientiam mira-
 bantur? et quid illa anima melius, quae, etiamsi uincant non
 25 certando, sed probando, qui animarum traducem adfirmant,
 non erit consequens, ut etiam ipsa ex illius praeuaricatoris

6 cf. Sap. 7, 2 10 Ps. 21, 17. 18. 19. 2 18 Luc. 2, 40
 23 cf. Luc. 2, 42. 47

1 uerbo] uerbo P 2 adsumpta PRS uelim P¹ 3 lectionis]
 locutionis S 4 hoc b 5 cum] quam RSD 6 se ex semine uiri d
 7 coagulatum R coagulatum S 8 uiri (i. *fn.* m. 1 *sup.* e. *superscr.*) P
 semine uiri bd 9 et] est P 10 pedes] pedes meos Sb denumera-
 uerunt PR 11 ipsi (i. *fn.* ex e. m. 1) S 12 conspexerunt R 18 pro-
 priae RS 14 congruit S respice in me bd 15 de-reliquisti R
 salute (a ex u) S 16 dilectorum P 20 circa b legantur S 21 acc-
 clesiae P 22 eidem] idem P¹ coaptare P¹ 23 illi b 24 uincat S

traduce uenisse credenda sit, ne per illius hominis inoboedientiam etiam ipse peccator constituatur, per cuius unius oboedientiam ab illo reatu liberati iusti constituuntur multi? et quid incoinquinatius illo utero uirginis, cuius caro, etiamsi de peccati propagatione uenit, non tamen de peccati propagatione concepit, ut ne ipsum quidem corpus Christi ea lex seuerit in utero Mariae, quae in membris posita corporis mortis repugnat legi mentis? quam sancti patres coniugati refrenantes non quidem nisi quousque licebat in concubitum relaxarunt nec tamen tantummodo quousque licebat eius inpetum pertulerunt. proinde corpus Christi quamuis ex carne feminae adsumtum est, quae de illa carnis peccati propagine concepta fuerat, tamen, quia non sic in ea conceptum est, quomodo fuerat illa concepta, nec ipsa erat caro peccati, sed similitudo carnis peccati. non enim accepit inde reatum moriendi, qui adparet in motu carnis non uoluntario, quamuis uoluntate superando, aduersus quem spiritus concupiscit, sed accepit inde, non quod contagioni praeuaricationis, sed quod exsoluendae indebitae morti et ostendendae promissae resurrectioni sufficeret: quorum unum nobis ad non timendum, alterum ad sperandum ualeret.

Denique si a me quaeratur, unde acceperit animam Iesus Christus, malle quidem hinc audire meliores atque doctiores; sed tamen pro meo captu libentius responderim „unde Adam“ quam „de Adam“. si enim puluis adsumtus ex terra, in qua nullus hominum fuerat operatus, meruit diuinitus animari,

18 cf. Gal. 5, 17

2 ipse (ip s. l. m. 1) P 3 multi om. S¹ 5 propagine Sd propagine Sbd 6 concepit S seuerit S 9 in—licebat om. S¹ concubito P¹ relaxauerunt b 12 assumptum P¹ 15 accipit R 16 apparet PRbd quamuis] quam P 17 concupiscit (u ex o m. 1) R concupiscet S 18 contagione PB exoluendae P exsoluende S 19 indeuitę P indebite S ostendende S promissae S resurrectionis S 22 queratur S 24 unde] non de b 25 quā ex que m. 1 S quam de Adam om. P¹ adsumpt S¹ ex] et PS e. (x eras.) R

quanto magis corpus adsumtum ex carne, in qua itidem nullus hominum fuerat operatus, sortitum est animam bonam, cum illic erigeretur casurus, hic descenderet leuaturus! et fortasse ideo ait: sortitus sum animam bonam — si
 5 tamen hoc de illo oportet intellegi — quia solent quæ sorte dantur diuinitus dari. aut, quod fidenter dicendum est, ne uel illa anima aliquibus operibus præcedentibus ad tantum apicem subuecta putaretur, ut cum ea uerbum caro fieret et habitaret in nobis, ad auferendam suspicionem præcedentium
 10 meritorum sortis nomen accessit.

19. Est in epistula, quæ inscribitur ad Hebraeos, locus quidam diligenti consideratione dignissimus. cum enim per Melchisedech, in quo huius rei futuræ figura præcesserat, discerneret sacerdotium Christi a sacerdotio Leui, uidete
 15 ergo, inquit, qualis hic est, cui et decimam partem Abraham dedit de primitiis patriarcha. et hi quidem, qui de filiis sunt Leui, sacerdotium accipientes mandatum habent a decimis populû secundum legem, hoc est a fratribus suis, quamuis et ipsi ex lumbis
 20 Abrahæ exierunt. qui autem non est ex genere eorum decimauit Abraham et habentem promissionem benedixit. sine ulla autem contradictione qui minor est a maiore benedicitur. et hic quidem decimas morientes homines accipiunt, ibi autem qui testificatur se uiuere.
 25 et, sicut oportet dicere, propter Abraham et Leui accipiens decimam decimatus est; adhuc enim in lumbis patris sui fuit. si ergo etiam hoc ualet ad istam distantiam, quantum præemineat sacerdotio Leuitico sacerdotium Christi,

4 Sap. 8, 19 8 cf. Ioh. 1, 14 14 Hebr. 7, 4—10

1 adsumptum *PS* assumptum *Rbd* 2 sortitus (*corr. m. 1*) *S* sortitus *b* 6 dicendum est *om. S* 7 precedentibus *R* 8 fieri *P* 9 suspicionem *R* 10 accessit *S*¹ 11 epistola *R* scribitur *S* hebreos *RS* 14 discerneretur *b* sacerdotium—a *om. P*¹ 15 inquit *P* 16 primitiis *P* ii *d* 17 filios (*ae exp. m. 1*) *P* 20 exierint *RSd* 22 minor (*mi add. m. 2*) *P* 23 quidē (*dē s. l. m. 1*) *P* 28 leuitico sacerdotium *in mg. add. m. 1 P*

quod sacerdos Christus per illum praefiguratus est, qui decimavit Abraham, in quo et ipse Leui decimatus est, profecto Christus ab eo non est decimatus. at si propterea decimatus est Leui, quia in lumbis erat Abrahae, propterea non est decimatus Christus, quia non erat in lumbis Abrahae. porro 5
autem, si non secundum animam, sed tantum secundum carnem accipimus Leui fuisse in Abraham, ibi erat et Christus, quia et Christus secundum carnem ex semine est Abrahae; et ipse itaque decimatus est. quid est ergo, quod adfertur pro magna differentia sacerdotii Christi a sacerdotio Leui, quod Leui 10
decimatus est a Melchisedech, cum esset in lumbis Abrahae, ubi et Christus erat, unde pariter decimati sunt, nisi quia necesse est intellegamus secundum aliquem modum ibi Christum non fuisse? quis autem neget eum secundum carnem ibi fuisse? ergo secundum animam ibi non fuit. non est igitur anima 15
Christi de traduce praeuocationis Adae, alioquin etiam ipsa ibi fuisset.

20. Hic existunt illi, qui traducem animarum defendunt, et dicunt confirmatam esse sententiam suam, si Leui constat etiam secundum animam fuisse in lumbis Abrahae, in quo 20
eum decimavit Melchisedech, ut possit ab eo Christus in ista decimatione discerni: qui quoniam decimatus non est et tamen in lumbis Abrahae secundum carnem fuit, restat, ut secundum animam ibi non fuerit, et ideo sit consequens, ut ibi Leui secundum animam fuerit. hoc ad me non multum adinet, 25
qui utrorumque conlationem adhuc audire sum paratior quam utrorumlibet iam confirmare sententiam. interim Christi animam ab origine huius traducis per hoc testimonium secernere uolui. inuenient isti, quid eis pro ceteris fortasse respondeant,

3 at si prop *in ras. m. 1 P* 4 erat in lumbis *bd* et propterea *b*
5 erat] est *S* 6 animam sed tantum secun *add. m. 2 in mg. P;*
syllaba dum uocabuli secundum prorsus deest 8 quia et *xps om. P¹*
habrahae P 9 itaque] utique *b* adfertur] differtur *S* 10 sacer-
dotii *om. P* 11 melchisech *S* et *om. PR* 16 traduc...e *P*
18 hinc *b* existunt *P* 24 ibi non *s. l. m. 1 R* leui (*u. s. l. m.*
1) *S* 26 u|trorumque *P* 29 quid] qui *Rbd*

et dicant, quod etiam me non parum mouet, quamuis nullius hominis anima sit in lumbis patris sui, secundum carnem tamen in lumbis Abrahae constitutum. Leui decimatum et ibi constitutum secundum carnem Christum non decimatum, secundum
 5 rationem quippe illam seminalem ibi fuit Leui, qua ratione per concubitum uenturus erat in matrem, secundum quam rationem non ibi erat Christi caro, quamuis secundum ipsam ibi fuerit Mariae caro. quapropter nec Leui nec Christus in lumbis Abrahae secundum animam, secundum carnem uero et
 10 Leui et Christus; sed Leui secundum concupiscentiam carnalem, Christus autem secundum solam substantiam corporalem. cum enim sit in semine et uisibilis corpulentia et inuisibilis ratio, utrumque cucurrit ex Abraham uel etiam ex ipso Adam usque ad corpus Mariae, quia et ipsum eo modo conceptum et
 15 exortum est. Christus autem uisibilem carnis substantiam de carne uirginis sumsit; ratio uero conceptionis eius non a semine uirili, sed longe aliter ac desuper uenit. proinde secundum hoc, quod de matre accepit, etiam in lumbis Abrahae fuit.

20 Ille est ergo decimatus in Abraham, qui, licet secundum carnem tantum, sic tamen fuit in lumbis eius, quemadmodum in sui patris etiam ipse Abraham, id est qui sic est natus de patre Abraham, quemadmodum de suo patre natus est Abraham, per legem scilicet in membris repugnantem legi
 25 mentis et inuisibilem concupiscentiam, quamuis eam casta et bona iura nuptiarum non sinant ualere, nisi quantum ex ea

1 me om. S¹ cum uoce quamuis incipiunt Eugippii Excerpta p. 193—195 ed. Knöll nullus R 8 leui (alt. u s. l. m. 1) S 5 quippe] nero S ibi] ubi S 7 quamuis (uis s. l. m. 1) S 8 leui (alt. u s. l. m. 1) S 9 animamam P et] nec S¹ 10 leui S xpi P 12 corpulentia S 13 cucurrit] concurrat b habraham P 14 quia] qui PR 15 carnis...nis (car eras.) P 17 uirili] uiri S 18 in] de P in — 324, 4 abraham om. R¹ 20 ergo] igitur bd 22 est fn. s. l. m. 1 S 23 de] ex S patre] patre ipso P quemadmodum] id est quemadmodum P 24 in membris om. R¹ 26 sinant (n fn. s. l. m. 1) S

possunt generi substituendo prospicere. non autem et ille ibi
 decimatus est, cuius caro inde non feruorem uulneris, sed
 materiam medicaminis traxit. nam cum ipsa decimatio ad
 praefigurandam medicinam pertinuerit, illud in Abrahae carne
 decimabatur, quod curabatur, non illud, unde curabatur. 5
 eadem namque caro non Abrahae tantum, sed ipsius primi
 terrenique hominis simul habebat et uulnus praeuaricationis
 et medicamentum uulneris: uulnus praeuaricationis in lege
 membrorum repugnante legi mentis, quae per omnem inde
 propagatam carnem seminali ratione quasi transcribitur; 10
 medicamentum autem uulneris in eo, quod inde sine opere
 concupiscentiali in sola materie corporali per diuinam con-
 ceptionis formationisque rationem de uirgine adsumtum est
 propter mortis sine iniquitate consortium et sine falsitate
 resurrectionis exemplum. quapropter quod anima Christi non 15
 sit ex traduce animae illius primae praeuaricatricis, puto,
 quod etiam ipsi, qui animarum traducem defendunt, con-
 sentiant — per semen quippe concubentis patris transfundi
 etiam semen animae uolunt, a quo genere conceptionis
 Christus alienus est — et quod in Abraham, si secundum 20
 animam fuisset, etiam ipse decimatus esset; non esse autem
 decimatum scriptura testatur, quae hinc quoque sacerdotium
 eius a Leuitico sacerdotio distinguit.

21. An forte dicent: sicut potuit ibi esse secundum carnem et
 non decimari, cur non etiam secundum animam sine decima- 25
 tione potuerit? hic respondetur: quia utique simplicem animae
 substantiam incrementis augeri corporalibus nec illi putauerunt,

1 possint *b* genere (*in mg. add. is m. 2*) *P* generis (*s exp. m. 1*) *S*
 prospicere (*pros add. m. 2*) *P* 5 quo (d *eras.*) *R* 7 terraeque *P*
 simul (*in mg. add. m. 2* primum) *P* 9 legis (*s exp. m. 1*) *S*
 12 concupiscentiali *R* concupiscentiali (*prim. i s. l.*) *S* materiae *PS*
 materia *bd* 18 assumptum *P* adsumptus *RS* 14 iniquitatis *R*¹
 16 illius] illius uel cum *b* 17 defundunt *P* 19 a *s. l. m. 1* *R*
 20 habraham *R* 22 scriptura] scribtura *P* xpm scriptura *S* 23 leui-
 tico (*pr. u s. l. m. 1*) *S* 24 sicut—esse *om. b* 25 quur *PR* 26 hic]
 ad hoc *b*

qui eam corpus existimant, quorum in parte sunt maxime qui eam ex parentibus creari opinantur. proinde in corporis semine potest esse uis inuisibilis, quae incorporaliter numeros agit, non oculis, sed intellectu discernenda ab ea corpulentia, quae uisu tactuque sentitur . et ipsa quantitas corporis humani, quae utique modulum seminis inconparabiliter excedit, satis ostendit posse inde aliquid sumi, quod non habeat illam uim seminalem, sed tantum corporalem substantiam, quae diuinitus non de propagine concumbentium in carnem Christi adsumta atque formata est. hoc autem de anima quis ualeat adfirmare, quod utrumque habeat, et materiem seminis manifestam et rationem seminis occultam? sed quid laborem in re, quae persuaderi uerbis nemini forsitan potest, nisi tantum ac tale ingenium sit, quod possit loquentis praeuolare conatum nec totum expectare a sermone? breuiter itaque colligam: si potuit et de anima fieri — quod cum de carne diceremus, forsitan intellectum sit — ita est de traduce anima Christi, ut non secum labem praeuocationis adtraxerit; si autem sine isto reatu non posset inde esse, non est inde. iam de ceterarum animarum aduentu, utrum ex parentibus an desuper sint, uincant qui potuerint. ego adhuc inter utrosque ambigo et moueor aliquando sic, aliquando autem sic, saluo eo dumtaxat, ut uel corpus esse animam uel aliquam corpoream qualitatem siue coaptationem, si ita dicenda est, quam Graeci ἀρμολα uocant, non credam nec quolibet ista garriente me crediturum esse confidam adiuuante deo mentem meam.

22. Est aliud testimonium non neglegendum, quod pro se possunt proferre, qui uenire desuper animas credunt, dicente

1 maximae P 4 corpulentia S 6 utique P inconparabiliter] incorporaliter S 9 adsumpta PRS 11 materiem R materiam Sbd 13 persuaderi (i sup. e m. 1 superscr.) P nisi] nisi si Rb 14 loquentes P praeualere Pb 15 expectare R colligamus S 18 secum in mg. add. m. 1 P labem] et ipse labem P 20 aduentum PR¹ sint Eug.: sit PRSbd 21 ambigo (r m. 1 exp. uidetur) P ambigo* (r eras.) R 22 saluo P 24 grece P greci S armonian PR armoniam S harmoniam b 25 non credam om. SREug nec] ne S

ipso domino: quod natum est ex carne, caro est; et quod natum est ex spiritu, spiritus est. quid hac, inquit, sententia determinatius non posse ex carne animam nasci? quid est enim aliud anima quam spiritus uitae, creatus utique, non creator? contra quos illi alii: quid enim, inquit, nos aliud sentimus, qui dicimus carnem ex carne, animam ex anima? nam ex utroque constat homo, de quo utrumque uenire sentimus, carnem de carne operantis, spiritum de spiritu concupiscentis, ut interim omittatur, quod illud dominus non de carnali generatione, sed de spiritali regeneratione dicebat. 10

23. His igitur, quantum pro tempore potuimus, pertractatis omnia paria uel paene paria ex utroque latere rationum testimoniorumque momenta pronuntiarem, nisi eorum sententia, qui animas ex parentibus creari putant, de baptismo paruulorum praeponderaret. de quibus quid eis responderi possit, nondum mihi interim occurrit; si quid forte postea deus dederit, si quam etiam scribendi concesserit facultatem studiosis talium, non grauabor. nunc tamen non esse contemnendum testimonium paruulorum, ut quasi refelli, si ueritas contra est, neglegatur, ante denuntio. aut enim de hac re nihil quaerendum est, ut sufficiat fidei nostrae scire nos, quo pie uiuendo uenturi sumus, etsi nesciamus, unde uenerimus; aut, si non inpudenter aestuat anima rationalis etiam hoc nosse de se ipsa, absit peruicacia contendendi, adsit diligentia requirendi, humilitas petendi, perseuerantia pulsandi, ut, si nobis hoc expedire nouit, qui melius quam nos quid nobis expediat utique nouit, det etiam

1 Ioh. 3, 6 24 cf. Matth. 7, 7. 11

1 et om. b 2 est fin. inscr. m. 1 P 3 carne (m eras.) R 4 quid est enim] et quid enim est b 5 utique] itaque b alii in mg. add. m. 1 P 7 nam in ras. P¹ om. R¹ 8 sentimus (i ex e m. 1) S 10 generatione (et in mg. add. re) P 12 paene (a exp. m. 1) P pene RS 13 monimenta b 15 respondere PR 17 quam om. SP¹; sed in mg. cod. P add. m. 2 si quam concesserim P¹ 18 grauabor] grauabor exponere S contempnendum R 19 paruulorum S¹ si (i ex e) S 21 sufficiat] superficiat S quo pie] copiae P 23 rationalis R peruicacia PR 24 contendendi] contemnendi S tendendi P

hoc, qui dat bona data filiis suis. consuetudo tamen matris ecclesiae in baptizandis paruulis nequaquam spernenda est neque ullo modo superflua deputanda nec omnino credenda, nisi apostolica esset traditio. habet enim et illa parua aetas
 5 magnum testimonii pondus, quae prima pro Christo meruit sanguinem fundere.

24. Admoneo sane, quantum ualeam, si quos ista praeoccupauit opinio, ut animas credant ex parentibus propagari, quantum possunt se ipsos considerent et interim sapiant
 10 corpora non esse animas suas. nulla enim propior natura est, qua diligenter inspecta possit etiam deus, qui supra omnem creaturam suam incommutabilis permanet, incorporaliter cogitari, quam ea, quae ad ipsius imaginem facta est, et nihil uicinius aut fortasse nihil tam consequens, quam ut credito,
 15 quod anima corpus sit, etiam deus corpus esse credatur. propter hoc enim corporalibus adsuefacti et adfecti sensibus nolunt animam credere aliud esse quam corpus, ne, si corpus non fuerit, nihil sit, ac per hoc tanto magis timent etiam de deo credere, quod corpus non sit, quanto magis timent deum
 20 credere nihil esse. ita enim feruntur in phantasias uel phantasmata imaginum, quae cogitatio de corporibus uersat, ut his subtractis tamquam per inane pereundum sit reformident. ita necesse est, ut et iustitiam et sapientiam pingant quodammodo in cordibus suis cum formis et coloribus, quas non possunt incorporeas cogitare, nec tamen dicunt, quando iustitia uel sapientia mouentur, ut uel laudent eas uel secundum eas aliquid agant,

1 bona data filiis] data bona dare filiis *b* data *om.* *R* 2 ecclesiae *R*
 3 nec omnino credenda *om.* *S* 4 traditio] .raatio (*sic*) *R* 7 ualeo *R*²*S*^d
 8 ex parentibus credant *bd* 10 propior *P*, (pro *s. l. m. 2*) *S* 14 credi-
 di- (to *eras.*) *R* 15 aut corpus sit (aut *s. l. m. 2*) *R* 16 adsuae
 facti *S* assuefacti (*pr. s m. 1 s. l.*) *R* 17 ne si] nisi *S* 18 ac] hac *S*
 20 fantasias *S* phantasmata *S* 21 quae] *q*; *S*¹ 22 pereundu (*u sup.*
o superscr. m. 1) *R* pereundē *S*¹ reformident (*re in mg. add. m. 1*) *P*
 23 necesse (*ne s. l. m. 1*) *R* et *om.* *S* et] uel *S* pingant (*pr. n*
s. l. m. 1) *S* 25 tamen] cum *b* 26 laudent] .audent (*l eras.*) *R*
 agunt *R*

quem colorem, quam staturam, quae liniamenta [uel quales formas] conspexerint. sed de his alias et multa iam diximus et, si deus uoluerit, ubi res uidebitur postulare, dicemus. nunc quod dicere coeperamus, si de traduce animarum a parentibus uel non dubitant quidam, quod ita sit, uel dubitant, an ita sit, animam tamen corpus esse non audeant credere aut dicere, maxime propter quod dixi, ne deum quoque ipsum nihil aliud opinentur esse quam corpus, etsi excellentissimum, etsi naturae cuiusdam propriae cetera supergredientis, corpus tamen.

25. Denique Tertullianus, quia corpus esse animam credit non ob aliud, nisi quod eam incorpoream cogitare non potuit et ideo timuit, ne nihil esset, si corpus non esset, nec de deo ualuit aliter sapere: qui sane quoniam est acutus interdum contra opinionem suam uisa ueritate superatur. quid enim uerius dicere potuit quam id, quod ait quodam loco: omne corporale passibile est? debuit ergo mutare sententiam, qua paulo superius dixerat etiam deum corpus esse. neque enim arbitror eum ita desipuisse, ut etiam dei naturam passibilem crederet, ut iam non Christus in carne tantum neque in carne et anima, sed in ipso uerbo, per quod facta sunt omnia, passibilis et commutabilis esse credatur: quod absit a corde christiano. item cum animae etiam colorem daret aerium ac lucidum, uentum est ad sensus, quibus eam membratim quasi corpus instruere conatus est et ait: hic erit homo interior, alius exterior, dupliciter unus; habens et ille oculos et aures suas, quibus populus

16 Tertull. de anima 7 (ed. A. Reifferscheid et G. Wissowa pag. 308. 22 25 ibid. cap. 9 (p. 312, 2—5)

1 lineamenta *bd* uel quales formas *om.* *PRS* 2 aliis *S*¹ multas *PR* 8 dicemus] docebimus *S* 4 traduce* (re *eras.*) *R* 9 proprie *Sb* supergredientes *P* 11 in tertullianus *S* 14 ualuit] uoluit *b* acutus est *bd* 16 id] quod id *b* omne] esse *b* 20 Christus non *d* 21 *alt.* in *om.* *S* quod (*d s. l. m.* 1) *P* 23 colorem] colerem *S* 24 aereumb 25 instruere] instituere *b* 26 dupliciter *R*¹ 27 populus] Paulus *in textu habetur* ed. A. Reifferscheid et G. Wissowa p. 312, 3

dominum audire et uidere debuerat, habens et ceteros artus per quos et in cogitationibus utitur et in somnis fungitur.

Ecce, quibus auribus et quibus oculis debuit audire et uidere deum populus, quibus anima in somnis fungitur, cum, si ipsum Tertullianum quisquam uideret in somnis, numquam se diceret ab eo uisum et cum eo locutum, quem uicissim ipse non uidisset. postremo, si anima se ipsam uidet in somnis, cum iacentibus utique uno loco membris corporis sui ipsa per uarias imagines euagatur, quas uidet, quis eam uidit aliquando in somnis aeri coloris et lucidi, nisi forte ut cetera, quae similiter falso uidet? nam et hoc potest uidere. sed absit, ut eam talem, cum euigilauerit, credat; alioquin quando se aliter uiderit, quod magis crebrum est, aut mutata erit anima eius, aut nec tunc animae uidetur substantia, sed imago corporis incorporea, quae miro modo sicut in cogitatione formatur. quis enim Aethiops non paene semper nigrum se uidit in somnis aut, si in alio colore se uidit, non magis miratus est, si fuit cum illo memoria? aereo tamen colore ac lucido nescio utrum se umquam uidisset, si numquam istum legisset uel audisset.

Quid? quod ducuntur homines talibus uisis et de scripturis nobis uolunt praescribere tale aliquid esse non animam, sed ipsum deum, qualis figuraliter sanctorum spiritibus demonstratus est, qualis etiam in sermone allegorico ponitur. similia

1 dominum] deū b 2 per quos (s. l. m. 2 quibus) B cogitationibus ed. Reiff. et Wiss. somnis] somniis Reiff. Wiss. 5 fungitur (r ex m) P 7 loquutum PR, (m. 1 ex loquentē) S 8 se] semet S 9 loco] in loco b 10 uarias (a fin. superscr. m. 1 sup. e) S imagine seuagatur R¹ euagatur] peruagatur S quas uidet om. RS uidet] uidit P quis aliquando se uidet in somnis sqq. S eam uidit om. PR¹ 11 post aliquando in mg. add. m. 2 se uidit R coleris P et] ac bd 12 potes S 14 quod] quid S¹ 15 tunc anima R 16 cum uoce sicut incipit cod. E sicut] sit E 17 etiops P ethiops R poene PS 18 uidet Sb uidet S 19 aereo b 20 umquas S uidisset] quis uidet et S 22 dicuntur R scribuntur EP 24 spiritalibus E 25 allegorico (go s. l. m. 1) S

quippe sunt illa uisa talibus dictis, ac sic errant, constituentes in corde suo simulacra uanae opinionis nec intellegentes ita sanctos de suis uisis talibus iudicasse, qualiter iudicarent, si talia diuinitus in figuris dicta legerent uel audirent: sicut septem spicae et septem boues septem anni sunt, sicut linteum quattuor lineis alligatum uelut discus plenus uariis animalibus orbis terrarum est cum omnibus gentibus, sic omnia cetera et multo magis, quae de rebus incorporeis corporalibus significantur non rebus, sed imaginibus.

26. Noluit tamen Tertullianus animam crescere substantia sicut corpus, adserens etiam timoris sui causam: ne etiam decrescere dicatur substantia, inquit, atque ita et defectura credatur. et tamen, quia per corpus eam localiter tendit, non inuenit exitum incrementorum eius, quam uult de semine exiguo aequari corporis quantitati, et ait: sed uis eius, in quo naturalia peculia consita retinentur, saluo substantiae modulo, quo a primordio inflata est, paulatim cum carne producitur. hoc forte non intellegeremus, nisi adhibita similitudine planum faceret, quod dicebat. constitue, inquit, certum pondus auri uel argenti, rudem adhuc massam: conlectus habitus est illi et futuro interim minor, tamen continens intra lineam moduli totum quod natura est auri uel argenti. dehinc cum in lamminam massa laxatur, maior

5 cf. Gen. 41, 26 cf. Act. 10, 11. 12 11 Tertull. de anima 37
(ed. A. Reifferscheid et G. Wissowa p. 364, 9—24)

1 uisis S 3 iudicarent] indicant b 4 figuris (sup. fin. a superscr.
i) S 5 spice S spi-ice (c a m. 2) R septem ante boues ex sempm E
lintheum b 6 lineis] linteis PR¹ 10 subsubstantia E substantia R
11 asserens EPR afferens bd 12 substantia dicatur PRSbd;
item Tertull. p. 364, 9 inquit E¹S 15 quantitati (s. l. m. 2 l
qualitati) R 16 quo] qua Tertull. retinerentur E 17 salbo P
18 producatur PR¹ producatur in membris b 19 atribita E¹ adibita S
post similitudine addunt: eorum quae uidemus bd 20 constituae (a
exp. m. 1) R inquit E¹ 21 argenti (ar add. m. 2) S est abitus S
22 minora S tamen] tam S 23 lineam] uenam S 24 laminam Sbd Tert.

efficitur initio suo per dilatationem ponderis certi, non per adiectionem, dum extenditur, non dum augetur. etsi sic quoque augetur, dum extenditur; licet enim et habitu augeri, cum statu non licet.
 5 tunc et splendor ipse prouehitur auri uel argenti, qui prius fuerat quidem et in massa, sed obscurior, non tamen nullus. tunc et alii atque alii habitus accedunt pro facilitate materiae, qua duxerit eam, qui agit, nihil conferens modulo nisi effigiem. pro-
 10 inde et animae crementa reputanda non substantiua, sed prouocatiua.

Quis hunc crederet cum isto corde tam disertum esse potuisse? sed tremenda ista sunt, non ridenda. ad hoc enim numquid cogeretur, si aliquid cogitare posset, quod et sit et
 15 corpus non sit? quid autem absurdius quam putare massam cuiuspiam metalli ex aliqua parte crescere posse, dum tunditur, nisi decrescat ex altera, uel augeri latitudine, nisi crassitudine minuatur? aut ullum esse corpus manente naturae suae quantitate, quod undique crescat, nisi rare-
 20 scat? quomodo igitur inplebit anima ex illa stilla seminis magnitudinem corporis, quod animat, si et ipsa corpus est, cuius substantia nullo accessu crescat? quomodo, inquam, inplebit carnem, quam uiuificat, nisi tanto rarior fuerit, quanto

1 per] pro *E* dilationem *R*¹ 2 adiectionem *E* 4 et om. *S*
 5 prouehitur] perhibetur *ERSb* peribetur (in *mg. add.* at prouehitur *id-que m.* 2) *P* auri] augeri (*ge prima man. del. m.* 2 *retract. et s. l. addid.* at auri) *E* uel] et *S* 6 qui prius fuerat] opus fuerat *EPR*, (*in ras. utrumque uocab.*) *S* prius om. *Tert.* 7 abitus *S* 9 proinde] ita *R¹bd Tert.* 10 incrementa *PR**S**bd* 11 prouocatiua] prouectiua *Tertull. A. Reiff. Wiss.* 364, 24 12 hunc] nunc (*m.* 2 *s. l.* at hunc) *E*
 disertum *S* 13 ista sunt] esse punct^{ta} (*ta add. s. l. m.* 1; *supra esse add. m.* 2 at ista sunt) *E* ista] ita *b* 14 numquid] nunquam *b* cogitare] cogere *S* possit *S* 15 non *s. l. m.* 1 *S* 17 de crescat *C* 18 crassitudinem *R* crassitudinē inustur *P* 19 nisi rarescat om. *S*¹ 20 inpleuit *E*¹ stella *E*¹ 22 nullu *R* crescit (*i ex a m* 1) *R* 23 inpleuit *E¹PRC*

grandius, quod animauerit? timuit uidelicet, ne deficeret etiam minuendo, si cresceret, et non timuit, ne deficeret rarescendo, cum cresceret. sed quid amplius inmorer, quando et sermo pergit in prolixiorem modum, quam petit terminandi necessitas, et sententia mea iam satis nota sit, uel quid 5 certum teneam uel unde adhuc dubitem et quare dubitem? proinde et hoc uolumen iam concludatur, ut quae sequuntur deinde uideamus.

LIBER UNDECIMUS.

1. Et erant ambo nudi Adam et mulier eius et non 10 pudebat illos. serpens autem erat prudentissimus omnium bestiarum quae sunt super terram quas fecit dominus deus. et dixit serpens mulieri: quid quia dixit deus: non edetis ab omni ligno paradisi? et dixit mulier serpenti: a fructu ligni, quod est in 15 paradiso, edemus; de fructu autem ligni, quod est in medio paradisi, dixit deus: non edetis ex eo neque tangetis illud, ne moriamini. et dixit serpens mulieri: non morte moriemini; sciebat enim deus, quoniam qua die manducaueritis de eo aperientur uobis oculi 20 et eritis tamquam dii, scientes bonum et malum. et

10 Gen. 3, 1—24

2 ne] ut b 3 cum cresceret] concreceret E¹ non cresceret b 4 per-
get S 5 sit nota bd quid] quod S 7 ut] et S sequuntur E¹
8 Expl liber decimus incipiunt capitula libri undecimi fol. 159 E Explicit
liber decimus (litt. mai.) fol. 264^b P Explicit liber decimus || incip lib
undecimus (litt. mai.) fol. 194^a R Expl liber decimus (litt. mai.). Incipit
liber undecimus (litt. mai. rubr.) pag. 275^b S fol. 89^a C

9 Explicuerunt capitula incipit liber undecimus fol. 160 E Incip liber
undecimus feliciter (litt. mai. color.) fol. 265^a P fol. 194^a R 10 ambo]
om. E eras. in R nudi ambo PSd 11 illos] eos C prudentior S
13 Quid quia] quid est quod R 14 deus] dñs PC dominus deus b
editis b 15 fructi S 16 in medio (in super eras. m) R 17 para-
diso EPR deus] dñs P dñs dñ C 19 scit b quoniam om. S
20 adaperientur (ad in mg. m. 2 ut uidetur) R 21 scientis P

uidit mulier, quia bonum lignum in escam et quia placet oculis uidere et decorum est cognoscere. et sumens de fructu eius edit et dedit et uiro suo secum, et ederunt. et aperti sunt oculi amborum, et agnouerunt, quia nudi erant; et consuerunt folia fici et fecerunt sibi campestria. et audierunt uocem domini dei deambulantis in paradiso ad uesperam et absconderunt se Adam et mulier eius a facie domini dei in medio ligni paradisi. et uocauit dominus deus Adam et dixit illi: Adam ubi es? et dixit ei: uocem tuam audiui deambulantis in paradiso et timui, quia nudus sum, et abscondi me. et dixit illi: quis nuntiauit tibi, quia nudus es, nisi a ligno quod praeceperam tibi tantum ne ex eo manducares ab eo edisti? et dixit Adam: mulier, quam dedisti mecum, haec mihi dedit a ligno, et edi. et dixit dominus deus mulieri: quid hoc fecisti? et dixit mulier: serpens seduxit me, et manducaui. et dixit dominus deus serpenti: quia fecisti hoc, maledictus tu ab omnibus pecoribus et ab omnibus bestiis quae sunt super terram. super pectus tuum et uentrem tuum ambulabis et terram edes omnes dies uitae tuae. et inimicitias ponam inter te et inter mulierem et inter semen tuum et inter semen eius. ipsa tibi seruabit caput, et tu seruabis eius calcaneum. et mulieri dixit: multiplicans multiplicabo tristitias tuas et gemitum tuum. in tristitiis paries filios, et ad uirum tuum conuersio tua, et ipse tui dominabitur. Adae autem dixit: quia

1 in escam] in ad escam *P* in esca *S* ad escam *RCbd* 3 et *fin. om. EPRbd*
 7 ambulantis *PSC* 10 post illi *om.* Adam *E¹PR**S**bd* post es *add. m.*
 2 tu *E* 11 imparadiso *S* 14 manducaris *PR* 15 mecum] mihi *PR¹C*
 16 a] de *bd* 18 serpenti (i ex e) *P* 19 peccoribus *S* 20 omnem
 terram *b* 21 et uentrem tuum *om.* *C* ambulauis *P* 22 omnibus
 diebus *S*, (*supra lin. m. 2*) *E* 23 inter ante mulierem *s. l. m. 1 S*
 24 inter *om.* *Sbd* ipse *R* seruauit *P* ubi caput (ubi *del.*
m. 1) *S* 25 calcaneum eius *E* 27 tristitiis tuis *S* tristitias *C*

audisti uocem mulieris tuae et edisti de ligno, de quo praeceperam tibi de eo solo non edere, maledicta terra in operibus tuis; in tristitiis edes illam omnes dies uitae tuae; spinas et tribulos edet tibi, et edes fenum agri. in sudore faciei tuae edes panem tuum, donec conuertaris in terram, ex qua sumtus es, quia terra es et in terram ibis. et uocauit Adam nomen mulieris suae „Uita“, quoniam haec est mater omnium uiuentium. et fecit dominus deus Adam et mulieri eius tunicas pelliceas et induit eos. et dixit dominus deus: ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis in cognoscendo bonum et malum. et nunc ne aliquando extendat manum et sumat de ligno uitae et edat, et uiuat in aeternum. et dimisit illum dominus deus de paradiso uoluptatis operari terram, ex qua sumtus est. et eiecit Adam et conlocauit eum contra paradysum uoluptatis; et ordinauit Cherubin et flammam rhomphaeam quae uertitur custodire uiam ligni uitae.

Antequam huius propositae scripturae textum ex ordine pertractemus, admonendum arbitror, quod iam me et alibi in hoc opere memini praelocutum, illud a nobis esse flagitandum, ut ad proprietatem litterae defendatur, quod gestum narrat ipse qui scripsit. si autem in uerbis dei uel cuiusquam personae in officium propheticum adsumtae dicitur aliquid, quod

1 aedisti *PS* 2 solo *om. P* ederes *E* aederis *P* aedere *S* 3 illa *S* 4 edet] aedet *S* germinauit *P*¹ germinabit *RP*²*bd* 5 foenum *SR* faciei tuae] *ϕυλτῶς τῆι* faciei tuae (*exp. m. I*) *P* uultus tui *b* 6 sumptus *E*²*PRSbd* 8 Uita] eua id est uita *b* 9 deus *om. P*¹ 10 pellicias *PSb* pellitias *R* dominus *om. EPRS* 11 tamquam] quasi *S* 12 cognoscendum *PR* 13 manum suam *P*¹*bd*; suam *exp. m. 2 R* 14 aedat *PS* 15 uoluptatis (*m. er.*) *R* 16 sumptus *E*²*PRSbd* 17 ornauit *P*¹ cerubin *PR*¹ cherubim *SR*²*d* flammam *E*¹ 18 rompheam *ES* rompheam *PR* 20 scriburae *EP* 21 admonendum *E*¹ et *om. S* 22 praeloquentum *PS* proloquentum *R*¹ 23 littere *P* dependatur *P* 24 ipse] ille *S* scribit *P* scribsit *E*¹ 25 propheticum in officium *S* profeticum *E* propheticum *R* adsumptae *PRS* assumptae *bd*

ad litteram nisi absurde non possit intellegi, procul dubio figurate dictum ob aliquam significationem accipi debet; dictum tamen esse dubitare fas non est. hoc enim a fide narratoris et pollicitatione expositoris exigitur.

5 Erant ergo ambo nudi: uerum est, omnino nuda erant corpora duorum hominum in paradiso conuersantium. nec pudebat eos: quid enim puderet, quando nullam legem senserant in membris suis repugnantem legi mentis suae? quae illos poena peccati post perpetrationem praeuarcationis
 10 secuta est usurpante inoboedientia prohibitum et iustitia puniente commissum. quod antequam fieret, nudi erant, ut dictum est, et non confundebantur; nullus erat motus in corpore, cui uerecundia deberetur; nihil putabant uelandum, quia nihil senserant refrenandum. quemadmodum propagaturi
 15 filios, iam antea disputatum est; non tamen eo modo credendum est, quo propagauerunt, posteaquam crimen admissi praedicta ultio consecuta est, cum, priusquam morerentur, iam in corpore inoboedientium hominum iustissimo reciprocatu inoboedientium membrorum tumultum mors concepta uersaret.
 20 nondum erant tales Adam et Eua, cum ambo nudi essent et non confunderentur.

2. Serpens autem erat ibi prudentissimus quidem, sed omnium bestiarum, quae erant super terram, quas fecerat dominus deus. translato enim uerbo dictum est
 25 „prudentissimus“ uel, sicut plures latini codices habent, „sapiantissimus“, non proprio, quo in bonum accipi sapientia solet uel dei uel angelorum uel animae rationalis, tamquam

4 cf. lib. VIII 1—7 8 cf. Rom. 7, 23 15 cf. lib. VIII 3—11
 22 cf. Locut. de Genesi VIII

2 figuratae *ESR* 5 cap. I *E* 8 repugnante *P* 9 perpetrationem
 (*pr. t s. l. m. 1*) *E* 13 putant *b* 14 quemadmodum *E*¹ propaga-
 turi essent *d* 16 crimen (*r s. l. m. 1*) *E* admissi (*s alt. s. l. m. 1*) *E*
 admissi *s. l. m. 2 R* admissum *Pbd* 17 consequuta *R* morerentur
 (*n s. l. m. 1*) *E* 18 inoboedientiam *P* reciprocatu *PR*¹ 20 aeuu *S*
 21 confundebantur *PR*^b 22 cap. II *E* 25 latini *om. P* 26 quod *P*
 solet sapientia *bd*

si sapientes apes etiam formicasque dicamus propter opera uelut imitantia sapientiam. quamquam iste serpens non inrationali anima sua, sed alieno iam spiritu, id est diabolico, possit sapientissimus dici omnium bestiarum. quantumlibet enim praeuaricatores angeli de supernis sedibus suae peruersitatis et superbiae merito deiecti sint, natura tamen excellentiores sunt omnibus bestiis propter rationis eminentiam. quid ergo mirum, si suo instinctu diabolus iam inplens serpentem eique suum spiritum miscens eo more, quo uates daemoniorum inpleri solent, sapientissimum eum reddiderat omnium bestiarum secundum animam uiuam inrationalemque uiuentium? abusione quippe nominis ita sapientia dicitur in malo, quemadmodum in bono astutia, cum proprie magisque usitate in latina dumtaxat lingua sapientes laudabiliter appellentur, astuti autem male cordati intellegantur. unde nonnulli, sicut in plerisque codicibus inuenimus, ad usum latinae locutionis non uerbum, sed potius sententiam transferentes astutior omnibus bestiis istum serpentem quam sapientior dicere maluerunt. quid autem habeat hebraea proprietas, utrum illic in malo non abusue, sed proprie possint dici et intellegi sapientes, uiderint, qui eam probe nouerunt. nos tamen aperte legimus alio scripturarum loco sanctarum sapientes ad malum, non ad bonum; et dominus dicit sapien-

22 cf. Hierem. 4, 22

1 formicasque *P* formicas quae *R* 2 iste (e *super* a *scr. m. 1*) *S*
 inrationali *E*¹ 4 posset *PR**Sbd* 5 angelis *P* angeli* (s *er.*) *R*
 6 superuiae *P* sunt *S* 8 instinctu (v *sup.* o *scr. m. 1*) *R* diabolus *P*
 9 eique (s. l. m. 2 † atque) *R* spiritum suum *Sbd* 10 demoniorum *PS*
 implere *PRbd* solet *bd* 11 inrationalemque *E*¹
 inrationalemque *P* inrationabilemque (bi *exp. m. 1*) *S* 12 cap. III *E*
 13 quemadmodum *EPR* in *ante* bono s. l. m. 1 *S* propriae *IRS*
 14 usitatae *E* 15 astuti* (a *er.*) *E* 16 implerisque *S* latine *R*
 17 locutionis *P* 19 haebraea *PR* hebraea *S* 20 abusione *S*
 propriae *R* propriae *P* possint *E* posset *S* 21 probae *S* proprie *b*
 probe (b *ex p. m. 2 et in mg. add. † pbene*) *R* 22 scriburarum *E*¹*P*
 sanctarum loco *PR**Sbd*

tiores esse filios saeculi filiis lucis ad consulendum sibimet in posterum quamuis fraude, non iure.

3. Nec sane debemus opinari, quod serpentem sibi, per quem temptaret persuaderetque peccatum, diabolus elegerit; 5 sed cum esset in illo propter peruersam et inuidam uoluntatem decipiendi cupiditas, non nisi per illud animal potuit, per quod posse permissus est. nocendi enim uoluntas potest esse a suo quoque animo praua; non est autem potestas nisi a deo et hoc abdita altaque iustitia, quoniam non est iniquitas 10 apud deum.

4. Si ergo quaeritur, cur deus temptari permiserit hominem. quem temptatori consensurum esse praesciebat, altitudinem quidem consilii eius penetrare non possum et longe supra uires meas hoc esse confiteor. est ergo aliqua causa fortassis occultior. 15 quae melioribus sanctioribusque reseruatur illius gratia potius quam meritis eorum; sed tamen, quantum uel donat sapere uel sinit dicere, non mihi uidetur magnae laudis futurum fuisse hominem, si propterea posset bene uiuere. quia nemo male uiuere suaderet, cum et in natura posse et in potestate 20 haberet uelle non consentire suadenti adiuuante tamen illo. qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. cur itaque temptari non sineret, quem consensurum esse praesciebat, cum id facturus esset propria uoluntate per culpam et ordinandus esset illius aequitate per poenam, ut

1 cf. Luc. 16, 8 21 Iac. 4, 6

1 consolendum *PR* 2 imposterum *S* 4 temptaret *E²PRS* tentaret *bd* persuaderet *om.* *P¹* eligeret *b* 5 sed (*d s. l. m. 2*) *E* 7 uoluntas *R¹* 8 potestas *om.* *E¹* 10 aput *E¹P* 11 cap. III *E* hinc excerpit *Eugippius ed. Knöll p. 182—192* quur *E¹* temptari (*sic semper m. 1*) *E* temptari (*sic semper fere*) *PRS* tentari *bd* 12 praestiebat *R* 13 penetrare *R¹* 14 aliqua** *P* 15 sanctioribusque (*c s. l. m. 1*) *R* reseratur *P¹ Eug. (ed. Knöll 182, 23)* 18 quia] quia eum *S* 19 posset *E¹* 20 habeat *PR¹* 21 superuis *P¹* 22 quur *PR* esse ipse praesciebat altitudine quidem consilii eius cum *sgg. Pb esse**** (*ipse er.*) altitudine* (*m er.*) quidem consilii sui (*sui in ras. m. 2 ex eius*) *R* 24 ordinatus *R¹*

etiam sic ostenderet animae superbae ad eruditionem futurorum sanctorum, quam recte ipse uteretur animarum uoluntatibus etiam malis, cum illae peruerse uterentur naturis bonis?

5. Nec arbitrandum est, quod esset hominem deiecturus iste temptator, nisi praecessisset in anima hominis quaedam elatio comprimens, ut per humiliationem peccati, quam de se falso praesumerit, disceret. uerissime quippe dictum est: ante ruinam exaltatur cor et ante gloriam humiliatur. et huius forte hominis uox est in psalmo: ego dixi in abundantia mea: non mouebor in aeternum. deinde iam expertus, quid mali habeat superba praesumptio propriae potestatis et quid boni adiutorium gratiae dei, domine, inquit, in uoluntate tua praestitisti decori meo uirtutem; auertisti autem faciem tuam et factus sum conturbatus. sed siue illud de hoc homine siue de alio dictum sit, extollenti se tamen animae et nimium tamquam de propria uirtute praefidenti etiam experimento poenae fuerat demonstrandum, quam non bene se habeat facta natura, si a faciente recesserit. hinc enim etiam maxime commendatur, quale bonum sit deus, quando nulli ab eo recedenti bene est, quia et qui gaudent in mortiferis uoluptatibus esse sine dolorum timore non possunt et qui omnino malum desertionis

8 Prou. 16, 18 (?) 9 Ps. 29, 7. 8

1 superuae *E*¹ 3 ille *S* peruersae *E* peruersae *PRS* uteretur *E*
4 arbitrandus (*corr. m. 1*) *S* 5 anima (*ni s. l. m. 1*) *S* 6 humiliati-
onem *E*¹ 7 praesumpserit *E*²*PRSbd* disceret (*s m. 1 s. l.*) *S*
uerissimae *PR* 8 exaltabitur *E* exaltabitur *S* gloria *E*¹ humili-
atur (*i ante a s. l. m. 2*) *E* humiliabitur *PRS* 10 aeternum] saecu-
lum *PR Eug.* (*s. l. m. 2 ad scdm*) *E* 11 expertus iam *Eug* male *PR*
habebat *S* superua *E*¹*P* praesumptio *RSbd* 13 inquit *E*¹*PR*
bona uoluntate (*bona s. l. add. m. 2*) *E* prestitisti *ES* decori (*i*
ex e) *P* 14 autem *om. S* post tuam *add. a me ES* 15 pr. siue] *E*
16 alio. (*o ex u, m er.*) *P* sit] est *S Eug.* 17 de *s. l. m. 1 S*
poene *R* pene *S* 18 quam] quoniam *b* bene non *Eug.* 19 hic *S*
commendatur *PRSbd* 20 deus *er. R* 21 uoluntatibus *E*¹ 22 ma-
lum] malunt *E*

suae maiore superbiae stupore non sentiunt aliis, qui haec discernere nouerunt, miseriores prorsus adparent, ut, si nolunt recipere medicinam talia deuitandi, ualeant ad exemplum, quo possint talia deuitari. sicut enim apostolus Iacobus dicit,
 5 unusquisque temptatur a concupiscentia sua abstractus et inlectus. deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum autem, cum consummatum fuerit, generat mortem. unde sanato superbiae tumore resurgitur, si uoluntas, quae ante experimentum defuit, ut
 10 permaneretur cum deo, saltem post experimentum adsit, ut redeatur ad deum.

6. Sic autem quidam mouentur de hac primi hominis temptatione, quod eam fieri permiserit deus, quasi nunc non uideant uniuersum genus humanum diaboli insidiis sine
 15 cessatione temptari. cur et hoc permittit deus? an quia probatur et exercetur uirtus et est palma gloriosior non consensisse temptatum quam non potuisse temptari? cum etiam ipsi, qui deserto creatore eunt post temptatorem, magis magisque temptent eos, qui in uerbo dei permanent, praebeantque
 20 illis contra cupiditatem deuitationis exemplum et incutiant contra superbiam timorem. pium. unde dicit apostolus: intendens te ipsum, ne et tu temteris. mirum est enim, quantum ista humilitas, qua subdimur creatori, ne tamquam eius adiutorio non egentes de nostris uiribus praesumamus.
 25 per scripturas omnes diuinas cura continua commendatur. cum ergo etiam per iniustos iusti ac per inpios pii proficiant, frustra dicitur: non crearet deus, quos praesciebat malos futuros. cur enim non crearet, quos praesciebat bonis pro-

5 Iac. 1, 14. 15 21 Gal. 6, 1

1 superuiae *P* aliis—nouerunt *om.* *Eug.* 2 noluerint *b* 4 pos-
 sunt *b* 5 sua—inlectus *in mg. m.* 1 *S* 6 deinde concupiscentia *in*
mg. add. m. 2 *S* 8 superuiae *P* 9 ut *om.* *E*¹ 10 saltim *SR*¹
 adsit *E*¹ 12 Si *R* quidem *R*¹ 14 insidias *S*¹ 15 *cap. V E* quur *EPR*
 16 consensisset (*exp. m.* 1) *S* 20 deuitationis *E*¹*PR*¹ 21 superuiam *P*
 23 quantum] cur tantum *b* qua] quadum *S* 26 proficiunt *R*¹
 28 quur *PR* bonos *E* profuturos *E*

futuros, ut et utiles eorum bonis uoluntatibus exercendis admonendisque nascantur et iuste pro sua mala uoluntate puniantur?

7. Talem, inquit, faceret hominem, qui nollet omnino peccare. ecce nos concedimus meliorem esse naturam, quae omnino peccare nolit; concedant et ipsi non esse malam naturam, quae sic facta est, ut posset non peccare, si nollet. et iustam esse sententiam, qua punita est, quae uoluntate. non necessitate peccauit. sicut ergo ratio uera docet meliorem esse creaturam, quam prorsus nihil delectat illicitum, ita ratio uera nihilominus docet etiam illam bonam esse, quae habet in potestate illicitam delectationem, si extiterit, ita cohibere, ut non solum de ceteris licitis recteque factis. uerum etiam de ipsius prauae delectationis cohibitione laetetur. cum ergo haec natura bona sit, illa melior, cur illam solam et non utramque potius faceret deus? ac per hoc qui parati erant de illa sola deum laudare, uberius eum debent laudare de utraque; illa quippe est in sanctis angelis, haec in sanctis hominibus. qui autem sibi partes iniquitatis elegerunt laudabilemque naturam culpabili uoluntate deprauarunt, non quia praesciti sunt, ideo creari minime debuerunt. habent enim et ipsi locum suum, quem in rebus inpleant pro utilitate sanctorum. nam deus nec iustitia cuiusquam recti hominis eget. quanto minus iniquitate peruersi!

8. Quis autem sobria consideratione dicat: melius non crearet, quem praesciebat ex alterius iniquitate posse corrigi, quam crearet etiam, quem praesciebat pro sua iniquitate debere damnari? hoc est enim dicere: melius non esset, qui alterius malo bene utendo misericorditer coronaretur, quam

1 utiles] illi *m.* 2 *correx. ex* utiles *R* 2 ammonendisque *E²PS*
 4 *cap. VI E* 5 esse *om.* *S* 6 concidant *P* 7 possit *b* uellet *b*
 10 creaturam] naturam *R¹bd* 13 rectaeque *R* 14 prae *P* delecta-
 tionis (ta *s. l. m. I*) *S* cohibitione *R* 15 quor *E¹PR* 16 parati
 erant] parauerant *R¹b* 18 utramque (*m exp. m. 1*) *E* 21 praestiti *R¹*
 minime *P* 24 peruersi *om.* *S* 26 corrigi *R¹* corr̄pi *R²* 27 quæsem *R¹*
 praesciebat (*prae s. l. m. I*) *S* 28 damnare *PR¹* esset] esse *PRbd*

esset etiam malus, qui pro suo merito iuste puniretur. cum enim ratio certa demonstrat duo quaedam non aequalia bona, sed unum superius, alterum inferius, non intellegunt tardicordes, cum dicunt: „utrumque tale esset“, nihil se aliud
 5 dicere quam: „solum illud esset“. ac sic cum aequare uolunt genera bonorum, numerum minuunt et immoderate augendo unum genus, alterum tollunt. quis autem hos audiret, si dicerent: quoniam excellentior sensus est uidendi quam audiendi, quattuor oculi essent et aures non essent? ita, si
 10 excellentior est creatura illa rationalis, quae sine ullius poenae comparatione, sine ulla superbia deo subditur, aliqua uero in hominibus ita creata est, ut in se dei beneficium non possit agnoscere nisi alterius uidendo subplicium, ut non altum sapiat, sed timeat, id est non de se praefidat, sed confidat
 15 in deum: quis recte intellegens dicat: „talis esset ista, qualis illa“, nec uideat se nihil aliud dicere quam: „non esset ista, sed sola esset illa“? quod si inerudite atque insipienter dicitur, cur ergo non crearet deus etiam quos malos futuros esse praesciebat, uolens ostendere iram et demonstrare poten-
 20 tiam suam et ob hoc sustinens in multa patientia uasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, quae praeparauit in gloriam? sic enim qui gloriatur, non nisi in domino gloriatur, cum cognoscit non suum, sed illius esse non solum,
 25 ut sit, uerum etiam, ut non nisi ab illo bene sibi sit, a quo habet, ut sit.

13 cf. Rom. 11, 20 19 cf. Rom. 9, 22. 23 23 cf. II. Cor. 10, 17

1 esse] (n *exp.* m. 1) *E* esse *PRbd* malum *bd* 3 unum inferius alterum superius *S* tardi corde *P²SRbdEug*; corde *om.* *P¹* 4 dicant *Eug.* (*Knöll 186, 4*) 5 diceret *E* uolunt] quaerunt *Eug.* (*ed. Knöll 186, 5*) 6 et] etiam *S* immoderatæ *E* 7 hos] hoc *Eug* 8 dicerent (n s. l. m. 1) *R* 9 quattuor *E¹* si s. l. m. 1 *R* 10 pene *S* poene *R* 11 superuia *P¹* aliqua] alia *Eug.* (*ed. Knöll 186, 11*) 12 posset *S* 13 suplicium *E* 17 inaeudite *P* 18 quur *E¹PR* 20 suam *om.* *S¹* sustinens *P* 22 misericordiae *sq̄e* (m. 1 *exp.*) *S* 23 gloria *E* non nisi (non s. l. m. 1) *S* 24 gloriatur *R²dEug*

Nimis itaque inportune dicitur: non essent, quibus deus tantam beneficentiam misericordiae suae tribueret, si aliter esse non possent, nisi essent et hi, in quibus uindictae iustitiam demonstraret.

9. Cur enim non utrique potius essent, quando in utrisque 5 et bonitas dei et aequitas iure praedicatur?

At enim: si deus uellet, etiam isti boni essent. quanto melius hoc deus uoluit, ut quod uellent essent, sed boni infructuose, mali autem impune non essent et in eo ipso, aliis utiles essent! sed praesciebat, quod eorum futura esset 10 uoluntas mala. praesciebat sane et, quia falli non potest eius praescientia, ideo non ipsius, sed eorum est uoluntas mala. cur ergo eos creauit, quos tales futuros esse praesciebat? quia, sicut praeuident, quid mali essent facturi, sic etiam praeuident de malis factis eorum quid boni esset ipse facturus. 15 sic enim eos fecit, ut eis relinqueret, unde et ipsi aliquid facerent, quo quidquid etiam culpabiliter eligerent illum de se laudabiliter operantem inuenirent. a se quippe habent uoluntatem malam, ab illo autem et naturam bonam et iustam poenam, sibi debitum locum, aliis exercitationis ad- 20 miniculum et timoris exemplum.

10. Sed posset, inquit, etiam ipsorum uoluntatem in bonum conuertere, quoniam omnipotens est. posset plane. cur ergo

14 cf. de ciuit. dei lib. XXII 1

1 itaque (a *er.*) *P* importune *P*² 2 beneficentiam *Sd* 3 hii
(*pr. i m. 2 s. l.*) *E* iustitiae uindictam *E* 5 *cap. VII E* quur *PR*
utrique] utri-que (*s. er.*) *R* utrisque (*u. imit. s. l. m. 1*) *S* 6 aequitas
(*in mg. add. m. 2 ad lenitas*) *P* aequabilitas *Eug* iurae *P* 7 essent
(*es s. l. add. m. 1*) *S* 8 boni (*i. ex e m. 1*) *S* 9 infructuosae *ER*²
infructuosae *P* ipso *s. l. m. 1 S* 10 non essent *b* post praesciebat
add. inquit *S* quid *b* 13 quur *PR* 14 sic] sicut *R*¹ 15 malis
factis] malefactis *Eug Knöll 187, 8* 17 quo] quod *EPS*¹ quidquid *E*¹
quidquid (*alt. quid in ras.*) *R* culpaulliter *P* 18 habent *E*¹
19 uoluntate *P* et *pr. om. S* 20 iustam (*s. l. m. 2 ad iuxta*) *E*
poenam (*sup. am add. e*) *S* aminiculum *E*¹ aminiculum *E*²*R*
aminiculum *P* 22 inquit *E*¹*R*¹ inquit *R*²*bd* 23 quur *PR*

non fecit? quia noluit. cur noluerit, penes ipsum est. debemus enim non plus sapere quam oportet sapere. puto tamen paulo ante satis nos ostendisse non parui boni esse rationalem creaturam, etiam istam, quae malorum comparatione cauet
 5 malum. quod genus bonae creaturae utique non esset, si omnium malas uoluntates in bonum deus omnipotens conuertisset et nulli iniquitati poenam debitam infligeret; ac sic non esset nisi solum illud genus, quod nulla uel peccati uel subplicii malorum comparatione proficeret. ita uelut aucta
 10 numerositate excellentioris generis ipsorum generum bonorum numerus minueretur.

11. Ergo, inquiunt, est aliquid in operibus dei, quod alterius malo indigeat, quo proficiat ad bonum? itane obsurduerunt et excaecati sunt homines nescio quo studio contentionis, ut
 15 non audiant uel uideant, quibusdam punitis quam plurimi corrigantur? quis enim paganus, quis Iudaeus, quis haereticus non hoc in domo sua cotidie probet? uerum cum uenitur ad disputationem inquisitionemque ueritatis, nolunt aduertere sensus suos homines, ex quo opere diuinae prouidentiae in
 20 eos ueniat inponendae commotio disciplinae, ut, si non corriguntur qui puniuntur, eorum tamen exemplum ceteri metuant ualeatque ad eorum salutem iusta perniciēs aliorum. num enim malitiae illorum uel nequitiae deus auctor est, de quorum iusta poena consulit, quibus hoc modo consulendum esse
 25 constituit? non utique. sed cum eos uitiiis propriis malos

1 cf. Rom. 12, 3

2 puto (u *sup.* q) *E* tamen] autem *PR**Sbd* 3 rationabilem *R*¹*Eug.*
 4 cabet *E*¹ carnet *PR*¹ 5 utique (u *s. l. m.* 1) *R* 6 malos *P*¹
 ds *s. l. m.* 1 *S* omnipotens *om.* *PR**Sbd**Eug.* 7 iniquitatem *R*¹
 infligeret *E* infligeret *P* 8 nullo *ERS* 9 suplicii *E* supplicia *P*¹
 11 numeros *P*¹*R*¹ 13 quo] quod *E* obsurduerunt *E* sic absurduerunt *S* 14 contemptionis (*corr. m. 1*) *S* 15 audeant *P* 16 iudeos *R*¹ hereticus *EP**RS* 17 cottidie *E* cottidiae *P*¹*S* 18 inquisitionemque *P* nolunt (*corr. m. 1*) *S* 20 commonitio *P* 21 exemplo *bd**Eug.* ceteri (i *sup.* q *pos. m. 1*) *P* 22 perniciēs *S* pernitias *R* num] numquid *b* 23 malitiae *R* miliciae *S* illorum] eorum *Sbd* 25 propriis uitiiis *S* molos *P*

futuros esse praesciret, non eos tamē creare destitit, utilitati deputans eorum, quos in hoc genere creauit, ut ad bonum proficere nisi malorum conparatione non possent. si enim non essent, nulli rei utique prodeessent. parumne boni actum est ut sint, qui certe illi generi utiles sunt? quod genus quis- 5
quis non uult ut sit, nihil aliud agit, nisi ut ipse in eo non sit.

Magna opera domini, exquisita in omnes uoluntates eius! praeuidet bonos futuros et creat, praeuidet malos futuros et creat, se ipsum ad fruendum praebens bonis, multa 10 munerum suorum largiens et malis, misericorditer ignoscens, iuste ulciscens, itemque misericorditer ulciscens, iuste ignoscens, nihil metuens de cuiusquam malitia, nihil indigens de cuiusquam iustitia, nihil sibi consulens nec de operibus bonorum et bonis consulens etiam de poenis malorum. cur 15 ergo non permetteret temptari hominem illa temptatione prodendum, conuincendum, puniendum, cum superba concupiscentia propriae potestatis quod conceperat pareret suoque fetu confunderetur iustoque subplicio a superbiae atque inoboedientiae malo posteros deterreret, quibus ea conscribenda 20 et adnuntianda parabantur?

12. Si autem quaeritur, cur potissimum per serpentem diabolus temptare permissus sit, iam hoc significandi gratia factum esse quem non admoneat scriptura tantae auctoritatis,

8 Ps. 110, 2

1 utilitatis (s *exp. m.* 1) *PR* 2 ita creauit *b* 3 proficerent (nt *exp. m.* 1) *E* 4 prodescent *RSbd* prodeessent (*e er.*) *P* bone *P*¹ est actum *PRbd* 5 certi *S* ille genere *P*¹ sunt] sint *Eug* quisquis *om. S* 6 sit] sic *b* 9 creat—creat *om. P*¹; *in mg. adnot. est:* al. *prebet; manu rec. suppl. est* 10 preuens *P* bonis praebens *S* 11 munera *Eug* numerum *S*; *sed in mg. add.* munerum 12 *fin.* iustae *P* 13 malitiam *E* 14 nec—consulens *s. l. m. 1 S* 15 etiam] nec etiam *b* paenis *P* quur *P* 16 prodendum] prouidendum *R* probandum *bd* 17 superba (*i er.*) *S* 18 proprie *E* suoquoque (*quo s. l. add. m. 1) S* 19 foetu *ER* faetu *S* supuae *P* 21 putabantur *S* 22 *cap. VIII E* quur *E*¹ cur *add. m. rec. P* 23 signifandi *E*¹ 24 admo- neat *E*¹ scribura *EP* tantae *S*¹

tantis diuinitatis documentis agens in prophetando, quantis effectis iam mundus inpletus est? non quo diabolus aliquid ad instructionem nostram significare uoluerit, sed cum accedere ad temptandum non posset nisi permissus, num per aliud
 5 posset, nisi per quod mittebatur accedere? quidquid igitur serpens ille significauit, ei prouidentiae tribuendum est, sub qua et ipse diabolus suam quidem habet cupiditatem nocendi, facultatem autem non nisi quae datur uel ad subuertenda ac perdenda uasa irae uel ad humilianda siue probanda uasa mi-
 10 sericordiae. natura itaque serpentis unde sit, nouimus; produxit enim terra in uerbo dei omnia pecora, et serpentes et bestias: quae uniuersa creatura habens in se animam uiuam inrationalem uniuersae rationali creaturae siue bonae siue malae uoluntatis lege diuini ordinis subdita est. quid ergo mirum,
 15 si per serpentem aliquid agere permissus est diabolus, cum daemonia in porcos intrare Christus ipse permiserit?

13. Magis de ipsa natura diaboli scrupulosius quaeri solet, quam totam quidam haeretici, offensi molestia malae uoluntatis eius, alienare conantur a creatura summi et ueri dei et alte-
 20 rum ei dare principium, quod sit contra deum. non enim ualent intellegere omne, quod est, in quantum aliqua substantia est, et bonum esse et nisi ab illo deo uero, a quo omne bonum est, esse non posse, malam uero uoluntatem inordinate moueri bona inferiora superioribus praeponendo,
 25 atque ita factum esse, ut rationalis creaturae spiritus sua

10 cf. Gen. 1, 20—26 16 cf. Matth. 8, 32

1 a=gens S prophaetando R 2 iam add. m. rec. P quod PRSbd aliquid om. S 3 nostram] nostram aliquid S accideret PR¹ 4 nisi (si s. l. m. 1) R num] n S 5 committebatur E¹ 6 ei] dei Eug. eius S 7 diabolus P 8 autem om. S¹ ac perdenda add. m. rec. P 9 ad s. l. m. 1 S humilanda E siue] ac S 10 itaque] igitur S 11 bestias et serpentes PRSbdEug. 12 habent S inrationabilem S¹Eug. 13 sibi malae P 14 legi b 15 serpenti R¹ aliquid] mali quid R¹b 16 doemonia S porcus R¹ 17 cap. VIII E 18 quidam (a ex e m. 1) S heretici E male EPS 22 deo om. Eug Knöll 190, 3 uero deo bd 24 inordinatæ E inferiora (ra add. m. rec.) P superioribus (rio s. l. m. 1) S praeponendo PS

potestate propter excellentiam delectatus tumesceret superbia, per quam caderet a beatitudine spiritalis paradisi, et inuidientia contabesceret. in quo tamen bonum est hoc ipsum, quod uiuit et uiuificat corpus, siue aerium, sicut ipsius diaboli uel daemonum spiritus, siue terrenum, sicut hominis anima 5 cuiusuis, etiam maligni atque peruersi. ita dum nolunt aliquid quod deus fecerit propria uoluntate peccare, ipsius dei substantiam dicunt primo necessitate et post inexpiabiliter uoluntate corruptam atque peruersam. sed de istorum demen-
tissimo errore alias iam multa diximus. 10

14. In hoc autem opere quaerendum est secundum sanctam scripturam, quid de diabolo dicendum sit. primo, utrum ab initio ipsius mundi sua potestate delectatus abstiterit ab illa societate et caritate, qua beati sunt angeli, qui fruuntur deo, an aliquo tempore in sancto coetu fuerit angelorum etiam 15 ipse pariter iustus et pariter beatus. nonnulli enim dicunt ipsum ei fuisse casum a supernis sedibus, quod inuiderit homini facta ad imaginem dei. porro autem inuidia sequitur superbiam, non praecedit; non enim causa superbiendi est inuidia, sed causa inuidendi superbia. cum igitur superbia 20 sit amor excellentiae propriae, inuidientia uero sit odium felicitatis alienae, quid unde nascatur satis in promptu est. amando enim quisque excellentiam suam uel paribus inuidet, quod ei coaequantur, uel inferioribus, ne sibi coaequantur, uel superioribus, quod eis non coaequetur. superbiendo igitur 25 inuidus, non inuidendo quisque superbus est.

4 aerium *R*^b 5 demonum *R* 9 uoluptate *S* 10 diximus multa *PRd* dixerimus *b* 11 *cap. X E* 12 scribituram *EP* diabulo (di *s. l. m. 1*) *R* primum *Eug.* 13 adstiterit *S*¹ 15 fuerint (n *exp. m. 1*) *S* 16 ipsae (*exp. m. 1*) *S* et ipsi *P* iustus] iustus di *R* et pariter beatus *in mg. P* 17 causum *E* 18 autem] haec *R*^b 19 praecedet *SR*¹ causam *E* superuendi *E*¹ 20 inuidia] inuidientia *b om. E*¹ superuia *P cap. XI E* superuia *P* 21 amor sit *S* inuidia *SRbdEug.* 22 felicitatis (ti *s. l. m. 1*) *S* aline *P* promptu *E*¹ promptu *Rbd* promptum *PS*¹ 24 *pr.* coequantur (*pr. e s. l. m. 1*) *E* quoequantur *PR* coequantur *b* 25 non *s. l. m. 1* *S* coequetur *E* quoequetur *R* superuendo *P* igitur *in ras. m. 1 E* quisque *S*

15. Merito initium omnis peccati superbiam scriptura definiuit dicens: initium omnis peccati superbia. cui testimonio non inconuenienter aptatur etiam illud, quod apostolus ait: radix omnium malorum est auaritia, si auaritiam
 5 generalem intellegamus, qua quisque adpetit aliquid amplius quam oportet propter excellentiam suam et quendam propriae rei amorem. cui sapienter nomen latina lingua indidit, cum appellauit priuatum, quod potius a detrimento quam ab incremento dictum elucet; omnis enim priuatio minuit. unde
 10 itaque uult eminere superbia, inde in angustias egestatemque contruditur, cum a communi ad proprium damnoso sui amore redigitur. specialis est autem auaritia, quae usitatus appellatur amor pecuniae. cuius nomine apostolus per speciem genus significans uniuersalem auaritiam uolebat intellegi
 15 dicendo: radix omnium malorum est auaritia. hac enim et diabolus cecidit, qui utique non amaui pecuniam, sed propriam potestatem. proinde peruersus sui amor priuat sancta societate turgidum spiritum eumque coartat miseria iam per iniquitatem satiari cupientem. hinc alio loco cum dixisset:
 20 erunt enim homines se ipsos amantes, continuo subiecit: amatores pecuniae, ab illa generali auaritia, cuius superbia caput est, ad hanc specialem descendens, quae propria hominum est. neque enim essent etiam homines amatores pecuniae, nisi eo se putarent excellentiores quo ditiores. cui morbo
 25 contraria caritas non quaerit, quae sua sunt, id est non priuata excellentia laetatur; merito ergo et non inflatur.

Hi duo amores — quorum alter sanctus est, alter inmundus,

2 Eccli. 10, 13 4 I Tim. 6, 10 20 II Tim. 3, 2 25 cf. I Cor. 13, 5, 4

1 superbia *E* 2 superuia *P* 6 proprie *E* 8 priuatam *Eug*
 (*Knöll* 191, 11) ab *om.* *P¹S* 9 pribatio *E¹* 10 superuia *P*
 unde *P* et in egestatem *Eug* egestates|que *P* 11 retruditur *S*
 a] ex *P¹Rbd* damnoso (so *s. l. m. 1*) *S* 12 *cap.* XII *E* 13 apo-
 stolos *P¹* 14 uoleuat *P* 15 est *om.* *S* hac] ac *E¹* hinc *PR¹b*
 enim *om.* *b* 17 pribat *E¹* 18 cohartat *S* coartat *b* 19 dixissent *E*
 21 amotores *P* superuia *P* 25 quae non quaerit *Eug.* quaeret *S*
 26 pribata *E¹* 27 *cap.* XIII *E* alter sanctus est *om.* *P* est *om.* *Eug.*

alter socialis, alter priuatus, alter communi utilitati consulens propter supernam societatem, alter etiam rem communem in potestatem propriam redigens propter adrogantem dominationem, alter subditus, alter aemulus deo, alter tranquillus, alter turbulentus, alter pacificus, alter seditiosus, alter ueritatem laudibus errantium praeferens, alter quoquo modo laudis audus, alter amicalis, alter inuidus, alter hoc uolens proximo quod sibi, alter subicere proximum sibi, alter propter proximi utilitatem regens proximum, alter propter suam — praecesserunt in angelis, alter in bonis, alter in malis, et distinxerunt conditas in genere humano ciuitates duas sub admirabili et ineffabili prouidentia dei cuncta, quae creat, administrantis et ordinantis, alteram iustorum, alteram iniquorum. quarum etiam quadam temporali conmixtione peragitur saeculum, donec ultimo iudicio separentur, et altera coniuncta angelis bonis in rege suo uitam consequatur aeternam, altera coniuncta angelis malis in ignem cum rege suo mittatur aeternum. de quibus duabus ciuitatibus latius fortasse alio loco, si dominus uoluerit, disseremus.

16. Quando ergo dieecerit superbia diabolum, ut naturam suam bonam praua uoluntate peruerteret, scriptura non dicit; ante tamen factum fuisse et ex hac eum homini inuidisse ratio manifesta declarat. in promptu est enim omnibus haec intuentibus non ex inuidia superbiam nasci, sed ex superbia

1 pribatus *E*¹ communi *P* utilitate *R* 8 redigendgens *P*
 4 amulus *ER* 5 turbulentus *S* 6 enarrantium *b* quoq; *R*¹
 7 alter—inuidus *om. P*¹ 8 subigere (*g ex c m. 1*) *R* 9 utilitate *S*
 suam et hi duo ordines praecesserunt *S* praecesserunt (*s. l. m. 2 ad sit*) *E* 10 conditas *add. m. rec. P* 11 ammirabili *E²PR* 12 ineffabile *P* creat] creata sunt *bd* amministrantis *EPS* ministrantis *Rb*
 et ordinantis *om. Eug.* 14 conmixtionem *P*¹ seculū *P* 15 in regno (*in mg. uel regno*) *S* 17 aeternū (*̄ sup. o m. 1*) *R* 20 *cap. XIII E; hinc excerpit Eugippius ed. Knöll p. 178, 17—179, 9* supua *P*
 21 scribtura *E¹P* 22 *A^{no} S* 23 manifestat ac decl. (*t fin. et ac add. m. 2*) *E* prōtum *P* promptu *SRbd* hoc *b* 24 superuiam *P*

potius inuidentiam. non autem frustra putari potest ab initio temporis diabolus superbia cecidisse nec fuisse ullum antea tempus, quo cum angelis sanctis pacatus uixerit et beatus, sed ab ipso exordio creaturae a suo creatore apostatasse, ut
 5 illud, quod dominus ait: ille homicida erat ab initio et in ueritate non stetit. utrumque ab initio intellegamus. non solum quod homicida fuit. sed etiam quod in ueritate non stetit. et homicida quidem ab illo initio, ex quo homo potuit occidi; non autem potuit occidi. antequam esset, qui
 10 occideretur. ab initio ergo homicida diabolus. quia ipse occidit hominem primum, ante quem nullus hominum fuit. in ueritate autem non stetit et hoc ab initio. ex quo ipse creatus est. qui staret, si stare uoluisset.

17. Quomodo enim duxisse uitam beatam inter beatos
 15 angelos credi potest, qui futuri sui peccati atque supplicii. id est desertionis et ignis aeterni. praescius non fuit? si praescius non fuit, merito quaeritur, cur non fuerit. neque enim sancti angeli aeternae suae uitae ac beatitudinis incerti sunt. nam quomodo beati, si incerti? an dicemus hoc deum
 20 diabolo reuelare noluisse, cum adhuc esset angelus bonus. uel quid factururus uel quid passurus esset, ceteris autem reuelasse, quod essent in aeternum in eius ueritate mansuri? quod si ita est, ideo iam non aequaliter beatus, immo iam nec plene beatus fuit, quandoquidem plene beati de sua beatitudine certi sunt, ut
 25 eam nullus perturbet metus. quo autem malo merito ita discernere-

5 Ioh. 8, 44 18 cf. de ciuit. dei lib. XI 13

1 inuiditiam *E*¹ non autem] nec *b* autem *s. l. m. i R* ab] in *b* 2 supua *P* 4 ab *om. SR* exordio (*s. l. m. 2 at* primordio) *E* primordio *PRSBdEug* 7 homicida *R*¹ sed] uerum *b* quod] quia *bd* in (*n. s. l. m. 1*) *P* 9 potuit autem *Eug.* autem] hoc *R*¹ occidere antequam *b* 11 quem (*e ex a m. 1*) *S* quam *R*¹ 12 hoc] in hoc *R* ipsi *P* 14 uitam] etiam uitam *bd* 15 supplicii *E* 16 desertionis *S* post aeterni 3 *litt. er. R* praescius non fuit *om. EPRSb* 17 quur *E'PR* 18 aeternae] sempiternae *S* beatitudinis (*atis in ras.*) *P* beatitudinis *Sbd* 19 *cap. XV E* dicimus *S* 21 autem] autem *in ras. R* uero hoc *bd* 22 qui essent *b* 23 plane *Rbd* beatus *om. E*¹ 24 plane *Rbd* 25 ita] tam *b*

batur a ceteris, ut ei deus nec ea, quae ad ipsum pertinerent, futura reuelaret? numquid ille prius ultor quam iste peccator? absit. neque enim deus damnat innocentes. an forte ex alio genere angelorum fuit, quibus deus non dedit uel de se ipsis praescientiam futurorum? qui quonam modo beati possint esse non uideo, quibus incerta est ipsa sua beatitudo. nam et hoc quidam senserunt non fuisse diabolum in illa sublimes natura angelorum, quae supercaelestis est, sed in eorum, qui aliquanto inferius in mundo facti sunt et per sua officia distributi. tales enim fortasse posset aliquid etiam illicitum delectare: quam tamen delectationem si peccare nollent, libero arbitrio cohiberent, sicut homo, maxime ille primus, qui peccati poenam nondum habebat in membris, quandoquidem et ipsa a sanctis uiris deo subditis per eius gratiam pietate superatur.

18. Porro ista quaestio de beata uita, utrum eam quisquam iam habere dicendus sit, cuius incertus est utrum secum permansura sit an ei miseria quandoque succedat, potest et de ipso primo homine oriri. nam si futuri sui peccati conscius erat diuinaeque uindictae, beatus esse unde poterat? ergo erat in paradiso non beatus. sed enim non erat futuri peccati sui praescius. ergo per hanc ignorantiam aut eiusdem beatitudinis incertus, et quomodo iam uere beatus? aut falsa spe certus, non scientia, et quomodo non stultus?

Sed tamen hominis adhuc in corpore animali constituti, cui oboedienter uiuenti dandum adhuc esset angelorum consortium et mutatio corporis ex animali in spiritale, possumus intellegere beatam uitam secundum quendam modum, etiamsi

2 reuelarent *E* prius ille *S* prior *R* ipse^{into} (*corr. m. 1*) *S*
 5 possent *Sb* 7 illa] ipsa *E*¹ 8 angelorum scōrum *S* supercaelestis *E*¹ aliquanto] aliqñ *b* 10 posset *S*¹ 11 noluisent *PRb*
 12 primus (*m s. l. m. 1*) *P* 14 gratiam (*corr. m. 1*) *S* gratiam (*m s. l.*) *E* pietatem (*m s. l. m. 1*) *S* 15 cap. XVI *E* 16 cui incertum *bd* secum *om. S* 17 miseria *om. S* succedat miseria *S*
 18 conscius (*s. l. m. 2* at praescius) *E* praescius *PRsbd* 20 enim] autem *b* futuri *om. b* 25 consortium *R* 27 beatam *om. b* et in *mg. add.* at hereticam modo *R*¹

non erat praescius futuri sui peccati. neque enim et illi praescii fuerunt, quibus apostolus dicit: uos, qui spirituales estis, instruite huius modi in spiritu lenitatis, intendens te ipsum, ne et tu temteris; non absurde tamen nec inprobe dicimus beatos iam fuisse hoc ipso, quod spirituales essent non corpore, sed iustitia fidei, spe gaudentes, in tribulatione patientes. quanto magis ergo et ampliore modo beatus erat homo in paradiso ante peccatum, quamuis incertus futuri sui casus, qui spe ita gaudebat propter praemium futurae commutationis. ut nulla esset tribulatio, cui tolerandae patientia militaret! quamuis enim non uana praesumptione de incerto certus uelut stultus, sed spe non infidelis, antequam adprehenderet illam uitam, ubi certissimus ipsius aeternae uitae suae futurus esset, posset exsultare, quemadmodum scriptum est: cum tremore, et hac exsultatione multo abundantius in paradiso quam sancti in his terris beatus esse modo quodam inferiore quam in illa uita aeterna sanctorum supercaelestiumque angelorum, non tamen nullo.

19. Dicere autem de aliquibus angelis, quod in suo quodam genere beati esse possint, futurae suae iniquitatis et damnationis uel certe perpetuae salutis incerti, quibus nec spes subesset, quod aliquando et ipsi aliqua in melius mutatione certi de hac re futuri essent, uix ferenda praesumptio est; nisi forte et hoc dicatur ita creatos istos angelos mundanis ministeriis distributos sub aliis sublimioribus et beatioribus.

2 Gal. 6, 1 6 Rom. 12, 12 8 cf. de ciuitate dei lib. XI 12
15 Ps. 2, 11

1 praestius *R* 2 de quibus *E* 7 cap. XVII *E* ergo *om. S*
8 homo erat *S* 10 incommutationis *b* tolerande *S*¹ 11 praesumptione *E*²*PR**S**b**d* 13 adpraehenderet *E* 14 esset futurus *S*
exsultare (*s m. 1 s. l.*) *E* exultare *SR* quemammodum *E* 15 scriptum *E*¹*P* et (*t ex x m. 1*) *E* exultatione *PR**S**b* exsultatione (*s m. 1 s. l.*) *E* habundantius *R* 16 esset *b* 18 supercaelestiumque *P*
19 cap. XVIII *E* 20 damnationis *E*¹ 22 ipsi] illi *S* 23 certi (*i ex e m. 1*) *E* ferendam *P* praesumptio *E*¹ praessumptio *R* 24 ista (*s del. m. 1*) *E* istos *m. 1 in ras. E*

ut pro recte gestis praepositoris suis accipiant illam uitam beatam ac sublimiorem, de qua possint esse certissimi, cuius utique spe gaudentes possint non incongrue dici iam beati. ex quorum numero si diabolus cecidit cum sociis iniquitatis suae, simile est hoc ei, quod cadunt a iustitia fidei etiam homines simili superbia praeuaricati, uel se ipsos seducentes uel illi seductori consentientes.

Sed adserant haec duo genera bonorum angelorum qui potuerint, unum supercaelestium, in quibus numquam fuit, qui cadendo diabolus factus est, alterum autem mundanorum, in quibus fuit; mihi autem. fateor, unde hoc secundum scripturas adseram, non interim occurrit, sed coartatus quaestione illa, qua quaeritur, utrum sui casus praescius, antequam caderet, fuerit, ne suae beatitudinis incertos esse uel aliquando fuisse angelos dicerem, non sine causa putari posse dixi diabolum ab ipso creaturae, hoc est ab ipso uel temporis uel suae conditionis initio cecidisse nec aliquando in ueritate stetisse.

20. Unde nonnulli eum non in hanc malitiam libero arbitrio uoluntatis esse deflexum, sed in hac omnino creatum putant quamuis a domino deo summo et uero naturarum omnium creatore adhibentque testimonium de libro Iob, quoniam ibi scriptum est, cum de illo sermo esset: hoc est initium figmenti domini, quod fecit ut inludatur ab angelis eius: cui sententiae congruit, quod in psalmo scriptum est: draco hic, quem finxisti ad inludendum ei, nisi quod

18 de his et sequentibus cf. de ciuitate dei lib. XI 13 sqq. 22 Iob. 40, 14 25 Ps. 103, 26

1 praepositoris *S* sui *PS* 2 hac *E* possent *S* 3 utique *corr.*
m. 2 *R* spes (s *del.* *m.* 1) *S* dici (i *fn.* ex n) *P* 4 quorum]
 quo *S* caecidit *P* 5 hoc est b etiam *om.* *S* 6 superna *P*
 8 adserant *E*¹ bonorum angelorum et malorum *S* 9 unam *PR*¹
 11 unde hoc *om.* *E*¹ scribituras *E*¹*P* 12 cap. XVIII *E* cohar-
 tatus *S* quoartatus *R*¹ 13 queritur *P* praescius *S* 15 dici b
 17 caecidisse *P* 18 uoluntatis arbitrio *bd* 21 quaetes timonium *P*
 22 scribitum *E*¹*P* est] enim (*m.* 1 *exp.*) *R* 24 congruet *S* scrib-
 tum *E*¹*P* 25 dracho *E* hic] iste b *om.* *S*

hic „quem finxisti“ dixit, non autem sicut ibi, hoc est initium figmenti domini, tamquam initio eum ita finxisset, ut malus, ut invidus, ut seductor, ut omnino diabolus esset non uoluntate deprauatus, sed ita creatus.

5 21. Haec opinio quomodo non sit aduersa ei, quod scriptum est: fecit deus omnia; et ecce bona ualde, ubi inuenitur diabolus non propria uoluntate deprauatus, sed ab ipso domino deo factus malus ualde, quamuis conentur ostendere nec
 10 insulse etiam uel inerudite adseratur non tantum conditione prima, sed etiam nunc deprauatis tot uoluntatibus in summa tamen omnia, quae creata sunt, id est uniuersam omnino creaturam bonam esse ualde, non quo boni sint in ea mali, sed quod non efficiant malitia sua, ut sub dei administratoris imperio, uirtute, sapientia decus et ordo uniuersitatis aliqua
 15 ex parte turpetur siue turbetur, cum suis quibusque uoluntatibus, etiam malis, tribuantur certi et congrui limites potestatum et pondera meritorum, ut etiam cum ipsis conuenienter iusteque ordinatis uniuersitas pulchra sit: tamen, quia cuilibet occurrit et uerum est atque manifestum iustitiae
 20 ipsi esse contrarium, ut nullo praecedente merito hoc ipsum in quoque deus damnet, quod in eo ipse creauerit, certaue et euidentis damnatio diaboli et angelorum eius ex euangelio recitatur, ubi se dicturum dominus praenuntiauit eis qui a sinistris sunt: ite in ignem aeternum, qui praeparatus
 25 est diabolo et angelis eius, nullo modo in eo naturam,

6 Gen. 1, 31 24 Matth. 25, 41

1 sicut ibi] sic tibi *R*¹ 2 in initio *Pbd* 3 ut *fin. om. S* omnium *S*
 4 deprauatus (n *m. 1 exp.*) *S* 5 aduers *R*¹ ei (i *s. l. add. m. 2*) *R*
 6 ubi—ualde *om. d* 7 ab] ap *P* 8 nec] ut *b* 9 insulae *S* etiam
 (e *s. l. m. 1*) *E* ineruditae *E* ineruditae *P* 10 deprauatis (t *ex r*
m. 1) *E* 12 quod *R*²*d* 13 ut] et *E* amministratoris *E*²*PR*
 15 turbetur *b* turpetur *b* 16 certi (i *ex e m. 1*) *R* milites (s. *l.*
m. 2 † limites) *R* 18 pulchra *S* 19 quilibet *bd* 20 praeci-
 dente *PR* 21 quoque *E* quoquo *PR* unoquoque *S* quoquam *bd*
 22 damnatio *E*¹ 23 eis *in ras. S* 24 sunt] erunt *S* paratus *S*
 25 diabolo *R*¹

quam deus creauit, sed malam propriam uoluntatem poena ignis aeterni plectendam esse credendum est.

22. Nec eius naturam esse significatam, quod dictum est: hoc est initium figmenti domini, quod fecit ut in-
 ludatur ab angelis eius, sed uel corpus aerium, quod tali 5
 uoluntati congruenter aptauit, uel ipsam ordinationem, in qua
 eum fecit etiam nolentem utilem bonis, uel, quod praesciens
 eum propria uoluntate malum futurum fecit eum tamen non
 abstinens bonitatem suam in praebenda uita atque substantia
 futurae etiam noxae uoluntati, simul praeuidens, quanta de 10
 illo bona esset sua mirabili bonitate ac potestate factururus.
 initium autem figmenti domini dictus est, quod fecit ut
 inludatur ab angelis eius, non quia ipsum primitus con-
 didit uel initio malum condidit, sed quia, cum sciret eum
 ad hoc propria uoluntate malum futurum, ut bonis noceret, 15
 creauit eum ad hoc, ut de illo bonis ipse prodesset. hoc est
 enim: ut inludatur ab angelis eius, quoniam sic inluditur,
 cum sanctis prosunt temptationes eius, quibus eos deprauare
 conatur, ut malitia, in qua ipse esse uoluit, eo nolente sit
 utilis seruis dei, qui hoc praeuidens eum finxit. ideo initium 20
 ad inludendum, quia et mali homines, uasa eiusdem diaboli
 et tamquam capitis corpus, quos nihilominus deus malos
 futuros praeuidens creauit tamen ad utilitatem sanctorum,
 similiter inluduntur, cum et ipsis nocere uolentibus praestatur
 sanctis ex eorum comparatione cautela et pia sub deo humilitas 25
 et intelligentia gratiae et exercitatio ad tolerandos malos et
 probatio ad diligendos inimicos. sed ille est initium figmenti,
 quod sic inluditur, quia praecedit istos et temporis antiquitate

5 aereum *b* 7 etiam (*e ex u m. 1*) *E* utilem (*u s. l. m. 1*) *R*
 8 eum *om. b* eum *om. b* 9 praeuenda *P* adque *E*¹ 10 uolun-
 tatis *PRS* 11 bonitate (*boni in ras.*) *E* potestate esset *S* 12 *cap.*
XX E dictyrus (*ur exp. m. 1*) *P* 16 prodesset *P* 18 deprauare *E*¹
 19 esse *om. S* 20 qui] quia *PRbd* 21 eiusdem]
 eius *S* 24 praestatur *E* 25 cautela] cauta *P* humilitatis et
 intelligentiæ gratia *b* 28 & inluditur (*exp. m. 1*) *S* praecedet *S*
 praecedististos *P*

et principatu malitiae. hoc autem illi deus per sanctos angelos facit illo opere prouidentiae, quo creatas naturas administrat, subdens uidelicet angelos malos angelis bonis, ut malorum improbitas non quantum nititur sed quantum sinitur possit; nec tantum angelorum malorum, uerum et hominum, donec etiam ista iustitia, qua uiuitur ex fide, quae nunc patienter in hominibus exercetur, conuertatur in iudicium, ut possint et ipsi non solum duodecim tribus Israhel, sed etiam angelos iudicare.

10 23. Quod ergo putatur numquam diabolus in ueritate stetisse, numquam cum angelis beatam duxisse uitam, sed ab ipso suae conditionis initio cecidisse, non sic accipiendum est, ut non propria uoluntate deprauatus, sed malus a bono deo creatus putetur: alioquin non ab initio cecidisse diceretur; 15 neque enim cecidit, si talis est factus. sed factus continuo se a luce ueritatis auertit, superbia tumidus et propriae potestatis delectatione corruptus. unde beatæ atque angelicæ uitæ dulcedinem non gustauit: quam non utique acceptam fastidiuit, sed nolendo accipere deseruit et amisit. proinde 20 nec sui casus praescius esse potuit, quoniam sapientia pietatis est fructus. ille autem continuo inpius consequenter et mente caecus non ex eo, quod acceperat, cecidit, sed ex eo, quod acciperet, si subdi uoluisset deo: quod profecto quia noluit,

6 cf. Rom. 1, 17 7 cf. Ps. 93, 15 8 cf. Matth. 19, 28 cf. I Cor. 6, 3

1 principatum *EP* h_{oc} (æ *er.*) *R* ille *P¹R om. b* 2 ammin-
strat *E²PR* 4 improbitas *P* 5 et hominum] etiam et hominum *PR¹*
6 istam (m *exp. m. 1*) *P* fide (*f ex i m. 2*) *P* 7 exerceatur (re
er.) *R* 8 set *R* angelos (n *s. l. m. 1*) *E* 10 cap. XXI *E*; *hinc*
inc. Excerpta Eugippii (ed. Knöll 179, 14—182, 14) 11 duxisse (u
sup. i m. 1) *S* 12 condicionis *Eug* caecidisse *P* sic (c *sup. t*
add. m. 1) *S* 13 deprauatus est *S* 15 cecidit (ci *s. l. m. 1*) *E*
talis (*i ex e m. 1*) *R* est] esset *P om. Eug.* 16 superuia *P*
proprie *E* 19 fastidiuit (a *exp. m. 1*) *S* disseruit *R¹* 20 prae-
stius *R* quoniam (niam *s. l. add. m. 2*) *R* quam *b* 22 cecus *SR*
caecatus *Eug.* 23 acciperet] acceperat *S* subditio *P*

et ab eo quod accepturus erat cecidit et potestatem illius, sub quo esse noluit, non euasit, factumque in illo est pondere meritorum, ut nec iustitiae possit lumine delectari nec ab eius sententia liberari.

24. Quod ergo per Esaiam prophetam in eum dicitur: 5
 quomodo cecidit de caelo lucifer mane oriens? con-
 tritus est in terram qui mittebat ad omnes gentes.
 tu autem dixisti sensu tuo: in caelum ascendam, super
 sidera caeli ponam thronum meum, sedebo in monte 10
 excelso super montes excelsos, qui sunt ad aqui-
 lonem, ascendam super nubes, ero similis altissimo.
 nunc autem ad inferos descendes et cetera, quae in
 figura regis uelut Babylonis in diabolum dicta intelleguntur,
 plura in eius corpus conueniunt, quod etiam de humano
 genere congregat, et in eos maxime, qui ei per superbiam 15
 cohaerent apostatando a mandatis dei. sicut enim qui erat
 diabolus homo dictus est, ut in euangelio: inimicus homo
 hoc fecit, ita qui homo erat diabolus dictus est, ut rursus
 in euangelio: nonne ego uos duodecim elegi? et unus
 ex uobis diabolus est. et sicut corpus Christi, quod est 20
 ecclesia, dicitur Christus, sicut illud est: uos Abrahae
 semen estis, cum paulo superius dixisset: Abrahae dictae
 sunt promissiones et semini eius. non dicit: et semi-
 nibus tamquam in multis, sed tamquam in uno: et
 semini tuo, quod est Christus, et iterum: sicut enim 25

6 Es. 14, 12—15 17 Matth. 13, 28 19 Ioh. 6, 70 21 Gal.
 3, 29. 16 25 I Cor. 12, 12

2 non (n *fn. s. l. m. 1*) *E* 5 cap. XIIII *E* Isaiam *bd* 9 tro-
 num *P* montem excelsum *S* 10 excelsus *P* 12 descendens *E*
 descendis *S* 13 uelut] uel *S* babyll]onis *P* babylonis *R* babylonie
 (i *s. l. m. 1*) *S* 14 corpus *s. l. m. 1* *R* 15 congregat] congruat *S*
 congruebat *b* 16 coherent *EPRS* apostatando (ta *ante n s. l. m.*
1) *R* cap. XXIII *E* 18 ita qui] itaque *P*¹ qui *corr. m. 2* *R*
 ut (u *sup. e pos. m. 1*) *S* 19 none *R* eligi *P* 20 zabulus (*corr. m. 1*) *S*
 21 aeclesia *E* habrahae *P* 22 habrahae *P* 28 promissionis *P*¹
 semine *P*¹ 24 sed tamquam] sed quasi *S* et semini tuo *om. S* 25 qui *b*

corpus unum est et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa unum est corpus, ita et Christus: eo modo etiam corpus diaboli, cui caput est diabolus, id est ipsa in piorum multitudo maxime eorum, qui a Christo uel de ecclesia sicut de caelo decidunt, dicitur diabolus et in ipsum corpus figurate multa dicuntur, quae non tam capiti quam corpori membrisque conueniant. itaque lucifer, qui mane oriebatur et cecidit, potest intellegi apostatarum genus uel a Christo uel ab ecclesia: quod ita conuertitur ad tenebras amissa luce, quam portabat, quemadmodum qui conuertuntur ad deum a tenebris ad lucem transeunt, id est qui fuerunt tenebrae lux fiunt.

25. Item in figura principis Tyri per Ezechielem prophetam in diabolum dicta intelleguntur: tu es signaculum similitudinis et corona decoris; in deliciis paradisi dei fuisti. omni lapide pretioso ornatus es et cetera, quae non tam in ipsum principem spiritum nequitiae quam in corpus eius dicta conueniunt. paradisi enim dicta est ecclesia, sicut legitur in Cantico canticorum: hortus conclusus, fons signatus, puteus aquae uiuae, paradisi cum fructu pomorum. inde ceciderunt uel aperta et corporali separatione omnes haeretici uel occulta et spiritali, quamuis in ea corporaliter esse uideantur, omnes conuersi ad uomitum suum cum post remissionem omnium peccatorum paululum

14 Ezech. 28, 12. 13 19 Cant. 4, 12. 15 . 13 23 cf. Prou. 26, 11; II Petr. 2, 22. 21

4 maxime quae P 5 aeclesia EP 6 decidunt] ceciderunt S figuratae E figuratae PRS 7 capite P¹ corpore P¹ membrisquae P membris b conueniat P 8 oriebatur P caecidit P potest] post E¹ 9 apostatarum (alt. ta s. l. m. 1) E 11 quemadmodum EPR conuertuntur R¹ 12 fiunt lux Eug. 13 cap. XXIII E hiezechielem PR²Eug. profetam E prophetam R 15 paradysi R dei om. b 16 praetioso EPS praecioso R ordinatus S et non (non exp. m. 1) S 17 spirituum S 18 eius s. l. m. 1S paradysus R et ecclesia P et aeclesia (et s. l. m. 2 add.) E 19 legitur post canticorum in b ortus E¹S 21 caeciderunt P 22 heretici EPRS 23 in s. l. m. 1R uideantur (de add. m. 2) P 24 postremis nem P omnium om. ES peccatorum suorum S

ambulassent in uia iustitiae, in quibus facta sunt posteriora deteriora prioribus et quibus expediebat non cognoscere uiam iustitiae quam cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi sancto mandato. hanc pessimam generationem dominus describit, cum dicit spiritum nequam exire ab homine et cum aliis septem redire et in domo, quam mundatam iam inuenerat intrare, ut sint nouissima hominis illius peiora prioribus. tali enim generi hominum, quod iam factum est corpus diaboli, possunt haec uerba congruere: a die, qua creatus es tu cum cherub, id est cum sede dei, quae interpretatur „multiplicata scientia“, et posui te in monte sancto dei, hoc est in ecclesia — unde est: et exaudiuit me de monte sancto suo — fuisti in medio lapidum flammeorum, id est sanctorum spiritu feruentium, lapidum uiuorum, ambulasti sine uitio tu in diebus tuis, ex quo die creatus es tu, donec inuenta sunt delicta tua in te. possunt diligentius ista tractari, ut fortassis ostendant non solum et hunc intellectum esse in his uerbis posse, sed omnino alium esse non posse.

26. Uerum quia longum est et alium sermonem exigit eidem tantum quaestioni deputatum, nunc sufficiat ista complexio aut ab initio conditionis suae diabolium a beatitudine, quam si uoluisset percepturus fuerat, inopia superbia cecidisse aut alios esse angelos inferioris ministerii in hoc mundo, inter quos secundum eorum quandam non praesciam beatitudinem uixerat et a quorum societate cum sibi subditis

5 cf. Matth. 12, 43—45 9 Ezech. 28, 14. 15 12 Ps. 3, 5

1 ambulassent (*pr. s ex n m. 1*) *E* 2 cognoscere] *P*¹ 3 a om. b
 5 describet *P*¹ omine *P* 6 et in] in *Eug.* 7 intrare *ES Eug.*
 inhabitare *PRbd* 8 generi (*i sup. e pos. m. 1*) *S* 9 possint *P* es
 in *ras.* *R* est *S* tu in *ras.* *R om. S* 10 cerubi *E*¹ interpraetatur *EPRS*
 11 posuit *PSbd* posui te] posuisti *R* dei] suo *b*
 12 aeclesia *E* et om. *S* 14 spirituum *Eug.* 16 delicta] dilecta *P*
 17 fortasse *S* ostendatur *Rbd* 21 deputandum *S* cap. XXV *E*
 22 a] ab ea (*b et ea add. in fine uers. m. 2*) *R* 23 erat *S* superuia *P*
 caecidisse *P* 25 quadam *S* 26 uixerat (*u ex d m. 1*) *E* et om. *S*

angelis suis tamquam archangelus cecidit per superbam
 impietatem — si hoc ullo modo adseri potest, quod mirum
 si potest — aut certe rationem requirendam, quemadmodum
 omnes sancti angeli, si inter illos aliquando pariter beatus
 5 cum suis angelis diabolus uixit, nondum habuerint etiam ipsi
 certam praescientiam perpetuae felicitatis suae, sed eam post
 casum eius acceperint, aut quo merito ante peccatum suum
 diabolus cum sociis suis a ceteris angelis discretus fuerit,
 ut ipse sui futuri casus esset ignarus, illi autem certi per-
 10 mansionis suae, dum tamen et peccatores angelos minime
 dubitemus detrusos tamquam in carcerem caliginis huius
 aerae circa terras secundum apostolicam fidem in iudicio
 puniendos seruari et in illa superna beatitate sanctorum ange-
 lorum non esse incertam uitam aeternam nec nobis secundum
 15 dei misericordiam et gratiam et fidelissimam pollicitationem
 incertam futuram, cum fuerimus eis post resurrectionem et
 istorum mutationem corporum copulati. ad hanc enim spem
 uiuimus et eius promissionis gratia recreamur. quidquid autem
 etiam de diabolo dici potest, cur eum deus creauerit, cum
 20 talem praesciret futurum, et cur omnipotens eius uoluntatem
 non conuertat in bonum, secundum ea, quae disseruimus.
 cum de malis hominibus similiter quaeremus, siue intel-
 legatur siue credatur siue quid melius inueniri potest inueniatur.

27. Ab illo ergo, cuius super omnia, quae creauit, summa
 25 potestas est, per angelos sanctos, a quibus inluditur diabolus,

10 cf. II Petr. 2, 4

1 superbiam (i del. m. 1) E superuam P superbiam (i er.) S super-
 bię b 2 impietatem E¹ et impietatem (et add. m. 2) R 3 ratio est
 requirenda b quemammodum E 4 si om. S beatus] brōs b
 5 diabolus P 6 post (t add. m. rec) P 7 casum] causam R¹
 suum peccatum PRSbđ 9 casus futuri PRbđ illi (alt. l s l. et i
 fin. ex e m. 1) R 10 minime P¹ 11 carcere E 12 aereq b 13 beati-
 tudine PRS²bđ 15 fedelissimam P 17 mutatione S copulari b
 enim] eius b 19 quur P cum ex euitit S 20 quur P 21 con-
 uertit b desseruimus R¹ 22 quaeremus] quaeremus accipiendum
 puto S 24 hinc excerpit Eugippius ed. Knöll pag. 218, 14—221, 7
 ergo] enim S 25 sanctos] suos b

cum et de ipsius maliuolentia consulitur ecclesiae dei, non est permissus temptare feminam nisi per serpentem nec uirum nisi per feminam. sed in serpente ipse locutus est utens eo uelut organo mouensque eius naturam eo modo, quo mouere ille et moueri illa potuit ad exprimendos uerborum sonos et signa corporalia, per quae mulier suadentis intellexeret uoluntatem. in ipsa uero muliere, quia illa rationalis creatura erat, quae motu suo posset uti ad uerba facienda, non ipse locutus est, sed eius operatio atque persuasio, quamuis occulto instinctu adiuuaret interius, quod exterius egerat per serpentem. quod quidem si solo instinctu occultius ageret, sicut egit in Iuda, ut traderet Christum, posset efficere in anima superbo amore suae potestatis induta. sed, sicut iam dixi, temptandi uoluntatem habet diabolus, in potestate autem nec ut faciat habet nec quomodo faciat. quia permissus est ergo, temptauit et, quomodo permissus est, ita temptauit; cui autem generi hominum prodeesset quod faciebat, neque sciebat neque uolebat et eo ipso inludabatur ab angelis.

28. Non itaque serpens uerborum sonos intellegebat, qui ex illo fiebant ad mulierem. neque enim conuersa credenda est anima eius in naturam rationalem, quandoquidem nec ipsi homines, quorum rationalis natura est, cum daemon in eis loquitur ea passione, cui exorcista requiritur, sciunt, quid loquantur:

12 cf. Ioh. 13, 2

1 et] det *P*¹ maleuolentia *d* consoletur *R*¹ consulatur *b* con-
solitur *P*¹ aeclesiae (e *fn. s. l. m. 1*) *E* aeclesiae *S* 3 cap. XXVI *E*
loquutus *R* 4 quo mouere] quomodo uere *R*^{1b} 5 et moueri] et
mouere *P*¹ mouere et moueri *b* illa *om. b* uernorum *P* 6 sua-
dentes *P* 7 mulier *E*¹ rationationalis *E* rationalis *S* 8 loquutus *P*
9 occultu *S*¹ 10 stinctu *E*¹ instinctu (u *sup. o m. 1*) *R* 11 stinctu *E*¹
12 iudam (exp. *m. 1*) *S* animo *b* 13 induta (s. *l. m. 2 add. at*
duc) *E* inducta *PRsbdEug* 14 habet uoluntatem *S* potestatem *E*
15 cap. XXVII *E* ergo permissus est *S* 16 cui] quod *SR*²
17 prodesset *E* prodesset *RSbd* faciebat (eb *s. l. m. 1*) *S* 20 fiebant
(n *s. l. m. 1*) *S* 22 homnes *P* demon *P* in *om. P* in eis *sup.*
iis *scr. m. 1 S* 23 exorcista *E*

quanto minus ille intellexeret uerborum sonos, quos per eum et ex eo diabolus illo modo faciebat, qui hominem loquentem non intellexeret, si eum a diabolica passione immunis audiret! nam et quod putantur audire et intellegere serpentes uerba
 5 Marsorum, ut eis incantantibus prosiliant plerumque de latebris, etiam illic diabolica uis operatur, ad agnoscendam ubique prouidentiam quam rem cui rei naturali ordine subiciat et quid etiam uoluntatibus malis sapientissima potestate permittat, ut hoc magis habeat usus serpentes
 10 moueri carminibus hominum quam ullum aliud genus animantium. etiam haec enim non parua testatio est naturam primitus humanam serpentis seductam esse conloquio. gaudent enim daemones hanc sibi potestatem dari, ut ad incantationem hominum serpentes moueant, ut quolibet modo fallant quos
 15 possunt. hoc autem permittuntur ad primi facti memoriam commendandam, quo sit eis quaedam cum hoc genere familiaritas. porro ipsum primum factum ad hoc permissum est, ut per naturam serpentis significaretur generi hominum, cui erudiendo haec gesta conscribi oportebat, omnis diabolicae
 20 temtationis similitudo: quod adparebit, cum in serpentem proferri coeperit diuina sententia.

29. Proinde prudentissimus omnium bestiarum, hoc est astutissimus, ita dictus est serpens propter astutiam diaboli, quae in illo et de illo agebat dolum, quemadmodum
 25 dicitur prudens uel astuta lingua, quam prudens uel astutus mouet ad aliquid prudenter astuteque suadendum. non enim est haec uis seu uirtus membri corporalis, quod uocatur lingua, sed utique mentis, quae utitur ea. ita etiam dictus

1 ille s. l. m. 1 S 2 et s. l. m. 1 S om. Eug 3 non s. l. m. 1 S
 4 cap. XXVIII E 5 morsorum P¹ 6 latebris (re er.) R cognoscendam PRSbd agnoscendum Eug 8 et] ut R¹b 9 habeat magis S
 11 etiam haec] et iam hoc b 12 hamanam S¹ 13 enim] autem Eug.
 demones S incantationes E² 14 moueantur Eug 15 possint S
 permittantur E¹ 16 commendandam R quod PSbd, (d er.) R
 19 scribi S 20 apparebit E 22 cap. XXVIII E 24 diabuli P
 qui b quemammodum EPR 26 adstutaeque E

est stilus mendax scribarum; neque enim esse mendacem pertinet nisi ad uiuentem atque sentientem . sed stilus mendax dictus est, quod per eum mendax mendaciter operetur, quemadmodum si et iste serpens mendax diceretur, quod eo diabolus tamquam stilo mendaciter uteretur. 5

Hoc ideo commendandum putauī, ne quisquam existimans animantia rationis expertia humanum habere intellectum uel in animal rationale repente mutari seducatur in illam opinionem ridiculam et noxiam reuolutionis animarum uel hominum in bestias uel in homines bestiarum. sic ergo locutus est serpens 10 homini, sicut asina, in qua sedebat Balaam, locuta est homini, nisi quod illud opus fuit diabolicum, hoc angelicum. habent enim quaedam boni et mali angeli opera similia, sicut Moyses et magi Pharaonis. uerum in his etiam boni angeli potentiores sunt nec mali angeli etiam talium operum quidquam possunt, 15 nisi quod per bonos angelos permiserit deus, ut retribuatur unicuique secundum cor eius uel secundum gratiam dei utrumque iuste ac benigne per altitudinem diuitiarum sapientiae et scientiae dei.

30. Dixit ergo serpens mulieri: quid quia dixit 20 deus: non edetis ab omni ligno paradisi? et dixit mulier serpenti: a fructu ligni, quod est in paradiso, edemus; de fructu autem ligni, quod est in medio paradisi, dixit deus: non edetis ex eo neque tangetis illud, ne moriamini. ideo prius interrogauit serpens et 25 respondit hoc mulier, ut praeuaricatio esset inexcusabilis neque

11 cf. Num. 22, 28 13 cf. Exod. 7, 10, 11 18 cf. Rom. 11, 33
20 Gen. 3, 1—3

2 atque sentientem *om. P* 3 mendaciter *S*¹ quemadmodum *ERS*¹
4 et *om. S* 6 commendandum *R* 7 rationis *R* experientia *R*
8 animal rationale] animā rationalē *S* mutare *P*¹ opinionem *S*
9 reuolutiones *P* 10 nestiarum *P*¹ cap. XXX *E* loquutus *P*
11 balam *P* 12 fuit opus *bd* 15 nec] *&* (& in *ras.*) *R* quicquam
operum *S* quicquam *SR* 18 iustae *P*¹ 19 et scientiae *om. d*
20 mulieri (i *fn. ex e m. 1*) *P* 21 edetis *P* 22 serpente *P*¹ fructi *E*
23 edimus *b* 24 paradiso *EPR* contingetis *P* 26 hec *b*

ullo modo dici posset id, quod praeceperat deus, oblitam
 fuisse mulierem, quamquam et obliuio praecepti, maxime
 unius et tam necessarii, ad maximam culpam damnabilis
 negligentiae pertineret. uerum tamen euidentior eius trans-
 5 gressio est, cum memoria retinetur et tamquam in illo deus
 adsistens praesensque contemnitur. unde necessarium fuit,
 cum in psalmo diceretur: et memoria retinentibus man-
 data eius, addere: ut faciant ea. multi enim memoria
 retinent, ut contemnant ea praeuaricationis maiore peccato,
 10 ubi obliuionis nulla est excusatio.

Dixit ergo serpens mulieri: non morte moriemini.
 sciebat enim deus, quoniam qua die manducaueritis
 de eo aperientur uobis oculi et eritis sicut dii,
 cognoscentes bonum et malum. quando his uerbis crederet
 15 mulier a bona atque utili re diuinitus se fuisse prohibitos,
 nisi iam inesset menti amor ille propriae potestatis et quaedam
 de se superba praesumptio, quae per illam temtationem fuerat
 conuincenda et humilianda? denique uerbis non contenta
 serpentis considerauit lignum uiditque bonum ad escam
 20 et decorum ad aspectum et non credens posse inde se
 mori, arbitror, quod putauerit deum alicuius significationis
 causa dixisse: si manducaueritis, morte moriemini. atque
 ideo sumpsit de fructu eius et manducauit et dedit etiam uiro
 suo secum, fortassis etiam cum uerbo suasorio, quod scrip-
 25 tura tacens intellegendum relinquit. an forte nec suaderi iam

7 Ps. 102, 18 11 Gen. 3, 4. 5 19 Gen. 3, 6

1 possit *PR* 2 maxime *R* 3 dampnabilis *E*² 6 contemnitur *R*
 8 adderent *S* retinent memoria *bd* 9 contemnant *E*²*S* contemnat *P*
 10 obliuionis (obli *s. l. m. 1*) *R* 11 *cap. XXXI E* 12 quo *lib; sed*
cf. 332, 20 manducaberitis *P* 13 adaperientur *E*²*PR**Sbd* dii] die *P*¹
 15 utile *P*¹ se *om. S* 16 menti] ei *S* amor menti ille *b* 17 de
 se] deesse *E* praesumptio *E*²*RSbd* 18 conuincendam *P* humi-
 landa *E* humiliandam *P* contenta *ex* contempta *corr. m. 1 S* 20 posse
*om. S*¹ se inde *S* 22 adque *E*¹*P* 23 ideo *s. l. m. 1 S* sump-
 sit *E*²*RSbd* dedit (de *s. l. m. 1*) *E* 24 scriptura *EP* 25 re-
 liquit *E*²*b*

opus erat uiro, quando illam eo cibo mortuam non esse cernebat?

31. Ergo ederunt . et aperti sunt oculi amborum. quo nisi ad inuicem concupiscendum, ad peccati poenam carnis ipsius morte conceptam, ut iam esset corpus non animale tantum, quod poterat, si oboedientiam conseruarent, in meliorem spiritalemque habitum sine morte mutari, sed iam corpus mortis, in quo lex in membris repugnaret legi mentis? neque enim clausis oculis facti erant et in paradiso deliciarum caeci palpantesque oberrabant, ut uetitum lignum etiam nescientes adtingerent palpantesque fructus prohibitos ignorando decerperent. quomodo autem animalia et uolatilia adducta sunt ad Adam, ut uideret, quid ea uocaret, si non uidebat? et quomodo ipsa mulier ad uirum adducta est, quando facta est, ut de illa, quam non uidebat, diceret: hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea et cetera? postremo, quomodo uidit mulier, quia bonum est lignum in escam et quia placet oculis ad uidendum et decorum est cognoscere, si eorum clausi erant oculi?

Nec tamen ideo propter unius uerbi translationem totum figurate accipiendum est. uiderit enim, quemadmodum dixerit serpens: aperientur uobis oculi. hoc enim eum scriptor libri dixisse narrauit; in qua uero significatione uel sententia dixerit, lectori considerare permisit. hoc autem, quod scriptum est: et aperti sunt oculi eorum et cognouerunt, quia nudi erant, ita scriptum est, quemadmodum omnia, quae gesta narrantur, nec tamen ideo in allegoricam narrationem nos debent ducere. neque enim et euangelista narrator dicta

3 Gen. 3, 7 8 cf. Rom. 7, 23 12 cf. Gen. 2, 19. 22. 23
26 cf. Luc. 24, 18—31

1 illum *P*¹ cibo *E*¹ mortua *R* 3 cap. XXXII *E* 4 quo]
Quomodo *b* 5 morte] memoriae *S* concepta *E*¹ 7 mutare *P*
9 diliciarum *PR* 12 autem *s. l. m. 1 S* et uolatilia *post sunt legi-*
tur in S 15 ex] de *Sd* 21 quemadmodum *ESR* quemadmodum *P*
22 eum *s. l. m. 1 R* scribtor *EPR*¹ scriptura *S* 24 scribtorum *E¹P*
26 scribtorum *E¹P* quemadmodum *EPR* 28 et *om. E¹* narratur *S*

cuiusquam figurata ex eius persona inserebat, ac non ex
 persona sua, quae fuerant gesta, narrabat, cum diceret de
 illis duobus, quorum erat unus Cleophas, quod, cum fregisset
 eis dominus panem, aperti sunt oculi eorum et co-
 5 gnouerunt eum, quem per uiam non cognouerant, non utique
 clausis oculis ambulantes, sed eum cognoscere non ualentibus.
 sicut ergo ibi, sic nec isto loco narratio figurata est, quamuis
 translato uerbo scriptura usa sit, ut apertos diceret oculos,
 qui et antea patebant: apertos utique ad aliquid intuendum
 10 et cogitandum, quod antea numquam aduerterant. ubi enim
 ad transgrediendum praeceptum audax curiositas mota est,
 auida experiri latentia, quidnam tacto uetito sequeretur, et
 noxia libertate habenas prohibitionis rumpere delectata, pro-
 15 turam — tale quippe pomum credendum est fuisse in illa
 arbore, cuius generis poma iam in aliis arboribus innoxia
 senserant — magis crediderunt posse deum peccantibus facile
 ignoscere, quam patienter tulerunt non cognoscere, quidnam
 esset uel cur eos inde cibum sumere uetuisset. mox ergo ut
 20 praeceptum transgressi sunt intrinsecus gratia deserente omnino
 nudati, quam typho quodam et superbo amore suae potestatis
 offenderant, in sua membra oculos iniecerunt eaque motu eo,
 quem non nouerant, concupiuerunt. ad hoc ergo aperti sunt
 oculi, ad quod antea non patebant, quamuis ad alia paterent.
 25 32. Haec mors ea die accidit, qua factum est quod deus
 uetuit. amisso quippe statu mirabili corpus ipsum — qui
 status etiam de ligno uitae uirtute mystica praebebatur, per

2 narrabant (n del. m. 1) E 3 unus erat Rbd cleopas E¹P
 5 cognouerunt P 6 ualentes S 7 nec] in b 8 scriptura E¹P sit]
 uideatur b 12 auida in ras. R 13 abenas E¹ 16 arbore (re corr.
 m. 2) R 17 magis] unde magis PR¹bd deum posse PRSbd 18 tulerit b
 quidnam (nam s. l. m. 1) R 19 uel om. E quur P ciuum E¹
 ut ergo PRSbd 21 typq E²Fb tyfo RS² tipo S¹ 22 iniecerunt E
 eaque E eaque PR² eo om. b 23 quē (e ex a) S nouerunt PR¹
 concupiuerunt R¹ cap. XXXIII E 24 aliam PR parterent PR
 26 qui] cui bd 27 statutus R mistica SR

quem nec morbo temptari nec mutari aetate potuissent, ut hoc in eorum carne quamuis adhuc animali et in melius postea commutanda iam tamen significaretur per escam ligni uitae, quod ex ipso spiritali alimento sapientiae, cuius sacramentum illud lignum erat, fit in angelis per aeternitatis participationem, ut in deterius non mutantur — hoc ergo amisso statu corpus eorum duxit morbidam et mortiferam qualitatem, quae inest etiam pecorum carni, ac per hoc etiam eundem motum, quo fit in pecoribus concumbendi adpetitus, ut succedant nascentia morientibus, sed tamen etiam in ipsa iam poena suae generositatis index anima rationalis bestialem motum in membris suae carnis erubuit eique incussit pudorem non solum, quia hoc ibi sentiebat, ubi numquam antea tale aliquid senserat, uerum etiam quod ille pudendus motus de praecepti transgressione ueniebat. ibi enim sensit, qua prius gratia uestiretur, quando in sua nuditate nihil indecens patiebatur. ibi completum est: domine, in uoluntate tua praestitisti decori meo uirtutem. auertisti autem faciem tuam, et factus sum conturbatus. denique illa conturbatione ad folia ficulnea cucurrerunt, succinctoria consuerunt et quia glorianda deseruerant pudenda texerunt. nec arbitror eos cogitasse aliquid in illis foliis, quod talibus congrueret contegi iam membra prurientia; sed occulto instinctu ad hoc illa conturbatione compulsi sunt, ut etiam talis poenae suae significatio a nescientibus fieret, quae peccatorem facta conuinceret et doceret scripta lectorem.

17 Ps. 29, 8

2 adhuc (s. l. m. 1) R animali adhuc S et] licet S 3 aescam P
 4 sapientiae om. b 5 bonis angelis b 7 quod S 8 cap. XXXIII E
 9 concumbendi (d ex t m. 1) E appetitus E 10 ipsa* (m er.) R
 iam om. b poena* (m er.) R 11 uindex b uestialem E¹ mem-
 brum S 12 erubit R eique P 13 hoc s. l. m. 1 S ibi] cibi P
 soltibi S 14 motus] modus b 17 bona uoluntate (bona add. m. 2) E
 prestitisti ES 18 tuam a me Sb 20 gloriando b 23 instinctu (alt.
 n s. l. m. 1) E instintu P¹ instinctu R¹ tinctu S¹ 24 poene S
 significatione S 25 peccatorem E¹ factum b conuincerent SR²
 scribta EP scriptura b lectorum P¹

33. Et audierunt uocem domini dei ambulantis in paradiso ad uesperam. ea quippe hora tales iam conuenerat uisitari, qui defecerant a luce ueritatis. fortassis autem aliis intrinsecus uel effabilibus uel ineffabilibus modis deus cum illis antea loquebatur, sicut etiam cum angelis loquitur ipsa incommutabili ueritate inlustrans mentes eorum, ubi est intellectus nosse simul quaecumque etiam per tempora non fiunt simul: forte, inquam, sic cum eis loquebatur, etsi non tanta participatione diuinæ sapientiae, quantam capiunt angeli, tamen pro humano modulo, quantumlibet minus, sed ipso genere uisitationis et locutionis; fortassis etiam illo qui fit per creaturam siue in extasi spiritus corporalibus imaginibus siue ipsis sensibus corporis aliqua specie praesentata uel ad uidendum uel ad audiendum, sicut in angelis suis solet uideri deus uel sonare per nubem. nunc tamen quod audierunt uocem dei ambulantis in paradiso ad uesperam, nonnisi per creaturam uisibiliter factum est, ne substantia illa inuisibilis et ubique tota, quae patris et filii est et spiritus sancti, corporalibus eorum sensibus locali et temporali motu adparuisse credatur.

Et absconderunt se Adam et mulier eius a facie domini in medio ligno, quod est in paradiso. cum deus auertit intrinsecus faciem suam et fit homo conturbatus, non miremur haec fieri, quae similia sunt dementiae, per nimium pudorem ac timorem illo quoque occulto instinctu non quiescente, ut ea nescientes facerent, quae aliquid signifi-

1 Gen. 3, 8

1 deambulantis *E*² ambulantes *P*¹ 2 *sup.* et a *m.* 1 ea *S* ora *S*
 3 uisitare *PR*³*bd* defecerant *R*¹ autem] enim *PR*³*bd* in aliis *b*
 4 uel effabilibus *om.* *P* 6 incommutabili *R* mentem *S* 9 quantum *b*
 12 extasi *d* 13 speciae *PS* presentata *S* 14 uideri solet *S*
 16 uesperam *P*¹ 18 ubiquae *P*¹ que *P* patris] est patris *b*
 filii *E*¹ est *om.* *b* sancti est *P* 21 faciae *S* 22 ligni *E*²
 23 flet *E* non non *S* 25 quoquae *P* 26 quae—significarent *in*
mg. m. 1 appos. R

carent quandoque scituris posteris, propter quos ista con-
scripta sunt.

34. Et uocauit dominus deus Adam et dixit illi: Adam
ubi es? increpantis uox est, non ignorantis. et hoc sane ad
aliquam pertinet significationem, quod sicut praeceptum uiro 5
datum est, per quem perueniret ad feminam, ita uir prior
interrogatur; praeceptum enim a domino per uirum usque ad
feminam, peccatum autem a diabolo per feminam usque ad
uirum. haec mysticis significationibus plena sunt non id
agentibus, in quibus facta sunt, sed de his agente poten- 10
tissima sapientia dei. non autem nunc significata reseramus,
sed gesta defendimus.

Respondit ergo Adam: uocem tuam audiui in paradiso
et timui, quia nudus sum, et abscondi me. satis pro- 15
babile est solere deum per creaturam tali actioni congruam
in forma humana primis illis hominibus adparere; quos tamen
numquam permisit aduertere nuditatem suam eorum inten-
tionem in superna sustollens, nisi post peccatum pudendum
in membris motum poenali membrorum lege sensissent. sic
ergo adfecti sunt, ut solent adfici homines sub oculis hominum; 20
et talis adfectio de peccati poena erat eum latere uelle, quem
latere nihil potest, et ab eo carnem occultare, qui cordis
inspector est. sed quid mirum, si superbe uolentes esse sicut
dii euauerunt in cogitationibus suis et obscuratum est
insipiens cor eorum? se quippe dixerunt esse sapientes in 25
abundantia sua et illo auertente faciem stulti facti sunt, quod
enim iam ipsos pudebat erga se ipsos, unde sibi et succinctoria

3 Gen. 3, 9 13 Gen. 3, 10 23 cf. Rom. 1, 21. 22

1 scribita P 3 cap. XXXV E dñs om. S Adam in fine om. lib.
4 ignorantes P¹ 6 priori P¹ 7 preceptum S 8 fininam P
autem om. S diabulo PR 9 misticis S 10 agente] id agente PRSd
illud agente b 17 intentione E 18 nisi] nisi cum d 19 poenale PR¹
sic (c s. l. m. 1) R 21 de peccati om. P¹ paena P eum] cum b
uellent b 22 lateri R 23 superue P superbi bd sicut] qui sicut S
24 die P¹ 26 habundantia R 27 ergasse P¹

fecerant, multo uehementius ab illo etiam sic succincti uideri uerebantur, qui tamquam familiari temperamento ad eos uidendos per creaturam uisibilem uelut humanos oculos adferebat. si enim propterea sic adparebat, ut homines tamquam
 5 cum homine loquerentur, quemadmodum Abraham ad quercum Mabrae, illa ipsa prope amicitia pudore onerabat post peccatum, quae fiduciam dabat ante peccatum; nec iam illam nuditatem audebant ostendere talibus oculis, quae displicebat et suis.

10 35. Dominus ergo uolens iam peccatores more iustitiae interrogatos punire amplius quam illa erat poena, de qua iam cogebantur erubescere, quis nuntiauit, inquit, tibi, quia nudus es, nisi a ligno quod praeceperam tibi tantum
 15 ne ex eo manducares ab eo edisti? hinc enim mors concepta propter dei sententiam, qui sic fuerat comminatus, fecit aduerti concupiscentialiter membra, ubi dicti sunt aperti oculi, et secutum est, quod puderet. et dixit Adam: mulier, quam dedisti mecum, haec mihi dedit a ligno, et edi.
 20 superbia! numquid dixit: peccaui? habet deformitatem confusionis et non habet confessionis humilitatem. ad hoc ista conscripta sunt, quia et ipsae interrogationes nimirum ad hoc factae sunt, ut et ueraciter et utiliter scriberentur, quia, si mendaciter, non utique utiliter, ut aduertamus, quo morbo superbiae laborent homines hodie nonnisi in creatorem co-

5 cf. Gen. 18, 1 12 Gen. 3, 11 17 Gen. 3, 12

1 etiam *om. S* 2 familiare *P* 3 uinendos *P* 4 sic (*c s. l. m. 1*) *R*
 apparebat *E* 5 quemadmodum *EPRS* ad] at *R*¹ 6 mambre *Sbd*
 pudore (*o ex u m. 1*) *E* pudorem *b* honerabat *S* 7 quae—peccatum *m. 1 in mg. suppl. P* 10 iam uolens *S* more] morte *E*
 11 erat illa *PRsbd* 12 inquit nuntiauit *S* 13 quod] quo *S* preceperam *S* 14 aedisti *S* *cap. XXXVI E* 16 ubi] et ibi *b*
 17 puderent *b* 18 mecum] mihi *S* mecum (*uoluit mihi scribere*) *P*
 post edi sequitur: eia in *d* 19 superbia *om. b* superuia *P* habet] superbia habet *b* confusionis deformitatem *bd* 20 humilitatem (*li s. l. m. 1*) *P* hec *b* 21 conscripta *E¹P* sunt] sunt nimirum *S* ipse *Pb*
 nimirum *om. S* 24 laborarent *E* laborant *PRb* hodiae *P¹S* conantur *S*

nantes referre, si quid egerint mali, cum sibi uelint tribui, si quid egerint boni. mulier, inquit, quam dedisti mecum, id est quam dedisti, ut esset mecum, haec mihi dedit a ligno, et edi: quasi ad hoc data sit, ut non ipsa potius oboediret uiro et ambo deo.

5

Et dixit dominus deus mulieri: quid hoc fecisti? et dixit mulier: serpens seduxit me, et manducaui. nec ista confitetur peccatum, sed in alterum refert in pari sexu, pari fastu. ex his tamen natus est nec eos imitatus est, sed plane pluribus malis exercitus, qui dixit et dicet usque ad terminum saeculi: ego dixi: domine, miserere mei; sana animam meam, quoniam peccaui tibi. quanto melius sic et isti! sed adhuc ceruices peccatorum non conciderat dominus. restabant labores, dolores, mortes et omnis contritio saeculi et gratia dei, qua tempore oportuno subuenit hominibus, quos adfectos docuit non de se ipsis debere praesumere. serpens, inquit, seduxit me, et manducaui: quasi cuiusquam suasio praecepto dei debuerit anteponi.

15

36. Et dixit dominus deus serpenti: quia fecisti hoc, maledictus tu ab omnibus pecoribus et ab omnibus bestiis, quae sunt super terram. super peccatum tuum et uentrem tuum ambulabis et terram edes omnes dies uitae tuae. et inimicitias ponam inter te et inter mulierem et inter semen tuum et inter semen eius. ipsa tibi seruabit caput, et tu seruabis eius calcaneum. tota ista sententia figurata est nec aliud

25

6 Gen. 3, 13 11 Ps. 40, 5 13 cf. Ps. 128, 4 19 Gen. 3, 14. 15

1 cum] tamen *b* sini *P* uelent *P* 2 inquit *S²R* 4 edi *S*
6 cap. XXXVII *E* 7 manducaui (ca s. l. m. 1) *P* 10 exercitus (ta
er.) *R* exercitatus *PSbd* 12 quoniam] quia *Sbd* 13 sic (c s. l. m. 1) *P*
14 restabat *P* mortis *PRsbd* omnes *P* 15 contritio *P* con-
tribio *R* opportuno *Ebd* 16 hi quos (hi s. l. m. 2) *R* praesum-
mere *R¹* presumere *S* 17 inquit *S* 19 serpenti (i sup. e m. 1) *P*
20 ante hoc add. tu *E²PRsd* peccoribus *S* 24 inter ante mulierem
om. *PRsbd* *fn.* inter om. *Rbd* 25 eius (corr. m. 1 ex illius) *E*
illius *bd* ipse *PS* seruauit *EP* 26 sententiam (m exp. m. 1) *P*

ei debet scriptoris fides narrationisque ueritas, nisi ne illam dictam fuisse dubitemus. quod enim positum est: et dixit dominus deus serpenti, uerba scribentis sunt; haec exigenda sunt per proprietatem. hoc ergo uerum est dictum
 5 esse serpenti. iam cetera uerba dei sunt, quae libero lectoris intellectui relinquuntur, utrum proprie an figurate accipi debeant, sicut in exordio uoluminis huius nostri praelocuti sumus. proinde quod serpens, cur hoc fecerit, non est interrogatus, potest uideri, quod non ipse utique id in sua natura
 10 et uoluntate fecerat, sed diabolus de illo et per illum et in illo fuerat operatus, qui iam ex peccato inpetatis ac superbiae suae igni destinatus fuerat sempiterno. nunc ergo quod serpenti dicitur et ad eum, qui per serpentem operatus est, utique refertur, procul dubio figuratum est; nam his uerbis
 15 temptator ille describitur, qualis generi humano futurus esset, quod genus humanum propagari tunc coepit, quando haec in diabolum est tamquam in serpentem prolata sententia. haec itaque uerba quomodo figuris expositis accipienda sint, et in illis duobus aduersus Manichaeos editis libris de Genesi,
 20 quantum potuimus, disseruimus et, si quid diligentius et congruentius alias potuerimus, deus adierit, ut efficiamus; nunc tamen nostra intentio in aliud quam suscepimus nullo exigente auertenda est.

37. Et mulieri dixit: multiplicans multiplicabo

24 Gen. 3, 16

1 debet ei *bd* scribitoris *EP* narrationis quae *PR* ueritas. Ne sine illam *S* 2 dictum *E*¹ dicta *R* fuisse; *E* dubitemus fuisse *S* cap. XXXVIII *E* 3 uerba] uerba sola *PRbd* suunt *E* et haec *b* 4 sunt *s. l. m. 1 R* uere est dictum *b* 5 esse] est *PRsd* om. *b* 6 intellectu *S* relinquuntur *E*¹ relinuntur *S*¹ relinquuntur *PRb* propriae *P*¹*S* an] ac *S*¹ figuratae *E* 8 quae *E*¹*PR* 9 id (d in *n mut. m. 1*) *E* in om. *ES* 10 diabolum *E*¹ 11 ac] et *b* super-
 nie *P* 12 nunc—figuratum est om. *S* 14 his] in his *E*¹*PSd* 15 tem-
 tatur *P* futurus] profuturus *E* profuturus *P* 16 caepit *S* 19 duobus] diabolus *P*¹ manicheos *EPRS* aeditis *S* genisi *R* 21 adierit *S*¹ 22 aliud tendit quam *b* 23 aduertenda est *b* 24 Et si] inter mulierem mulieri dixit (*del. m. 1*) *P* multiplicans om. *EP*

tristitias tuas et gemitum tuum; in tristitiis paries
 filios, et ad uirum tuum conuersio tua, et ipse tui
 dominabitur. haec quoque in mulierem dei uerba figurate
 ac propheticè multo commodius intelleguntur. uerum tamen
 quia nondum pepererat femina nec dolor et gemitus parientis 5
 nisi ex corpore mortis est, quae illa praecepti transgressione
 concepta est, animalibus quidem etiam tunc membris, sed si
 homo non peccasset, non utique morituris et alio quodam
 statu feliciore uicturis, donec post uitam bene gestam in
 melius mutari mererentur, sicut iam supra pluribus locis 10
 insinuauimus, refertur haec poena et ad proprietatem litterae,
 nisi quia id, quod dictum est: et ad uirum tuum con-
 uersio tua, et ipse tui dominabitur, uidendum est,
 quemadmodum proprie possit accipi. neque enim et ante
 peccatum aliter factam fuisse decet credere mulierem, nisi ut 15
 uir ei dominaretur et ad eum ipsa seruiendo conuerteretur.
 sed recte accipi potest hanc seruitutem significatam, quae
 cuiusdam condicionis est potius quam dilectionis, ut etiam
 ipsa talis seruitus, qua homines hominibus postea serui esse
 coeperunt, de poena peccati reperiatur exorta. dixit quidem 20
 apostolus: per caritatem seruite inuicem; sed nequaquam
 diceret: inuicem dominamini. possunt itaque coniuges per
 caritatem seruire inuicem; sed mulierem non permittit
 apostolus dominari in uirum. hoc enim uiro potius sententia
 dei detulit et maritum habere dominum meruit mulieris non 25
 natura, sed culpa: quod tamen nisi seruetur, deprauabitur
 amplius natura et augebitur culpa.

21 Gal. 5, 13 24 cf. I Tim. 2, 12

3 figuratæ *EP*² 4 propheticæ *E* propheticæ *P*¹*S* b faemina *PS*
 6 praecepti *P*¹ 7 si *ex* hi *R* 9 feliciori *S* 11 poenae *P* pena *S*
 littere *R* 13 tui dominabitur] tibi dominabitur *ES* dominabitur tui *P*²*Rbd*
 14 quemadmodum *EP* propriae *P*¹*S* 15 facta *E*¹ 16 uerteretur *b*
 18 conditionis *Sbd* 19 seruitus] dixit in adam *P*¹ qua *om.* *P*¹
 hominebus *P*¹ esse serui *PRbd* 20 coeperint *b* repperiatur *EPR*
 repperi *S* 21 apostolos *P*¹ seruite (t *sup.* r m. 1) *S* 22 diceret (*in mg.* m 1
 dixerat) *S* 24 sententiam *R* sentia *P*¹ dei sententia *bd* 26 deprababitur *P*

38. Dixit ergo et ad uirum eius: quia audisti uocem mulieris tuae et edisti de ligno, de quo praeceperam tibi de eo solo non edere, maledicta terra in operibus tuis; in tristitiis edes illam omnes dies uitae tuae. spinas et tribulos edet tibi, et edes fenum agri. in sudore faciei tuae edes panem tuum, donec conuertaris in terram, ex qua sumtus es, quia terra es, et in terram ibis. hos esse in terra labores humani generis quis ignorat? et quia non essent, si felicitas quae in paradiso fuerat teneretur, non est utique dubitandum; ac per hoc etiam proprie uerba haec primitus accipere ne pigeat. seruanda tamen est et expectanda significatio prophetiae, quam maxime hic intuetur dei loquentis intentio. neque enim frustra et ipse Adam miro quodam instinctu tunc uocauit nomen mulieris suae „Uitam“, subiciens etiam: quoniam ista est mater omnium uiuentium. nam et haec non scriptoris narrantis uel adfirmantis, sed ipsius primi hominis uerba intellegenda sunt, ut diceret: quoniam haec est mater omnium uiuentium, tamquam nominis a se inpositi causam inferens, cur eam uocauerit „Uitam“.

39. Et fecit dominus deus Adae et mulieri eius tunicas pelliceas et induit eos. et hoc significationis gratia factum est, sed tamen factum, sicut illa, quae significationis gratia dicta sunt, sed tamen dicta sunt. hoc enim, quod saepe dixi nec me saepius piget dicere, a narratore rerum proprie gestarum exigendum est, ut ea narret facta

1 Gen. 3, 17—19 15 Gen. 3, 20 21 Gen. 3, 21

1 *cap. XXXVIII E* et *om. b* 2 *preceram P* *preceperam S*
 3 *aedere S* 5 *tribulos* (bu *in bo m. 1*) *E* *edet]* *det R¹* *germi-*
nabit b *faenum E* *foenum SR* 6 *reuertaris S* 7 *sumptus E²RSbd*
 8 *humano generi S* 11 *propriae P¹S* 12 *profetiae E* *maximę R*
 13 *loquentes P¹* *neque in ras. m. 2 R* 14 *miro] maiori b* *tunc]*
nunc ES *non P¹* 16 *scribtoris EP* 17 *adfirmantis* (*mir exp. m.*
 1) *E* 18 *haec om. S* 19 *nomines P¹* 20 *quur PR* 22 *tonicas S¹*
pellicias EPRS 25 *sepe PRS* *sepius P²RS* 26 *propriae RS*
om. P

esse quae facta sunt et dicta esse quae dicta sunt. sicut autem in factis quaeritur, quid factum sit et quid significet, ita in uerbis, et quid dictum sit et quid significet. siue enim figurate siue proprie dictum sit, quod dictum esse narratur, dictum tamen esse non debet putari figuratum. 5

Et dixit deus: ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis in cognoscendo bonum et malum. quoniam hoc, per quodlibet et quomodolibet dictum sit, deus tamen dixit, non aliter intellegendum est, quod ait: unus ex nobis, nisi propter trinitatem numerus pluralis accipiatur, sicut 10 dictum erat: faciamus hominem, sicut etiam dominus de se et patre: ueniemus ad eum et mansionem apud eum faciemus. replicatum est igitur in caput superbi, quo exitu concupiuerit quod a serpente suggestum est: et eritis sicut dii, ecce, inquit, Adam factus est tamquam unus ex 15 nobis. uerba enim sunt haec dei, non tam huic insultantis quam ceteros, ne ita superbiant, deterrentis, propter quos ista conscripta sunt. factus est, inquit, tamquam unus ex nobis in cognoscendo bonum et malum. quid aliud intellegendum nisi exemplum timoris incutiendi esse pro- 20 positum, quod non solum non fuerit factus, qualis fieri uoluit, sed nec illud, quod factus fuerat, conseruauit?

40. Et nunc, inquit deus, ne aliquando extendat manum et sumat de ligno uitae et edat et uiuat in aeternum. et dimisit illum dominus deus de paradiso 25

6 Gen. 3, 22 11 Gen. 1, 26 12 Ioh. 14, 23 23 Gen. 3, 22. 23

1 et] et ea (ea *add. m. 2*) R 3 et post uerbis om. PR^{1b} 4 figuratae E propriae P¹RS¹ 6 cap. XI E *Hinc excerptit Eugippius ed. Knöll 221, 12—223, 5* 8 quolibet P¹ et om. PR¹ sit (t ex d) R 9 quod] et quod b 11 hominem ad imaginem nostram S 12 patre] de patre PR^{bd} apud E¹ 14 concupierit P et eritis S: eritis EPR^{bd} Eug; sed cf. 332, 21 15 die P¹ di Eug. 17 superbiam E¹ superuiant P 18 conscripta E¹P inquit PS¹ tamquam] quasi Eug. 19 cognoscendum P 22 conseruabit E¹ 23 cap. XLI E aliquando (ali s. l. m. 1) R 24 aedat S 25 illud] (corr. m. 1) S

uoluptatis operari terram, ex qua sumtus est. superiora
 uerba dei sunt; hoc autem factum propter ipsa uerba secutum
 est. alienatus enim a uita non solum quam fuerat, si prae-
 ceptum seruasset, cum angelis accepturus, sed ab illa etiam,
 5 quam ducebat in paradiso felici quodam corporis statu,
 separari utique debuit a ligno uitae. siue quod ex ipso illi
 subsisteret felix ille ipse status corporis ex re uisibili, uirtute
 inuisibili, siue quod in eo esset et sacramentum uisibile
 inuisibilis sapientiae, alienandus inde utique fuerat uel iam
 10 moriturus uel etiam tamquam excommunicatus, sicut etiam
 in hoc paradiso, id est ecclesia solent a sacramentis altaris
 uisibilibus homines disciplina ecclesiastica remoueri.

Et eiecit Adam et conlocauit eum contra paradysum
 uoluptatis. et hoc significandi gratia factum est, sed tamen
 15 factum, ut contra paradysum, quo beata uita etiam spiritaliter
 significabatur, habitaret peccator utique in miseria. et ordi-
 nauit Cherubin et flammeam romphaeam, quae uer-
 titur, custodire uiam ligni uitae. hoc per caelestes
 utique potestates etiam in paradiso uisibili factum esse cre-
 20 dendum est, ut per angelicum ministerium esset illic ignea
 quaedam custodia: non tamen frustra factum esse nisi quia
 significat aliquid etiam de spiritali paradiso non est utique
 dubitandum.

41. Non autem ignoro quibusdam esse uisum festinatione
 25 praeuertisse illos homines adpetitum scientiae boni et mali
 et inmaturo tempore percipere uoluisse, quod eis dilatum

13 Gen. 3, 24 16 Gen. 3, 24

1 sumptus *E²PRsbd* 6 illi *om. P* 7 ipse *om. Eug.* 8 inuisi-
 bilis *S* et *om. Eug* 9 alienatus *S* 11 aeclesia *E* sacramento *S*
 12 uisibilibus (*sup. bus add. m. 1 s*) *S* aeclesiastica *E* 14 sed tamen
 factum *om. Eug.* 16 significatur *b* habitare *P* 17 cerubin *E*
 cherubim *Eug d* romfeam *E* rompheam *PS* rumphaeam *R* 18 lig-
 num *R* 21 qui *E¹* 22 paradiso spiritali *PRsbd* paradiso *om. E*
 non est] praesentia (*s. l. m. 2 add. al paradiso. non est*) *E* 24 *cap.*
 XLII *E* autem] tamen *Rb* 25 praeuertisse (*sic corr. m. 1; m. 2*
s l. add. al praeuertisse) *E* peruertisse *b*

oportunius seruabatur idque egisse temptatorem, ut praecerpendo, quod nondum talibus congruebat, offenderent deum et ab eius rei utilitate alienarentur exclusi atque damnati, ad quam si suo tempore, sicut deus uolebat, accederent, possent ea salubriter perfrui. hoc, si forte lignum illud non ad proprietatem ut uerum lignum et uera poma eius, sed ad figuram uelint accipere, habeat exitum aliquem rectae fidei ueritatique probabilem.

Uisum est et quibusdam duos illos primos homines nuptias suas fuisse furatos et ante mixtos esse concubitu, quam eos 10 qui creauerat copulasset: quam rem nomine ligni fuisse significatam, unde prohibiti erant, donec oportuno tempore iungerentur. quasi uero in ea aetate facti esse credendi sunt, ut expectanda esset maturitas pubertatis, aut non illud tunc legitimum esset, cum primum fieri potuisset, cum autem 15 non potuisset, non utique fieret; nisi forte sponsa erat a patre tradenda et expectanda erat uotorum sollemnitas et conuiuii celebritas et dotis aestimatio et conscriptio tabularum. ridiculum istuc est; praeter quod a rerum gestarum proprietate discedit, quam suscepimus adserendam et, quantum deus 20 donare uoluit, adseruimus.

42. Illud magis mouet, si iam spiritalis erat Adam, quamuis mente, non corpore, quomodo credere potuerit, quod per serpentem dictum est, ideo deum prohibuisse, ne fructu ligni illius uescerentur, quia sciebat eos, si fecissent, futuros 25 ut deos propter dinoscentiam boni et mali, tamquam hoc tantum bonum creaturae suae creator inuiderit. hoc mirum

1 opportunus *Ebd* procerpendo *S* praeoccupando *bd* 2 offendere *R*
 4 accedere *P* 5 per lignum *b* 6 pomma *R* 7 habeant *E²PR*
 recte *EPRS* ueritate quae *P* 9 cap. XLIII *E* 10 furatos] futuros *b*
 esse *om.* *b* 12 prohibeti *P* proibiti *R* opportuno *E* opportuno *bd*
 13 facti] imperfecti *S* sint *Rd* 14 pubertastis (s *exp. m. I*) *P*
 18 extimatio *E* estimatio *PS* conscribitio *EP* 19 istud *RSbd*
 preter *S* 20 discedat *b* 22 *Hinc excerpit Eugippius ed. Knöll p.*
223, 10—225, 15) cap. XLIII *E* 24 fructi *E* fructam *Eug*
 25 fecissent (nt *s. l. m. I*) *E* 26 dignoscentiam *bd* hoc] his *S*
 27 tantum] totum *b* inuiderint *P*

si homo spiritali mente praeditus credere potuisset. an quia hoc credere ipse non posset, propterea mulier addita est, quae parui intellectus esset et adhuc fortasse secundum sensum carnis, non secundum spiritum mentis uiueret, et hoc
 5 est, quod ei apostolus non tribuit imaginem dei? sic enim ait: uir quidem non debet uelare caput, cum sit imago et gloria dei; mulier autem gloria uiri est, non quo mens feminae eandem imaginem capere non possit, cum in illa gratia nos dicat nec masculum esse nec feminam,
 10 sed quod fortassis illa hoc nondum perceperat, quod fit in agnitione dei et uiro regente ac dispensante paulatim fuerat perceptura neque enim frustra et illud, quod apostolus ait: Adam enim primus formatus est, deinde Eua. et Adam non est seductus, mulier autem seducta in praeuari-
 15 catione facta est, id est ut per illam etiam uir praeuari- caretur. nam et ipsum dicit praeuaricatorem, ubi ait: in similitudinem praeuari- cationis Adae, qui est forma futuri, seductum tamen negat. nam et interrogatus non ait: mulier, quam dedisti mecum, seduxit me, et manducaui,
 20 sed, ipsa mihi, inquit, dedit a ligno, et manducaui; illa uero, serpens, inquit, seduxit me.

Ita Salomon, uir tantae sapientiae, numquidnam credendum est, quod in simulacrorum cultu credidit esse aliquid utilitatis? sed mulierum amori ad hoc malum trahenti resistere non
 25 ualuit, faciens quod sciebat non esse faciendum, ne suas, quibus deperibat atque defluebat, mortiferas delicias con-

6 I Cor. 11, 7 9 cf. Gal. 3, 27. 28 13 I Tim. 2, 13. 14
 16 Rom. 5, 14 22 cf. III Reg. 11, 4

2 crede *P*¹ propterea *P*¹ adita *E*¹*P*¹ 3 et *om. Eug.* 8 quof
 quod *Rd* eadem *P* 9 in *om. Eug.* 11 agnitionem *PR* 12 et]
 est *Rbd* quod *om. P*¹*S Eug.* ait *om. S* 13 eua *S* 15 est *om. P*
 praeuariicaretur *S* 16 praeuaricatorem *S* 17 similitudine *Eug* 20 mihi
 post dedit legitur in *Eug* 21 inquit *P om. S* 22 tante *S* nun-
 quidno *b* credendus *S* 23 aliquid ꝑꝑ aliquid utilitatis (*m. 1 exp.*) *P*
 24 amore *PS* 25 eualuit *PRbdEug* non *om. Eug* faciendum]
 faciendum minime *Eug.* 26 fluebat *S* difflebat *d*

tristaret. ita et Adam, posteaquam de ligno prohibito seducta mulier manducauit eique dedit, ut simul ederent, noluit eam contristare, quam credebat posse sine suo solacio contabescere, si ab eius alienaretur animo, et omnino illa interire discordia, non quidem carnis uictus concupiscentia, quam nondum senserat in resistente lege membrorum legi mentis suae, sed amicali quadam beniuolentia, qua plerumque fit, ut offendatur deus, ne homo ex amico fiat inimicus: quod eum facere non debuisse diuinae sententiae iustus exitus indicauit.

Ergo alio modo quodam etiam ipse deceptus est; sed dolo illo serpentino, quo mulier seducta est, nullo modo illum arbitrator potuisse seduci. hanc autem proprie seductionem appellauit apostolus, qua id, quod suadebatur, cum falsum esset, uerum putatum est, id est quod deus ideo lignum illud tangere prohibuerit, quod sciebat eos, si tetigissent, uelut deos futuros, tamquam eis diuinitatem inuideret, qui eos homines fecerat. sed etiam si uirum propter aliquam mentis elationem, quae deum internorum scrutatorem latere non poterat, sollicitauit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierem uideret accepta illa esca non esse mortuam, secundum ea, quae superius tractauimus, non tamen eum arbitrator, si iam spiritali mente praeditus erat, ullo modo credere potuisse, quod eos deus ab esca illius ligni inuidendo uetuisset. sed quid plura? persuasum est illud peccatum, sicut persuaderi talibus posset; conscriptum est autem, sicut legi ab omnibus oporteret, etsi a paucis haec intellegerentur, sicut oporteret.

2 muliere S¹ 3 contristari b solatio RSbd 4 illam S 5 non* R
7 ueniouolentia E¹ beneuolentia Sbd 8 non facere Eug 9 debuisse
om. Eug diuine P 10 quodam modo b 12 post seduci sequitur:
in illo modo quo illa (illam R) potuit in Rbd, in P add. haec uerba
m. rec. propriae P¹SC 13 apostulos P¹ quia S it S¹ esse S¹
20 acceptam E eam E 21 q; R¹ 22 preditus S 24 illum E 25 con-
scribitum E¹ omnibus] hominibus EPS 26 pr. oportet P Expl lib
undecimus incipiunt capitula libri duodecimi fol. 183 E Explicit liber XI (litt.
mai. rubr.) fol. 303 P Explic lib undecim' aureli augustini, Incip lib duo-
decim fol. 215^b R Expl' cit liber undecim' (litt. mai. atr.). Incipit lib duodecim'
(litt. rubric.) pag. 309 S Explicit ·XI· Incipit liber duodecimus fol. 102* C

LIBER DUODECIMUS.

1. Ab exordio scripturae sanctae, quae inscribitur Genesis, donec homo primus de paradiso dimissus est, undecim libris siue adserendo atque defendendo, quae certa nobis sunt, siue
 5 inquirendo, arbitrando, ambigendo de incertis, quae potuimus et sicut potuimus, disseruimus atque conscripsimus, non tam praescribentes de rebus obscuris unicuique quid sentiat, quam nos docendos in quibus dubitauimus ostendentes temeritatemque adfirmandi amouentes a lectore, ubi non ualuimus praebere
 10 scientiae firmitatem. iste autem duodecimus liber ea iam cura expeditus, qua nos pertractandus textus sacrarum litterarum occupabat, liberius atque prolixius uersabit de paradiso quaestionem, ne putemur euitasse, quod uidetur apostolus in tertio caelo insinuare paradysum, ubi ait: scio hominem
 15 in Christo ante annos quattuordecim, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, deus scit, raptum eius modi usque in tertium caelum. et scio eius modi hominem, siue in corpore siue extra corpus nescio, deus scit, quia raptus est in paradysum et audiuit
 20 ineffabilia uerba, quae non licet homini loqui.

In his uerbis primum quaeri solet, quid dicat tertium caelum, deinde, utrum illic uoluerit intellegi paradysum, an, posteaquam raptus est in tertium caelum, raptum esse et in

15 II Cor. 12, 2—4

1 Explicuerunt capitula incipit liber duodecimus fol. 186 E Incipit liber duodecimus (*litt. unc. rubr.*) fol. 304^a P 2 scripturae EP que R inscribitur R 3 dimissus R 4 adque P 5 arbitrando om. PR¹bd et ambigendo PR¹bd 6 atque (que m. 2 s. l.) E conscripsimus E¹P 8 temeritatemque (æ in ras.) S 9 praeuere P prebere S 10 scientiae] sententiae Pd 11 expeditis ER¹S¹ litterum P¹ 12 atque] at E¹ uersauit E¹P in paradyso E 13 questionem S 15 ante s. l. m. 1 S quattuordecim Pbd XIII C 17 huiusmodi S in] ad S, (s. l. m. 2 at ad) E huiusmodi SC 20 que S hominibus (s. l. m. 2 at homini) E 21 cap. I E quari R¹ queri S tertium (r *litt. decerp. est*) E 22 intelligi uoluerit bd 23 uocabulū in ante tertium *litt. n decerpta est E*

paradisum, ubicumque sit paradisus, non ut hoc fuerit rapi in tertium caelum, quod in paradisum, sed prius in tertium caelum et post inde in paradisum. et hoc sic ambiguum est, ut non mihi uideatur posse dissolui, nisi aliquis non ex praesentibus apostoli uerbis, sed ex aliis forte scripturarum locis uel ratione 5 perspicua inueniat aliquid, quo doceat siue in tertio caelo esse paradisum siue non esse, cum et ipsum tertium caelum quid sit non liquido adpareat, utrum in rebus corporalibus, an forte in spiritalibus intellegendum sit. posset quidem dici non nisi in locum aliquem corporalem hominem rapi potuisse 10 cum corpore; sed quia et hoc ita posuit, ut nescire se dixerit, utrum in corpore an extra corpus raptus sit, quis audeat dicere se scire, quod se nescire apostolus dixit? uerum tamen si neque spiritus sine corpore ad loca corporalia rapi potest nec corpus ad spiritalia, haec ipsa dubitatio eius uelut cogit 15 intellegi — siquidem de se ipso haec eum scripsisse nemo ambigit — tale fuisse illud, quo raptus est, quod, utrum corporale an spiritale esset, dinosci discernique non posset.

2. Cum enim uel in somnis uel in extasi corporum exprimuntur imagines, non discernuntur omnino a corporibus, 20 nisi cum homo redditus sensibus corporis recognoscit se in illis fuisse imaginibus, quas non per sensus corporis hauriebat. quis enim, cum a somno euigilauerit, non continuo sentiat imaginaria fuisse, quae uidebat, quamuis, cum ea uideret dormiens, a uigilantium corporalibus uisis discernere non 25 ualebat? quamquam mihi accidisse scio et ob hoc etiam aliis accidere potuisse uel posse non dubito, ut in somnis uidens in somnis me uidere sentirem illasque imagines, quae ipsam nostram consensionem ludificare consuerunt, non esse uera

1 paradys *E* ubique *b* fuerit] fieri. (t *euang.*) *E* rapi *R*¹
 5 scribaturarum *EP* 6 p̄spicua *S* quo] quod *ERb* 13 se nescire] senescere *P* cap. II *E* 16 se *om.* *S* scripsisse *E*¹*P* 18 dinosci *P* dignosci *d* possit *P* 19 extasi *d* 20 imagines (ma *s. l. m. 1*) *P* 22 sensum *PRbd* corporis (p̄ *desect.*) *E* auriebat *S* 25 a *om.* *S, R*; sed *ex init.* e *sequentis uocab.* a *fact.* euigilantium *SR*¹
 28 in somnis *om.* *b* illasquae *P* 29 consueuerunt *PRbd*

corpora, sed in somnis eas praesentari firmissime etiam dormiens tenerem atque sentirem. hoc tamen fallebar aliquando, quod amico meo, quem similiter in somnis uidebam, id ipsum persuadere conabar non esse illa corpora, quae uidebamus. 5 sed esse imagines somniantium, cum et ipse utique inter illa sic mihi adpareret, quomodo illa : cui tamen et hoc dicebam neque id uerum esse, quod pariter loqueremur, sed etiam ipsum tunc aliud aliquid uidere dormientem et, utrum ista ego uiderem, omnino nescire. uerum cum eidem ipsi per- 10 suadere moliebar, quod ipse non esset, adducebar ex parte etiam putare esse ipsum, cui profecto non loquerer, si omni modo sic adficerer, quod ipse non esset. ita non poterat quamuis mirabiliter uigilans anima dormientis nisi duci imaginibus corporum, ac si corpora essent ipsa.

15 In extasi autem unum audire potui et eum rusticanum uix ualentem quod sentiebat exprimere, qui et uigilare se sciret et uidere quiddam non oculis corporis. nam, ut eius uerbis utar, quantum recolere possum, „anima mea, inquit, uidebat eum, non oculi mei; non tamen sciebam, utrum 20 corpus esset an imago corporis“. non enim erat talis, ut ista discerneret, uerum tamen simpliciter fidelis, ut eum sic audirem, ac si illud, quod se uidisse narrabat, ipse uidissem.

Ac per hoc si paradisum Paulus ita uidit, ut adparuit Petro ille discus submissus e caelo, ut Iohanni quidquid in 25 Apocalypsi se uidisse conscripsit, ut Ezechieli campus ille

24 cf. Act. 10, 11 24 cf. Apoc. 1, 12—20 25 cf. Ezech. 37, 1—10

1 ea b 2 fallebat *E*¹ 5 illas *P* illos *Rb* 6 tamen *om.* *Pd*
dicebat *E*¹ 7 uid (*exp. m. 1*) *R* 8 aliquid (*li s. l. m. 1*) *P* ego
ista *S* 9 omni nono *P* nescire* (*m er.*) *E* nescirem *S* non scire *Rbd*
cap. III E 10 molibar *E*¹ 11 ipsum (*ipsom P*¹) putare esse *PRSbd*
12 afficerer *S*¹ ita *E*¹ 14 ipsa essent *PRSbd* 15 extasi *P* ecstasi *d*
17 quidam *P* 18 inquit *E*¹*PR* 19 sciebat *PRSbd* 20 an] aut *b*
21 tamen] tam *Sd* 24 summissus *E*²*PRS* ioanni *bd* 25 apocalipsi *SR*
conscripsit *E*¹*P* ezechieli (*init. e ex h m. 1*) *E* hiezechieli *P*
hezechieli *S*

cum ossibus mortuorum et illa eorum resurrectio, ut Esaiæ sedens deus et in conspectu eius Seraphin et ara, unde carbo adsumtus prophetae labia mundauit: manifestum eum est ignorare potuisse, utrum in corpore an extra corpus ea uiderit.

3. Sed, si extra corpus uisa sunt et corpora non fuerunt, adhuc quaeri potest, utrum imagines corporum fuerint an ea substantia, quae nullam corporis similitudinem gerit, sicut deus, sicut ipsa mens hominis uel intellegentia uel ratio, sicut uirtutes, prudentia, iustitia, castitas, caritas, pietas et quaecumque aliae sunt, quas intellegendo atque cogitando enumeramus, discernimus, definimus, non utique intuentes liniamenta earum uel colores aut quomodo sonent aut quid oleant aut quid in ore sapiant aut quid contrectantibus de calore seu frigore, mollitudine seu durtia, lenitate seu asperitate renuntient, sed alia quadam uisione, alia luce, alia rerum euidentia et ea longe ceteris praestantiore atque certiore.

Rursus igitur ad eadem ipsa apostoli uerba redeamus et ea diligentius perscrutemur hoc sine dubitatione primitus constituto multo magis atque inconparabiliter amplius apostolum scisse, quod de incorporea corporeaque natura nos ut sciamus utcumque conamur. si ergo sciebat spiritalia per corpus, corporalia extra corpus uideri omnino non posse, cur non per ea ipsa, quae uidit, quomodo etiam potuerit uidere, discreuit? si enim certus erat illa esse spiritalia, cur non consequenter extra corpus ea se uidisse certus nihilominus erat? si autem corporalia esse nouerat, nonnisi per corpus uideri potuisse

1 cf. Es. 6, 1—7

1 aesaiae *P* esiae *S* isaiae *b d* 2 serafin *E* seraphim *P d* seraphin
(in *ex im*) *R* 3 assum tus *P* adsumptus *S* assumptus *R b d* prophete *P*
prophetæ *R* est eum *PR S b d* 11 diffinimus *b* 12 lineamenta *d*
13 oleat *P¹* redoleant *R b* *pr.* quid] qui *P* 14 siue asperitate *PR S*
15 renuntiant *S* renunciant *R* 16 ea *s. l. m. 2 a l* alias) *E* præ-
stantiore (en *er*; n *s. l. m. 1*) *E* 17 et] et ut *b* 18 prescrutemur *S*
20 de] deinde *E* corporeaque (*pr. e s. l. m. 1*) *R*
scimus *E¹* 21 *cap. IIII E* 22 quur *PR* per ea] præterea *R*
24 quur *PR*

cur non etiam nouerat? unde ergo dubitat, utrum in corpore an extra corpus ea uiderit, nisi forte ita etiam dubitat, utrum illa corpora an similitudines corporum fuerint? prius itaque uideamus, quid sit in uerborum istorum contextione, unde non
 5 dubitet, atque ita, cum remanserit unde dubitet, fortassis ex his, de quibus non dubitat, quomodo etiam illud dubitet adparebit.

Scio, inquit, hominem in Christo ante annos quattuordecim, siue in corpore nescio, siue extra corpus
 10 nescio, deus scit, raptum eius modi usque in tertium caelum. scit ergo ante annos quattuordecim in Christo raptum hominem usque ad tertium coelum. hoc omnino non dubitat, nec nos ergo debemus. sed utrum in corpore an extra corpus, dubitat: unde illo dubitante quis nostrum certus esse
 15 audeat? num forte hinc etiam illud consequens erit, ut tertium caelum fuisse dubitemus, quo raptum hominem dixit? si enim res ipsa demonstrata est, tertium caelum demonstratum est; si autem imago aliqua corporalium similis facta est, non erat illud tertium caelum, sed illa ostensio sic ordinata est, ut
 20 uideretur sibi ascendere primum caelum, super quod uideret alterum, quo rursus ascendens iterum alterum uideret superius, quo cum peruenisset, posset dicere se in tertium caelum raptum. sed illud, quod tertium caelum esset, quo raptus est, neque dubitauit neque dubitare nos uoluit. ad hoc enim
 25 praemisit „scio“ et inde coepit, ut quod se scire apostolus dicit, solus ille non credat uerum esse, qui non credit apostolo.

4. Scit ergo hominem raptum esse usque in tertium caelum. proinde illud, quo raptus est, uere tertium caelum

8 II Cor. 12, 2

1 quur *PR* dubitat (*s. l. m. 2 a1 bat*) *E* 2 dubitat (*s. l. m. 2 a1 bat*) *E* dubitet *b* 3 fuerunt *P* *cap. V E* 4 conexione *R1b*
 5 adque *E1S* 8 inquit *E1R* 9 corpus] *corpos P1* 10 renescio (*re exp. m.*
 1) *P* huiusmodi *S* in] ad *E sed cf. 379, 17* 13 debemus]
 dubitemus *bd* 21 quo *om. S* 22 puinisset *P* 23 illa *P1* 25 cepit *S*
 ut *om. P1* quod] id quod *P2Rbd* se *om. P* 27 *cap. VI E*
 ergo] enim *S* 28 quo] in quod *b*

est, non signum aliquod corporale, quod cum ostenderetur Moysi, usque adeo sentiebat aliud esse ipsam dei substantiam, aliud uisibilem creaturam, in qua se deus humanis et corporalibus sensibus praesentabat, ut diceret: ostende mihi temet ipsum, nec aliqua imago rei corporalis, quam cum Iohannes uideret in spiritu quaerebat, quid esset, eique respondebatur uel: ciuitas est uel: populi sunt uel aliquid aliud, cum uideret ille bestiam siue mulierem siue aquas siue quid eius modi, sed, scio, inquit, raptum hominem usque in tertium caelum. 10

Quodsi spiritalem imaginem corporali similem caelum appellare uoluisset, sic erat etiam imago corporis eius, in qua illuc raptus ascenderat. sic ergo et suum corpus appellaret quamuis imaginem corporis, quomodo illud caelum quamuis imaginem caeli, neque curaret discernere, quid sciret et quid nesciret, id est quia sciret raptum hominem usque ad tertium caelum, nesciret autem, utrum in corpore an extra corpus, sed simpliciter narraret uisionem earum rerum nominibus appellans illa, quae uidit, quarum erant similia. nam et nos dicimus, cum somnia nostra narramus uel aliquam in eis reuelationem: uidi montem, uidi fluuium, uidi tres homines et si quid eius modi ea nomina tribuentes illis imaginibus, quae habent res ipsae, quarum similes erant; apostolus autem, illud, inquit, scio, illud nescio. 15

At si utrumque imaginaliter adparuit, utrumque pariter scitur pariterue nescitur; si autem proprie caelum — et ideo scitur — quomodo potuit imaginaliter corpus illius hominis adparere? 25

4 Exod. 38, 13 7 cf. Apoc. 17, 18. 15; 18, 1

1 esset *S* 3 aliud *R* creaturayum *S*¹ 4 presentabat *S* 5 rei] ei *E* cum *R*¹ *om. S* 6 iohannes *Sbd* in *om. S* eiquae *E*
8 alium *E*¹ 9 inquit *E*¹*P* hominem raptum *bd* 12 corporalis *P*
13 ascenderet *b* corpus (pus *s. l. add. m. 2*) *P* 15 curaret (t *in ras.*) *P* 16 et raptum *b* 18 nominibus] in hominibus *R* in hominibus (h *s. l. m. 1*) *P* 23 ipse *R* 24 inquit *E*¹*R* 25 *cap. VII E* at (t *in ras.*) *P* 26 pariterue] pariterbe *E*¹*P*¹*S* pariterue (ue *in ras. m. 2*) *R* nescitur (ne *in ras. m. 2*) *R* propriae *S*

Nam si caelum corporeum uidebatur, quare latebat, utrum corporeis oculis uideretur? si autem incertum erat, utrum oculis corporis an spiritu uideretur — et ideo dictum est: siue in corpore siue extra corpus nescio — quomodo
 5 non incertum erat et illud, utrum uere caelum corporeum uideretur an imaginaliter ostenderetur? itemque, si substantia incorporea uidebatur, non in aliqua imagine corporis, sed sicut uidetur iustitia, sapientia et si quid eius modi, et hoc erat caelum, id quoque manifestum est oculis huius corporis
 10 uideri aliquid tale non posse. ac per hoc, si aliquid tale se uidisse sciebat, non per corpus se uidisse dubitare non poterat. scio, inquit, hominem in Christo ante annos quattuordecim. hoc scio nemo dubitet, qui mihi credit; sed, utrum in corpore an extra corpus nescio, deus scit.
 15 5. Quid ergo scis, quod discernis ab eo, quod nescis, ne credentes fallantur? raptum, inquit, eundem hominem usque in tertium caelum. at illud caelum aut corpus erat aut spiritus. si corpus erat et corporeis oculis uisum est, cur illud caelum esse scitur et in corpore uisum esse nescitur?
 20 si autem spiritus erat, aut corporis imaginem praeiuit et tam incertum est utrum corpus fuerit, quam incertum est utrum in corpore uisum sit; aut sic uisum est, quomodo uidetur mente sapientia sine ullis imaginibus corporum, et nihilominus certum est uideri non potuisse per corpus. aut ergo utrumque
 25 certum est aut utrumque incertum aut quomodo certum, quod uisum est, incertum autem, per quod uisum est? manifestum est enim incorpoream naturam ab eo uideri non potuisse per corpus. corpora uero, etiam si non possent uideri sine corpore, non utique sic uidentur per corpus, sed longe ille dispar
 30 modus est, si quis est. unde mirum, si posset apostolum

3 corporeis *Rbd* an (n s. l. m. 1) *P* 10 non—sciebat a m. 2 in
 ras. *E* hac (h exp. m. 1) *S* 11 corpus *S*¹ 16 cap. VIII *E* in-
 quid *E'R* 17 at] ad *S* et *b* illud (d sup. exp. m pos. m. 1) *R*
 18 uisum (i s. l. m. 1) *E* 21 pr. est om. *P*¹ corpus] in corpus *E*
 22 sic] si *b* 23 nihilominus *S* 28 non possent] possunt *PRsbd*

tamquam simillimus fallere aut ad dubitationem cogere, ut, si corporeum caelum non corporeis oculis uidit, incertum sibi esse diceret, utrum in corpore an extra corpus id uiderit.

Restat ergo fortasse, ut, quoniam mentiri non posset apostolus, qui tanta cura egit, ut discerneret quid sciret et quid nesciret, hoc ipsum eum intellegamus ignorasse, utrum, quando in caelum tertium raptus est, in corpore fuerit, quomodo est anima in corpore, cum corpus uiuere dicitur, siue uigilantis siue dormientis siue in extasi a sensibus corporis alienata, an omnino de corpore exierit, ut mortuum corpus iaceret, donec peracta illa demonstratione membris mortuis anima redderetur et non quasi dormiens euigilaret aut extasi alienatus denuo rediret in sensus, sed mortuus omnino reuiuisceret. proinde, quod uidit raptus usque in tertium caelum — quod etiam se scire confirmat — proprie uidit, non imaginaliter. sed quia ipsa a corpore alienatio, utrum omnino mortuum corpus reliquerit an secundum modum quendam uiuentis corporis ibi anima fuerit, sed mens eius ad uidenda uel audienda ineffabilia illius uisionis abrepta sit, hoc incertum erat, ideo forsitan dixit: siue in corpore siue extra corpus nescio, deus scit.

6. Quod autem non imaginaliter, sed proprie uidetur et non per corpus uidetur, hoc ea uisione uidetur, quae omnes ceteras superat. harum species atque differentias, quantum me dominus adiuuerit, explicare curabo. ecce in hoc uno precepto cum legitur: diliges proximum tuum tamquam te

26 Matth. 22, 39

1 simillimus] simili modo *b* 2 non corporeis] incorporeis *b* non
*om. PR*¹ uidens *b* 3 uideri *E*¹ 4 ut quoniam] utique non *S*
 5 quit *R* et *om. E*¹ 6 quid] quis *R* cap. VIII *E* ignorasse
 intelligamus *b* 7 tertium caelum *PRbd* fuit *R* 8 corpus *P*¹
 dicimur *E* 9 extasi *d* 12 extasi *P* extasi *d* 14 reuiuisceret *EPR*¹*S*
 quod] quod *sq* (se s. l. exp.) *E* usque *om. ES* 15 propriae *S*¹
 16 alienata *d* 17 reliquerit *E* reliquerit *PR* 18 corpori sibi *R*
 19 arrepta *RSbd* 22 propriae *P*¹*RS* 23 pr. uidetur *om. E*¹ 25 cap.
 X *E* 26 diligis *R*

ipsum, tria uisionum genera occurrunt: unum per oculos, quibus ipsae litterae uidentur, alterum per spiritum hominis, quo proximus et absens cogitatur, tertium per contuitum mentis, quo ipsa dilectio intellecta conspicitur. in his tribus
 5 generibus illud primum manifestum est omnibus; in hoc enim uidetur caelum et terra et omnia, quae in eis conspicua sunt oculis nostris. nec illud alterum, quo absentia corpora corporalia cogitantur, insinuare difficile est; ipsum quippe caelum et terram et ea, quae in eis uidere possumus, etiam
 10 in tenebris constituti cogitamus, ubi nihil uidentes oculis corporis, animo tamen corporales imagines intuemur, seu ueras, sicut ipsa corpora uidimus et memoria retinemus, seu fictas, sicut cogitatio formare potuerit. aliter enim cogitamus Carthaginem, quam nouimus, aliter Alexandriam, quam non
 15 nouimus. tertium uero illud, quo dilectio intellecta conspicitur, eas res continet, quae non habent imagines sui similes, quae non sunt quod ipsae. nam homo uel arbor uel sol et quaecumque alia corpora, siue caelestia siue terrestria, et praesentia uidentur in suis formis et absentia cogitantur in
 20 imaginibus animo impressis et faciunt duo genera uisorum: unum per corporis sensus, alterum per spiritum, quo illae imagines continentur. dilectio autem numquid aliter uidetur praesens in specie, qua est, et aliter absens in aliqua imagine sui simili? non utique. sed quantum mente cerni potest, ab
 25 alio magis, ab alio minus ipsa cernitur; si autem aliquid corporalis imaginis cogitatur, non ipsa cernitur.

7. Haec sunt tria genera uisionum, de quibus et in superioribus libris aliquid diximus, sicut res postulare uide-

1 genera uisionum *Sbd* 4 quo* (d er.) *R* 7 absentia *P*¹ corpora
 om. *PR*¹*Sbd* 8 cogitatur *E* cogitentur *S* 9 terra *b* 12 uidemus *Pbd*
 13 formare] imaginari *b* 14 cartaginem *R* non *s. l. m.* 1 *S* 15 quo]
 quod *R* 16 non om. *P*¹ quae (sic corr. *m.* 1) *R* 17 ipse *ER*
 quaecumque (*pr. e s. l. m.* 1) *E* 19 uidentur (*n s. l. m.* 1) *E* in
 om. *PR*¹*bd* 20 inpraesis *P* inpraesis *R* 21 quo* (d er.) *E* ille *P*
 22 delictio *P* 23 praesens *S* speciae *S* 24 similis *b* 25 magis]
 maius *E*²*S*

batur, non tamen earum numerum commemorauimus; et nunc breuiter eis insinuat, quoniam suscepta quaestio flagitat, ut de his aliquanto uberius disseramus, debemus ea certis et congruis signare nominibus, ne adsidue circumloquendo moras faciamus. primum ergo appellemus corporale, quia per corpus percipitur et corporis sensibus exhibetur; secundum spiritale: quidquid enim corpus non est et tamen aliquid est, iam recte spiritus dicitur et utique non est corpus, quamuis corpori similis sit, imago absentis corporis, nec ille ipse obtutus, quo cernitur; tertium uero in intellectu, quia mentale a mente ipsa uocabuli nouitate nimis absurdum est ut dicamus.

Horum uocabulorum rationem si subtilius reddam, et prolixior et perplexior sermo erit, cum hoc uel nulla uel certe non tanta necessitas exigit. satis est ergo scire corporale aliquid uel proprie dici, cum de corporibus agitur, uel etiam translato uocabulo, sicut dictum est: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. neque enim diuinitas corpus est, sed quia sacramenta ueteris testamenti appellat umbras futuri, propter umbrarum conparationem corporaliter dixit habitare in Christo plenitudinem diuinitatis, quod in illo impleantur omnia, quae illis umbris figurata sunt, ac sic quodammodo umbrarum illarum ipse sit corpus, hoc est figurarum et significationum illarum ipse sit ueritas. sicut ergo ipsae figurae significatiue translato utique uocabulo non proprie dictae sunt umbrae, ita et quod ait plenitudinem diuinitatis corporaliter habitare translato uerbo usus est.

16 Coloss. 2, 9. 17

1 earum] earum rerum *S* eorum *Pbd* 2 breuiter *E*¹ questio *S*
 4 significare *b* asiduae *R* adsidue *S* 5 cap. XI *E* appellemus
 (e fin. ex a m. 1) *E* 6 percipit *b* corporis (i ex e m. 2) *P* 7 quic-
 quid *E*²*R* rectae *R* 9 optutus *S* 10 mentale] mente *S* 11 a
 (sup. o scr. m. 1) *P* uocauli *E*¹ 13 certe (cer s. l. m. 1) *E*
 14 cap. XII *E* 15 propriae *P*¹*S* 16 uocaulo *E* 19 umbras *R*¹
 21 impleantur *E* illis] in illis *P*²*Rbd* 22 sic] si *S* quoddam-
 modo *P* 24 significatiue *ESb* (uae) *PR* uocaulo *E*¹ 25 pro-
 priae *P*¹*S*¹*R* 26 a uoce translato inc. cap. XIII *E*

Spiritale autem pluribus modis dicitur. nam et corpus. quod futurum est in resurrectione sanctorum, spiritale appellat apostolus, ubi ait: seminatur corpus animale, surget corpus spiritale, eo quod miris modis ad omnem facilitatem et incorruptionem spiritui subdatur et sine ulla indigentia corporalium alimentorum solo uiuificetur spiritu, non quod incorpoream substantiam sit habiturum; neque enim et hoc corpus, quale nunc habemus, animae habet substantiam et hoc est quod anima, quia dictum est animale. item spiritus dicitur uel aer iste uel flatus eius, id est motus eius, sicut dictum est: ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis. dicitur etiam spiritus anima siue pecoris siue hominis, sicut scriptum est: et quis scit, spiritus filiorum hominis si ascendat ipse sursum, et spiritus pecoris si descendat ipse deorsum in terram? dicitur spiritus et ipsa mens rationalis, ubi est quidam tamquam oculus animae, ad quem pertinet imago et agnitio dei. unde dicit apostolus: renouamini spiritu mentis uestrae et induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est, cum et alibi dicat de interiore homine: qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. item cum dixisset: igitur ipse ego mente seruo legi dei, carne autem legi peccati, alio loco eandem sententiam commemorans, caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, ut non ea quae uultis faciatis, quam dixit mentem, hunc etiam spiritum appellauit. dicitur spiritus etiam deus, sicut ait dominus in euangelio: spiritus est deus; et eos, qui adorant eum, in spiritu et ueritate oportet adorare.

8 I Cor. 15, 44 11 Ps. 148 8, 13 Eccle. 3, 21 18 Ephes. 4.
23. 24 20 Col. 3, 10 22 Rom. 7, 25 24 Gal. 5, 17 28 Ioh. 4, 24

8 seminatur *S*¹ resurget *Pbd* resurgit *R* 5 subdatur *S* 9 animale *om.* *P* spatio uacuo 10 pr. uel *om.* *P*¹ 13 homines *R* scit] scit si *E* 15 in terram] interdum *S* 16 rationalis *R* 20 alibi] alii (*in mg. add. b m. rec.*) *P* agnitione *E*¹ 22 legi (*i ex e m. 1*) *R*
24 commemorans *P* aduersum *S* 26 hunc] hanc *PRbd*

8. Ex his omnibus modis, quos commemorauimus, quibus appellatur spiritus, non traximus hoc uocabulum, quo appellauimus spiritale hoc uisionis genus, de quo nunc agimus, sed ex illo uno modo, quem inuenimus in epistula ad Corinthios, quo spiritus a mente distinguitur euidentissimo testimonio. si enim orauero, inquit, lingua, spiritus meus orat; mens autem mea infructuosa est. cum ergo lingua intellegatur hoc loco dicere obscuras et mysticas significationes, a quibus si intellectum mentis remoueas nemo aedificatur audiendo, quod non intellegit — unde etiam dicit: qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed deo; nemo enim audit, spiritus autem loquitur mysteria — satis indicat eam se linguam hoc loco appellare, ubi sunt significationes uelut imagines rerum ac similitudines, quae ut intellegantur indigent mentis obtutu. cum autem non intellegantur, in spiritu eas dicit esse, non in mente: unde apertius ait: si benedixeris spiritu, qui subplet locum idiotae quomodo dicet „amen“ super tuam benedictionem, quandoquidem nescit, quid dicas? quia ergo etiam lingua, id est membro corporis, quod mouemus in ore, cum loquimur, signa utique rerum dantur, non res ipsae proferuntur, propterea translato uerbo linguam appellauit quamlibet signorum prolationem, priusquam intellegantur: quo cum intellectus accesserit, qui mentis est proprius, fit reuelatio uel agnitio uel prophetia uel doctrina. proinde ait: si uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero, nisi loquar uobis in reuelatione aut in agnitione aut

6 I Cor. 14, 14. 2. 16. 6

1 et ex E 4 epistola Rbd 6 sic E 7 cap. XIII E 8 linguam E linguam PRSd et] est P¹ mysticas S 9 si om. R 10 edificatur P aedificator (sed sup. o add. m. 1 v) R quod (d s. l. m. 1) R 13 mysteria S appellari S 15 obtutum E obtuta P intuitu b 17 qui] quis ESb suplet E¹ 18 ideote P 19 dicas E² PRSbd: dicat E¹ 20 membra P¹ 21 ipse R 24 cap. XV E quod P intellectum S adcesserit P 25 profetia E propheta R doctrinam (m exp. m. 1) P 27 nisi] nisi] E nisi si R

in prophetia aut in doctrina? id est: cum signis, hoc est linguae accesserit intellectus, ut non spiritu tantum, sed etiam mente agatur quod agitur.

9. Proinde, quibus signa per aliquas rerum corporalium
 5 similitudines demonstrabantur in spiritu, nisi accesserat mentis officium, ut etiam intellegerentur, nondum erat prophetia; magisque propheta erat, qui interpretabatur, quod alius uideret, quam ipse qui uideret. unde adparet magis ad mentem pertinere prophetiam quam ad istum spiritum, qui modo quodam
 10 proprio uocatur spiritus, uis animae quaedam mente inferior, ubi corporalium rerum similitudines exprimentur. itaque magis Ioseph propheta, qui intellexit, quid significarent septenae spicae et septenae boues, quam Pharaon, qui eas uidit in somnis; illius enim spiritus informatus est, ut uideret, huius
 15 mens inluminata, ut intellegeret. ac per hoc in illo erat lingua, in isto prophetia, quia in illo rerum imaginatio, in isto imaginationum interpretatio. minus ergo propheta, qui rerum, quae significantur, sola ipsa signa in spiritu per rerum corporalium imagines uidet, et magis propheta, qui solo
 20 earum intellectu praeditus est; sed maxime propheta, qui utroque praecellit, ut et uideat in spiritu corporalium rerum significatiuas similitudines et eas uiuacitate mentis intellegat, sicut Danihelis excellentia temptata est et probata qui regi et somnium, quod uiderat, dixit et, quid significaret, aperuit.
 25 et ipsae quippe imagines corporales in spiritu eius expressae

12 cf. Gen. 41, 1—82 23 cf. Dan. 2, 27—45; 4, 16—24

2 lingua *PR* 3 mentem *P*¹ 5 similitudinis *P*¹ similitudines *S*
 accessisset *PR*¹*bd* 6 profetia *E* prophetiam *P*¹ prophetia (i s. l. m. 1) *R*
 propheta *b* 7 profeta *E* propheta *R* interpretaebatur *ER* inter-
 petrabatur *P* 9 prophetaetiam *R* cap. XVI *E* 11 itaque *P*¹
 12 et 13 septenae] septem *PR*¹*bd* 15 illuminata (ta in ras. m. 2) *R*
 16 prophetaetia *R* 17 histo *S* interpretaetio *EPR* prophetaetia *R*
 18 significabantur (ba s. l. m. 1) *S* 19 sola *E* solum *R* 20 prae-
 dictus (c exp. m. 1) *EP* maxime] et maxime *R*¹*bd* 21 utroquae *P*¹
 et om. *P*¹*R*¹ 22 intellegatur *P* 23 danielis *bd* 25 ipse *PR*¹*b*
 expresse *R*

sunt et earum intellectus reuelatus in mente. ex hoc ergo modo, quo appellatur in ista distinctione spiritus, secundum quem dixit apostolus: orabo spiritu, orabo autem et mente, ut et signa rerum formarentur in spiritu et eorum refulgeret intellectus in mente: secundum hanc, inquam, 5 distinctionem spirituale nunc appellauimus tale genus uisorum, quali etiam corporum absentium imagines cogitamus.

10. Intellectuale autem illud excellentius, quod mentis est proprium. nec mihi occurrit omnino ita pluribus modis dici posse intellectum, sicut spiritum multis modis appellatum 10 esse conperimus; siue autem intellectuale dicamus siue intellegibile, hoc idem significamus. quamquam nonnihil interesse nonnulli uoluerint, ut intellegibilis sit res ipsa, quae solo intellectu percipi potest. intellectualis autem mens, quae intellegit; sed esse aliquam rem quae solo intellectu cerni 15 possit ac non etiam intellegat magna et difficilis quaestio est. esse autem rem, quae intellectu percipiat et non etiam intellectu percipi possit, non arbitror quemquam uel putare uel dicere; mens quippe non uidetur nisi mente. quia ergo uideri potest. intellegibilis, quia et uidere, intellectualis est 20 secundum illam distinctionem. quapropter sequestrata illa difficillima quaestione, utrum sit aliquid, quod tantum intellegatur nec intellegat, nunc intellectuale et intellegibile sub eadem significatione appellamus.

11. Tria igitur ista genera uisorum, corporale, spirituale, 25 intellectuale, singillatim consideranda sunt, ut ab inferioribus ratio ad superiora conscendat. iam quidem superius exemplum

3 I Cor. 14, 15

1 earum (a s. l. m. 1) R cap. XVII E ergo om. S¹ 3 spu. R
 7 quale PR¹ corporeum R 9 occurret S 10 intellectu S
 13 uoluerunt Pbd ualuerunt R¹ intellegibiles R 16 posset S
 magnaę (e m. 1 exp.) P 18 posset S 20 et uideri PR¹ 21 seque-
 strata P 24 eandem P¹ significationem EP¹ 25 uisorum] uisi-
 onum Sbd 26 et intellectuale E²PRbd singillatim S¹ 27 con-
 scendat (alt. c s. l. m. 1) E

proposuimus, quo in una sententia omnia tria genera uideantur. cum enim legitur: diliges proximum tuum tamquam te ipsum, corporaliter litterae uidentur, spiritaliter proximus cogitatur, intellectualiter dilectio conspicitur. sed et litterae
 5 absentes possunt spiritaliter cogitari et proximus praesens potest corporaliter uideri, dilectio autem nec per substantiam suam potest oculis corporis cerni nec per imaginem corpori similem spiritu cogitari, sed sola mente, id est intellectu, cognosci et percipi. corporalis sane uisio nulli horum generi
 10 praesidet, sed quod per eam sentitur, illi spiritali tamquam praesidenti nuntiatur. nam cum aliquid oculis cernitur, continuo fit imago eius in spiritu; sed non dinoscitur facta, nisi cum ablati oculis ab eo, quod per oculos uidebamus, imaginem eius in animo inuenerimus. et siquidem spiritus
 15 inrationalis est, ueluti pecoris, hoc usque oculi nuntiant; si autem anima rationalis est, etiam intellectui nuntiatur, qui et spiritui praesidet, ut, si illud, quod hauserunt oculi atque id spiritui, ut eius illic imago fieret, nuntiauerunt, alicuius rei signum est, aut intellegatur continuo, quid significet, aut
 20 quaeratur, quoniam nec intellegi nec requiri nisi officio mentis potest.

Uidit rex Baltasar articulos manus scribentis in pariete continuoque per corporis sensum imago rei corporaliter factae spiritui eius impressa est atque ipso uiso facto ac praeterito
 25 illa in cogitatione permansit. uidebatur in spiritu et non intellegebatur, nec tunc intellectum erat hoc signum, cum corporaliter fieret atque oculis corporalibus adpareret, iam

2 Matth. 22, 39

1 proposuimus (i s. l. m. 1) P omnia om. E¹ uideantur genera PRbd 2 diligis R 7 corporis sim. PSbd 9 cap. XVIII E orum R 10 ea P¹ 11 praesidenti S praesenti PR aliquit P 12 dinoscitur (s exp. m. 1) P dignoscitur bd 15 supra ueluti add. m. 2: etiāsi n̄ intellectui E pe. coris (c er.) E 17 praesidet R hauserunt] auerunt E¹ 19 quid P¹ 22 baldasar S balthasar bd 23 sensum E 24 inpraessa PR 25 uidebantur E et om. b non] nondum PRbd

tamen signum esse intellegebatur id habens ex mentis officio. et quia requirebatur, quid significaret, etiam ipsam inquisitionem utique mens agebat. quo non conperto Danihel accessit et spiritu prophetico mente inlustrata perturbato regi, quid illo signo portenderetur, aperuit, ipse potius propheta per hoc 5 genus uisionis, quod mentis est proprium, quam ille, qui et signum corporaliter factum corporaliter uiderat et transacti eius imaginem in spiritu cogitando cernebat nec aliquid intellectu poterat nisi nosse signum esse et, quid significaret, inquirere. 10

Uidit Petrus in alienatione mentis uas quattuor lineis alligatum submitti de caelo, plenum uariis animalibus, cum audiuit et uocem: macta et manduca. qui cum redditus sensibus de uisu disceptaret, ecce quos Cornelius miserat nuntiauit ei spiritus dicens: ecce, uiri quaerunt te; sed 15 surge, descende et uade cum illis, quia ego misi eos. qui cum uenisset ad Cornelium, quid in illa uisione intellexerit, ubi audierat: quae deus mundauit, tu ne communia dixeris, ipse indicauit dicens: et mihi deus ostendit neminem communem aut inmundum dicere 20 hominem. cum ergo illum discum uideret alienatus a corporis sensibus, et illas uoces „macta et manduca“ et „quae deus mundauit, tu communia ne dixeris“ in spiritu audiebat. redditus autem corporis sensibus id ipsum, quod uisum atque auditum memoria tenuerat, in eodem spiritu 25 cogitando cernebat. quae omnia non corporalia, sed corporalium imagines erant, siue cum primum in ipsa alienatione uisae

3 cf. Dan. 5, 5—28 11 cf. Act. 10, 10—28 22 Act. 10, 13. 15

2 requirebatur (r *med. s. l. m. 1*) P 3 daniel *bd* 4 profetico E
5 portenderetur] ostenderetur S 7 transacto S 10 inquireret (t *exp. m. 1*) S 12 summitti *EPRS* de caelo summitti S 13 et uocem (et *s. l. m. 1*) E cum] circum S 15 ei] eos *EPR'S* spiritus (*s. l. m. 1*) E 16 et uade] uade E 18 commune (*s. l. m. 2 add. al nia*) E *cōe b* 19 ipsi *b* indicauit (u *ex t m. 1*) E et *scripsi*: sed *libri* 20 inmundum *E'* hominem dicere *PRSBd*
21 alienatus (*i s. l. m. 1*) R 25 tenuerit *b*

sunt siue cum postea recordatae atque cogitatae. cum uero
 disceptabatur et requirebatur, ut illa signa intellegerentur,
 mentis erat actio conantis, sed deerat effectus, donec nuntiati
 sunt qui uenerunt a Cornelio; hac uero corporali etiam
 5 accedente uisione, cum et spiritus sanctus rursus in spiritu
 ei diceret: uade cum eis, ubi et illud signum ostenderat
 et inpresserat uoces, adiuta diuinitus mens intellexit, quid
 illis signis omnibus ageretur. his atque huius modi rebus
 diligenter consideratis satis adparet corporalem uisionem
 10 referri ad spiritalem eamque spiritalem referri ad intel-
 lectualem.

12. Sed cum uigilantes neque mente a sensibus corporis
 alienata in uisione corporali sumus, discernimus ab ea
 uisione spiritalem, qua corpora absentia imaginaliter cogi-
 15 tamus, siue memoriter recordantes, quae nouimus, siue
 quae non nouimus et tamen sunt in ipsa spiritus cogitatione
 utcumque formantes siue quae omnino nusquam sunt pro
 arbitrio uel opinatione fingentes. ab his omnibus ita dis-
 cernimus illa corporalia, quae uidemus et in quibus praesentibus
 20 sunt sensus corporis nostri, ut non dubitemus haec esse
 corpora, illas uero imagines corporum. cum autem uel nimia
 cogitationis intentione uel aliqua ui morbi, ut phreneticis per
 febrem accidere solet, uel commixtione cuiusquam alterius
 spiritus seu mali seu boni ita corporalium rerum in spiritu
 25 exprimuntur imagines, tanquam ipsis corporis sensibus cor-
 pora praesententur manente tamen etiam in sensibus corporis
 intentione, sic uidentur, quae in spiritu fiunt imagines cor-
 porum, quemadmodum corpora ipsa per corpus, ita ut simul
 cernatur et homo aliquis praesens oculis et absens alius

1 cap. XX E 2 disceptabatur (tur corr. m. 2) R 3 conantur E¹
 affectus P 4 uenerant PRSbd 5 uisione (s. l. m. 2 add. ad iussione) E
 rursus S 6 ei] eius EPS om. b 7 inpraesserat R 18 ea] eo PR¹
 14 uisiones E uisionem PRbd 19 praesentibus (in mg. add. ad prae-
 sentes) P 21 cap. XXI E 22 morui E¹ freneticis EPRS in
 phreneticis b per] et per b om. R¹ 24 seu—boni om. P¹ 26 pre-
 sententur S 28 quemammodum PRS

spiritu tamquam oculis. nam experti sumus sic adfectos et cum eis locutos, qui uere aderant, et cum aliis, qui non aderant, tamquam adessent. resipiscentes autem aliqui referunt, quod uidissent, aliqui non possunt; sic enim et somnia quidam obliuiscuntur, quidam meminerunt. quando autem penitus auertitur atque abripitur animi intentio a sensibus corporis, tunc magis dici extasis solet. tunc omnino quaecumque sint praesentia corpora etiam patentibus oculis non uidentur nec ullae uoces prorsus audiuntur: totus animi contuitus aut in corporum imaginibus est per spiritalem aut in rebus in corporeis nulla corporis imagine figuratis per intellectualem uisionem.

Sed cum spiritualis uisio penitus alienato a sensibus corporis animo imaginibus corporalium detinetur siue in somnis siue in extasi, si nihil significant, quae uidentur, ipsius animae sunt imaginationes, sicut etiam uigilantes et sani et nulla alienatione moti multorum corporum, quae non adsunt sensibus corporis, cogitatione imagines uersant. uerum hoc interest, quod eas a praesentibus uerisque corporibus constanti adfectione discernunt. si autem aliquid significant, siue dormientibus exhibeantur siue uigilantibus, cum et oculis uident praesentia corpora et absentium imagines cernunt spiritu, tamquam oculis praesto sint, siue illa quae extasis dicitur alienato prorsus animo a sensibus corporis, mirus modus est, si conmixtione alterius spiritus fieri potest, ut ea, quae ipse scit, per huius modi imagines ei, cui miscetur, ostendat, siue intellegenti siue ut ab alio intellecta pandantur. si enim demonstrantur haec nec utique a corpore demon-

1 affectus *R* 2 loquutas *P*¹ uero *P* aliis] eis *b* 3 aderant
(*n s. l. m. I*) *E* erant *P* resipiscentes] respicientes *S*¹ aliqui]
aliqua quae alii *S* 5 paenitus *P* paenitur *R*¹ 6 anime] *S* 7 extasis
(*ecstasis d*) dici *bd* extasis *S* 9 ullae] ille] *b* anime] *S*
13 poenitus *R* alienato (*e s. l. m. I*) *S* 15 ecstasi *d* 17 assunt *E*²*P*
20 affectione *E*² 21 exhibeantur *R* 22 absentium (*u ex a*) *P*
23 presto *E* ecstasis *d* 25 si] sed *bd* 27 ut] aut (*a exp. m. 1*) *P*
pandatur *R*¹ 28 nec] non (*in mg. add. at nec*) *PRB*

strari possunt, quid restat, nisi ut ab aliquo spiritu demonstrantur?

13. Nonnulli quidem uolunt animam humanam habere uim quandam diuinationis in se ipsa. sed si ita est, cur non
 5 semper potest, cum semper uelit? an, quia non semper adiuuatur, ut possit? cum ergo adiuuatur, numquid a nullo aut a corpore hoc adiuuari potest? proinde restat, ut ab spiritu adiuuetur. deinde quomodo adiuuatur? utrum in corpore fit aliquid, ut inde quasi relaxetur et emicet eius
 10 intentio, quo in id ueniat, ubi in se ipsa uideat significantes similitudines, quae ibi iam erant nec uidebantur, sicut multa habemus et in memoria, quae non semper intuemur? an fiunt illic, quae ante non fuerant, uel in aliquo spiritu sunt, quo illa erumpens et emergens ibi eas uideat? sed si iam in illa
 15 erant quasi proprie, cur eas etiam non consequenter intellegit? aliquando enim, immo plerumque non intellegit. an sicut spiritus eius adiutus est, ut eas in se uideret, ita et mens nisi adiuuetur ea, quae habet spiritus, intellegere non potest? an forte non corporea remouentur uel quasi relaxantur
 20 inpedimenta, ut suo inpetu anima in ea, quae uidenda sunt, exeratur, sed ipsa prorsus in haec adsumitur, siue tantum spiritaliter cernenda siue etiam intellectualiter cognoscenda? an aliquando in se ipsa uidet ista, aliquando per alterius spiritus conmixtionem? quidquid horum est, temere adfirmari
 25 non oportet. illud tamen dubium esse non debet corporales imagines, quae spiritu cernuntur, non semper signa esse aliarum rerum siue in uigilantibus siue in dormientibus siue

3 cf. Cic. Lael. c. 20

1 ab s. l. m. 1 R 4 seipsam (exp. m. 1) S quur PR adiu-
 batur E¹ adiubatur PR¹ adiubatur E¹R¹ 7 aut] adju^t E hoc]
 ad hoc (ad exp.) E, PRSbd potest] possetest E ab] a bd 8 adiu-
 batur E¹ 10 se er. R 14 si (i ex n) P 15 erant (n s. l. m. 1) S
 propriae PRS quur PR non etiam PRSbd 16 plerumque P
 18 adiubetur E¹ 19 forte] pre P¹ relaxentur PR¹ 21 exerantur S
 haec] ea S hoc b 24 quicquid E²RS 25 cap. XXII E

in aegrotantibus; mirum est autem, si aliquando extasis fieri potest, ut non illae corporalium rerum similitudines aliquid significant.

Non sane mirum est, si et daemonium habentes aliquando uera dicunt, quae absunt a praesentium sensibus: quod certe nescio qua occulta mistura eiusdem spiritus fit, ut tamquam unus sit patientis atque uexantis. cum autem spiritus bonus in haec uisa humanum spiritum adsumit aut rapit, nullo modo illas imagines signa rerum aliarum esse dubitandum est, et earum, quas nosse utile est; dei enim munus est. discretio sane difficillima est, cum spiritus malignus quasi tranquillius agit ac sine aliqua uexatione corporis adsumto humano spiritu dicit quod potest. quando etiam uera dicit et utilia praedicat, transfigurans se, sicut scriptum est: uelut angelum lucis, ad hoc, ut, cum illi in manifestis bonis creditum fuerit, seducat ad sua. hunc discerni non arbitror nisi dono illo, de quo ait apostolus, cum de diuersis dei muneribus loqueretur: alii diiudicatio spirituum. non enim magnum est tunc eum dinoscere, cum ad aliqua peruenierit uel perduxerit, quae sunt contra bonos mores uel regulam fidei; tunc enim a multis discernitur. illo autem dono in ipso primordio, quo multis adhuc bonus adparet, continuo diiudicatur an malus sit.

Tamen et per corporalem uisionem et per imagines corporalium, quae demonstrantur in spiritu, et boni instruunt et mali fallunt. intellectualis autem uisio non fallitur; aut enim

14 II Cor. 11, 14 18 I Cor. 12, 10

1 aegrotantibus PRS ecstasis d 2 non] si b ille PR 4 et] etiam b demonium (i s. l. m. 1) S,R 6 mistura PRSbd 7 patientis (i fin. ex e) P 10 enim unus (sup. i er.) P 11 quasi P 12 tranquillius S tranquillus Rbd assumpto E²PRSbd 14 transfiguratur b scribitum EP 15 in angelum b 16 fuerat b educat b suam E sua P sua (m er.) R 18 diiudicatio] discretio b spirituum] spm P cum uoce non incipit cap. 14 in bd 19 dignoscere d discernere b 23 malus] maius (in mg. malus) S 24 cap. XXIII per] p P 25 instruunt m. 1 ex instituunt E 26 mali (l er.) P

non intellegit, qui aliud opinatur quam est, aut, si intellegit, continuo uerum est. quid enim faciant oculi non habent, cum simile corpus uiderint, quod ab alio discernere non possint, aut quid faciat animi intentio, cum in spiritu facta fuerit
 5 corporis similitudo, quam non ualeat distinguere a corpore. sed adhibetur intellectus quaerens, quid illa significant uel utile doceant, et aut inueniens ad fructum suum peruenit aut non inueniens in disceptatione se tenet, ne aliqua pernicio-
 10 sa temeritate prolabatur in exitiabilem errorem.

Indicat autem sobrius intellectus diuinitus adiutus, quae
 uel quanta sint, in quibus etiam aliud putare quam est non
 sit animae perniciosum. neque enim putantium periculo et
 non potius exitio suo quisque a bonis putatur bonus, etiamsi
 occultus sit malus, si in rebus ipsis, id est in ipso bono,
 15 quo fit quisque bonus, non erretur, aut aliquid obest omnibus
 hominibus, quod, cum dormiunt, uera corpora esse arbitrantur,
 quorum similitudines in somnis uident; aut aliquid Petro
 obfuit, quod solutus a uinculis seque angelo deducente factum
 est repentino miraculo, ut putaret se uisum uidere, uel cum in
 20 illa extasi respondit: nequaquam, domine, quia numquam
 manducaui omne commune et inmundum, putans ea ipsa,
 quae in disco demonstrabantur, tamquam uera animalia. haec
 quando aliter inuenta fuerint quam putata sunt, cum uide-
 rentur, non nos paenitet ita nobis fuisse uisa, si non arguatur
 25 uel infidelitas dura uel opinatio uana siue sacrilega. qua-
 propter et cum uisis corporalibus diabolus fallit, nihil obest,
 quod ludificantur oculi, si non erratur in ueritate fidei et

17 cf. Act. 12, 7—9 20 Act. 10, 11—14

1 *fn.* intellegit *P* 2 faciant? oculos non habent *S* 4 faciant *E* in
om. *PR* 5 distinguere (u s. l. m. l) *E* 6 uel utile] ueludillē (*sed*
d in t mut.) *S* 8 disceptationes.. *S* se *om.* *S* 9 prolauatur *E*¹
 exiciabilem *R* 12 perniciosum *P*¹ perniciosum *RS* neque] nec *bd*
 13 extio *R* 17 obfuit (offuit *P*) petro *PRSBd* 18 solutus] soluto
 se *bd* 20 ecstasi *d* 24 paenitet *E* poenitet *Rbd* arguantur *E*
 25 infidelitas *P* cap. XXIII *E*

intellegentiae sanitate, quae docet deus subditos sibi. aut si ludificet animam spiritali uisione imaginibus corporum, ut putet corpus esse, quod non est, aliquid obest animae, si perniciosae suasioni non consentiat.

15. Unde aliquando fit quaestio de consensionibus somniantium, cum etiam concumbere sibi uidentur uel contra propositum suum uel contra etiam licitos mores. quod non contingit, nisi cum ea, quae uigilantes etiam cogitamus, non cum placito consensionis, sed, sicut etiam talia propter aliquid loquimur, sic admonentur in somnis et exprimentur, ut eis caro naturaliter moueatur et, quod naturaliter colligit, per genitales uias emittat, sicut hoc ipsum dicere utique non possem, nisi etiam cogitarem. porro imagines rerum corporalium, quas necessario cogitauimus, ut haec dicerem, si tanta expressione praesentarentur in somnis, quanta praesentantur corpora uigilantibus, fieret illud, quod sine peccato fieri a uigilante non posset. quis enim uel cum loquitur et postulante necessitate sermonis de suo concubitu aliquid dicit, possit non cogitare, quod dicit? porro ipsa phantasia, quae fit in cogitatione sermocinantis, cum ita expressa fuerit in uisione somniantis, ut inter illam et ueram conmixtionem corporum non discernatur, continuo mouetur caro et sequitur, quod eum motum sequi solet, cum hoc tam sine peccato fiat, quam sine peccato a uigilante dicitur, quod ut diceretur sine dubio cogitatum est. uerum tamen propter animae adfectionem bonam, quae desiderio meliore mundata multas interficit cupiditates, quae ad naturalem carnis motum non pertinent, quem casti uigilantes

1 quae] quam *P* qua *d* subditos] subiectos *Sbd* sibi] siuim (*m exp. m. 1*) *P* 2 uisionem (*m exp. m. 1*) *P* 3 aliquid] non aliquid *Rbd*
 4 perniciosae *RS* 5 questio *S* 6 concumbere siui *P* 9 placita *P*
 10 admonentur] ammonentur *PR* admouentur *Sbd* 11 caro *in ras. S*
 naturaliter etiam caro *bd* colligit *E²PR**Sbd*** 12 ipsud *P* 14 haec]
 hoc *bd* 15 expressione *R* praesentarentur *R* praestantur *R*
 praesententur *b* 16 fieret] fiet *b* 18 concubito *R¹* aliqui *P¹*
 dici *S* 19 *cap. XXV E* fit in] fiunt *S* 20 ita] ista *b* ex-
 praessa *PR* 25 propter (*pter s. l. add. m. 2*) *R*

cohibent et refrenant, dormientes autem ideo non possunt, quia non habent in potestate quae admoueat expressio corporalis imaginis, quae discerni non possit a corpore: propter illam ergo adfectionem animae bonam etiam in somnis quaedam eius merita clarent. nam etiam dormiens Salomon sapientiam praeposuit omnibus rebus eamque neglectis ceteris est precatus a domino; et, sicut scriptura testatur, placuit hoc coram domino nec distulit retributionem bonam pro desiderio bono.

10 16. Quae cum ita sint, pertinet corporis sensus ad uisa corporalia, qui per quinque quasi riuulos distanter ualentes distribuitur, cum illud, quod est subtilissimum in corpore et ob hoc animae uicinius quam cetera, id est lux primum per oculos sola diffunditur emicatque in radiis oculorum ad
15 uisibilia contuenda, deinde mixtura quadam primo cum aere puro, secundo cum aere caliginoso atque nebuloso, tertio cum corpulentiore humore, quarto cum terrena crassitudine quinque sensus cum ipso, ubi sola excellit, oculorum sensu efficit, sicut in libro quarto itemque in septimo disseruisse
20 me recolo. est autem hoc caelum oculis conspicuum, unde luminaria et sidera effulgent, excellentius utique omnibus corporeis elementis, sicut oculorum sensus excellit in corpore. quia uero spiritus omnis omni est corpore sine dubitatione praestantior, sequitur, ut non loci positione, sed naturae
25 dignitate praestantior sit natura spiritalis isto corporeo caelo etiam illa, ubi rerum corporalium exprimuntur imagines.

7 cf. III Reg. 8, 5—15

2 quae admoueat] qua ea moueat *S* ammoueat *PR* ex-
praessio *R* 5 salomon (p. *er.*) *R* 6 preposuit *E* neglectis *P*¹
7 praecatus *ER* scriptura *E*¹*P* 8 nec (c. *s. l. m. 1*) *S* 10 cap.
XXVI *E* 11 riuulos *E*¹ riuulus *P* riuolos *RS*¹ ualentes] ac ualen-
ter *S* 12 subtilissimum *S* 14 sola] sola lux *S* 15 uisibilia *P*
primum *d* 16 adque *E*¹ 17 corpulentiore *S* umore *E*¹*R* crassi-
dine *E* 18 sensus *E* 19 IIIto *S* 21 effulgent (t. *ex s. m. 1*) *E* 23 cap.
XXVII *E* uero] iuero. (i. *exp. m. 1*; *s. er.*) *P* omnis] somnis (*s. in it. exp.*
m. 1) *P* 24 praestantior *ES* positione *R* 25 dignitatae *P* praestantior *ES*

Hic existit quiddam mirabile, ut, cum prior sit corpore spiritus et posterior corporis imago quam corpus, tamen, quia illud, quod tempore posterius est, fit in eo, quod natura prius est, praestantior sit imago corporis in spiritu quam ipsum corpus in substantia sua. nec sane putandum est facere aliquid corpus in spiritu, tamquam spiritus corpori facienti materiae uice subdatur. omni enim modo praestantior est qui facit ea re, de qua aliquid facit. neque ullo modo spiritu praestantius est corpus, immo perspicuo modo spiritus corpore. quamuis ergo prius uideamus aliquod corpus, quod antea non uideramus, atque inde incipiat imago eius esse in spiritu nostro, quo illud cum absens fuerit recordemur, tamen eandem eius imaginem non corpus in spiritu, sed ipse spiritus in se ipso facit celeritate mirabili, quae ineffabiliter longe est a corporis tarditate; cuius imago mox, ut oculis uisum fuerit, in spiritu uidentis nullius puncti temporalis interpositione formatur. itemque in auditu, nisi auribus perceptae uocis imaginem continuo spiritus in se ipso formaret ac memoria retineret, ignoraretur secunda syllaba utrum secunda esset, cum iam prima utique nulla esset, quae percussa aure transierat. ac sic omnis locutionis usus, omnis cantandi suauitas, omnis postremo in actibus nostris corporalis motus dilapsus occideret neque ullum progressum nancisceretur, si transactos corporis motus memoriter spiritus non teneret, quibus consequentes in agendo conecteret: quos utique non tenet nisi imaginaliter a se factos in se. ipsarum etiam futurarum motionum imagines praeueniunt fines actuum

1 existis *S* sit *om.* *E*¹ corpore—posterior *om.* *P*¹ 2 posterius *R* corporis] corporalis *b* tamen] hi tamen *S* 3 fit] fit ut *E* 4 praestantior *ES* 5 ipsum *P*¹ facere (*c. s. l. m. 1*) *R* 6 corpore *PR*¹ 7 uicæ *P* praestantior *ES* 8 eã rē *b* 9 praestantius *ES* 11 incipiat *E*¹ 12 quod *S* cū *ex* quā *m. 1* *R* recordamur *S* 14 celeritatem *PR* ineffabiliter *P*¹ 17 percepte *S* uoces *S* 21 transiisset *d* transeat *b* 22 suauitas *E*¹ 23 nancisceretur *corr. m. 2* *R* 25 consequenter *S* conecteret (*t. fin. s. l. m. 1*) *E* post conecteret *add. m. 2 in R s. l.* Sed motus 26 *cap. XXVIII E* 27 motionem *R*¹

nostrorum. quid enim agimus per corpus, quod non cogitando praeoccupauerit spiritus omniumque uisibilium operum similitudines in se ipso primitus uiderit et quodammodo disposuerit?

17. Quae spiritalis corporalium similitudines in animo nostro quemadmodum innotescant spiritibus etiam inmundis uel quid obstaculi anima nostra patiatur ex isto terreno corpore, ut eas inuicem in nostro spiritu uidere nequeamus, inuenire et explicare difficile est. certissimis tamen indicibus apud nos constitit enuntiatas a daemonibus cogitationes hominum: qui tamen, si uirtutum internam speciem possent in hominibus cernere, non temptarent; sicut illam in Iob nobilem ac mirabilem patientiam procul dubio si posset diabolus cernere, nollet a temptato utique superari. ceterum alicubi longe iam facta quod nuntiant, quae post aliquot dies uera esse firmentur, non est mirandum. possunt enim hoc efficere non solum acrimonia cernendi etiam corporalia incomparabiliter praestantiore quam nostra est, sed etiam ipsorum corporum longe utique subtiliorum mira uelocitate.

Conperimus etiam in domo constitutum patientem spiritum inmundum dicere solere, quando ad eum uenire coepisset ex duodecim milibus presbyter et per omnia loca itineris ubi esset et quam propinquaret et quando ingrederetur et fundum et domum et cubiculum, donec in conspectu eius adstaret. quae omnia, etsi non oculis patiens ille cernebat, tamen nisi aliquo modo cerneret, non tam ueraciter enuntiaret. erat

8 cf. contra Acad. I 6. 7

2 praeoccupauerit *R* preoccupauerit *S* omnium quae *R* similitudine si (si *in ras.*) *R* 3 in se *in ras.* *R* 4 que *R* spiritalis *R* 5 quemadmodum *E* 6 patiatur anima nostra *bd* 7 eos *b* in *om. b* 8 et *s. l. m. 1 S* 9 apud *E'P* aenuntiatas *P* nuntiatas *S* demonibus *S* 10 uirtutum] status *S* 12 diabolus *P* 13 coeterum *R* ceterum quod *b* 14 facto *S* quod *om. b* praenunciât *b* aliquod *E'P* aliquos *S* 17 praestantiore *ES* corporum ipsorum *d* 18 utiquae *P* 19 a uoce spiritum *inc. cap. XXVIII E* 21 presbiter *P* praesbiter *R* itineris *R* ubi esset] subiessit *P'* 23 astaret *PSbd* asstaret *E'* 24 non *s. l. m. 1 R* paciens *S'*

autem iste febiens et tamquam in phrenesi ista dicebat. et forte reuera phreneticus erat, sed propter ista daemonium pati putabatur. nullum refectionis cibum accipiebat a suis, sed a solo illo presbytero. resistebat etiam suis uiolenter, quantum ualebat; illo solo presbytero ueniente quiescebat, illi tantum 5 subditus erat et subdite respondebat. nec tamen eidem saltem presbytero illa cessit mentis alienatio siue daemonium, nisi cum sanus esset a febribus, sicut phrenetici sanari solent, nec aliquando postea tale aliquid passus est.

Nouimus etiam sine dubitatione phreneticum futuram 10 mortem cuiusdam feminae praedixisse, non sane specie diuinandi, sed tamquam factum ac praeteritum recolens. nam cum eius apud eum commemoratio fieret, „mortua est“, inquit, „ego eam uidi efferri, hac cum eius corpore transierunt“, cum illa incolumis uiueret; post paucos autem dies repente 15 defuncta est et per eum locum elata est, qua ille praedixerat.

Fuit item apud nos puer, qui in exordio pubertatis dolorem acerrimum genitalium patiebatur medicis nequaquam ualentibus, quid illud esset, agnoscere, nisi quod neruus ipse introrsum reconditus erat, ita ut nec praeciso praeputio, quod inmoderata 20 longitudine propendebat, adparere potuerit, sed postea uix esset inuentus. humor autem uiscosus et acer exudans testes et inguina urebat. sed acutum dolorem non continuum patie-

1 iste (*in mg. m. 1 add. a[ut] ipse*) R frenesi *EPRS* 2 freneticus *EPRS* demonium (*i s. l. m. 1*) S 3 cium *E*¹ 4 illo *om. PSbd* presbitero *RS* presbytero *P* resistebat—presbytero *in mg. m. 1 suppl. R* quantum] quam *b* 5 illo *om. b* 6 subdite] subditae *EP* subdita *S* 7 praesbitero *R* demonium *S* 8 frenetici *EPRS* 9 tali *P*¹ 10 *cap. XXX E* freneticum *EPR* 11 cuiusdam (*s m. 1 s. l.*) *S* specie *P* speciae (*a exp. m. 1*) *R* 12 preteritum *S* recolentem *d* 13 morta *P*¹ inquit *PR* 14 eam] etiam *S* haecferri *S* hac] hac *E* 15 incolumis *PR* 16 defuncta est] defuncta *PRSBd* qua *E*¹ predixerat *S* 17 item] tunc *b* apud *E*¹*P* qui *om. E*¹*R* exordio *R* puertatis *E*¹ *cap. XXXI E* 18 genitalium *R* 20 preciso *S* pre[ter]iso *R* preputio *S* 21 longitudinē *PR* 22 isset *R*¹ umor *E*¹*PR* exu[dans] (*n er.*) *P* exsudans *RSbd* 23 inguina] intima *S*

batur; at cum patiebatur, eiulabat uehementer cum iactatione membrorum mente sanissima, sicut in cruciatibus corporalium dolorum fieri solet. deinde inter uoces suas abripietur ab omnibus sensibus et iacebat patentibus oculis neminem circumstantium uidens, ad nullam uellicationem se mouens. post aliquantum tamquam euigilans nec iam dolens quae uiderat indicabat. tum interpositis paucis diebus eadem patiebatur. in omnibus sane uel pæne omnibus uisionibus suis duos se dicebat uidere, unum prouectoris aetatis, alterum puerum, a quibus ei uel dicebantur uel demonstrabantur, quae se audisse et uidisse narrabat.

Uidit quodam die piorum psallentium laetitiam in luce mirabili et inpiorum in tenebris diuersas et atrocissimas poenas illis ducentibus et ostendentibus et felicitatis aliorum aliorumque infelicitatis meritum insinuantibus. hoc autem uidit die dominico paschae, cum per totam quadragesimam nihil doluisset, cui uix interuallo tridui antea parcebatur. uiderat autem in ipso ingressu quadragesimae illos promittentes sibi, quod per quadraginta dies nullum sensurus esset dolorem; postea ipsi ei dederunt tamquam medicinale consilium, ut ei praeputii longitudo praecideretur, quo facto diu non doluit. cum uero iterum similiter doleret et similia uidere coepisset, accepit ab eis rursus consilium, ut in mare pube tenus intraret et post aliquantam moram inde discederet, promittentibus sane, quod iam deinceps uehementem illum

1 at] ad *S* et *R*¹*bd* heulabat *ERS om. P*¹ 2 cruentibus (*s. l. m.* 2 a] cruciatibus) *E* 3 dolorum *om. R*¹ abripietur *E* 5 uellicationem (*s. l. m.* 2 al uell.) *E* 6 tamquam *om. PR*¹*b* uideret *PRd* 7 paciebatur *P* 8 sane (*e ex a m. 1*) *E* pæne *P* poene *R* 9 prouectoris *PR* 10 uel post ei *om. b* 12 piorum] chorum piorum *bd* laetitiam (*s. l. m. 2 al letantiâ*) *E, P*¹*S* laetantium *Rbd* 13 inpiorum *E*¹ diq̄r uersas *P* 14 docentibus *P*¹ ostendentibus—felicitate *in ras. P* et *om. b* aliorum *om. E*¹*P* 16 pasce *E* quadragesimam *E*¹*P* 17 cui] qui *Sb* cui (*i ex m*) *R* interuallo *E*¹ parcebatur] parcebatur (*r ex s m. 1*) *E* patiebatur *b* 18 ingresso *P*¹ quadragesimae *E*¹*P* 21 praecideretur *S* 23 accepit *R*¹ 24 et] ac *PRSbd* discederet (*de s. l. m. 1*) *E* discerit *P*¹

dolorem non esset passurus, sed solius illius uiscosi humoris molestiam; atque ita secutum est. nec umquam talem aliquam postea passus est auersionem mentis a sensibus nec tale aliquid uidit nisi antea cum in mediis doloribus et horrendis uocibus repente obmutescens abriperetur. postea tamen medicis cetera curantibus et sanantibus non permansit in proposito sanctitatis. 5

18. Istarum uisionum et diuinationum causas et modos uestigare si quis potest certoque comprehendere, eum magis audire uellem quam de me expectari, ut ipse dissererem. quid tamen putem, ita ut nec docti me tamquam confirmantem derideant nec indocti tamquam docentem accipiant, sed utrique disceptantem et quaerentem potius quam scientem, non occultabo. ego uisa ista omnia uisis conparo somniantium. sicut enim aliquando et haec falsa, aliquando autem uera sunt, aliquando perturbata, aliquando tranquilla, ipsa autem uera aliquando futuris omnino similia uel aperte dicta, aliquando obscuris significationibus et quasi figuratis locutionibus praenuntiata, sic etiam illa omnia. sed amant homines inexperta mirari et causas insolitorum requirere, cum cotidiana ple- rumque talia saepe etiam latentioris originis nosse non curent. nam quemadmodum in uocibus, hoc est signis, quibus in loquendo utimur, audito uerbo inusitato quaerunt primo, quid sit, hoc est quid significet, quo cognito deinde quaerunt, unde ita dictum sit, cum tam multa sine cura nesciant, quae in usu sermonis habent, unde ita sint dicta: sic cum aliquid 20 25

1 uiscusi P 3 postea om. P¹ auersionem (su exp. m. 1) P
 4 nisi] sicut S quale b^d antea P horrendis P 5 ommutescens P
 abriperetur (re s. l. m. 1) R 8 cap. XXXII E diuinationu P
 modus P 9 conpraehendere EP 10 disserere P¹ disseram b 11 ita
 s. l. m. 2 add. at ista) E 13 et om. P querentem P 14 cap.
 XXXIII E 15 et—aliquando in mg. infer. add. m. 1 P 16 pertur-
 bata sunt E 17 aperta S 18 contra obscuris signif. in mg. add. ad
 obscurationibus) PR 19 praenuntiata (praenun m. 1 ex figurata) E
 20 mirari] rimari (ri init. in ras.) Rd cottidiana ES quottidiana P
 21 sepe P 22 quemammodum PRS in fin. om. PRbd 24 est]
 et b 26 usus S unde] utrum b sic cum] si cu P sicu R

inusitatum in rebus acciderit siue corporalibus siue spiritalibus, causas rationemque sollicite inquirunt et sibi reddi a doctoribus flagitant.

Soleo autem, cum me quisque interrogat, uerbi gratia, quid sit catus, et respondeo „prudens uel acutus“, nec ei sufficit, sed pergit quaerere, unde dictus sit catus, uicissim referre et quaerere, unde dictus sit acutus. quod nihilominus utique ignorabat, sed, quia usitatum nomen erat, patienter eius originem nesciebat; quod autem nouum insonuit auribus, parum putat nosse, quid significando ualeat, nisi etiam unde dicatur exquirat. quisquis ergo ex me quaerit, unde uisa corporalibus similia in extasi adpareant, quae raro accidit animae, uicissim quaero, unde adpareant dormientibus, quae cotidie sentit anima, et nemo istuc aut non multum curat inquirere. quasi uero ideo minus mira sit talium natura uisorum, quia cotidiana est, aut ideo minus curanda, quia omnium est; aut si recte faciunt, qui ista non quaerunt, rectius fecerint, si nec in illa curiosi sint. ego uero multo amplius admiror multoque maxime stupeo, quanta celeritate ac facilitate in se anima fabricetur imagines corporum, quae per corporis oculos uiderit, quam somniantium uel etiam in extasi uisiones. quaecumque tamen illa natura uisorum est, procul dubio corpus non est. hoc nosse cui non sufficit, unde etiam existant inquirat ab aliis; me ignorare confiteor.

19. Illud plane exemplorum experimentis conligi datur. sicut corporum pallor, rubor, tremor, uel etiam morbus aliquando

1 accideret *P* 2 causas (*s. fin. s. l. m. 1*) *P* rationemque *S*¹
solliciti *b* 5 catus] catum *E* cautus *b* acutus (*c. ex g.*) *P* 6 querere *P*
cautus *b* 7 nihilominus (*h. er.*) *S* 8 sed quia] si que *R* 10 putat *E*¹
nosse (*n. s. l. m. 2*) *E* ualeat *Pd* 11 quisquis] quis *P*¹ uisa (*a*
corr. m. 2) *R* 12 ecstasi *d* aupariant *P*¹ quaeq; (*a. exp. m. 1*) *P*
animo *S* 13 cottidie *EP* cottidiae *S* 14 istud *Sbd* aut non *om. b*
15 cottidiana *EPS* 17 querunt *S* non rectius *bd* 18 in *om. E*¹
ammiror *PRS*¹ 19 maximæ *S* stupeo] istap&o *S* facilitate]
felicitate *S*¹ 20 fabricet *b* uideret *P* 21 ecstasi *d* *cap. XXXIII E*
23 existant *R* inquirant *E* 26 rubor (*r. fin. s. l. m. 1*) *S*

a corpore habet causas, aliquando ab anima — et a corpore quidem, cum uel humor suffunditur uel cibus uel aliquid aliud corporis iniectum extrinsecus; ab anima uero, cum uel timore turbatur uel pudore confunditur uel irascitur uel amat uel si quid huius modi; nec inmerito, si id, quod animat et regit, 5 etiam cum uehementius mouetur uehementius exagitat — ita et ipsi animae, ut in ea uisa pergat, quae non ei per sensus corporis nuntiantur, sed per incorporalem substantiam, et ita pergat, ut non discernat, utrum corpora sint an similitudines corporum, aliquando a corpore accedit, aliquando ab spiritu: 10 et a corpore quidem siue naturali uicissitudine, ut sunt uisa somniantium — dormire quippe a corpore est homini — siue aliqua mala ualetudine sensibus perturbatis, ut, cum a phreneticis simul et corpora uidentur et uisa similia corporibus, tamquam et ipsa prae oculis adsint, aut penitus 15 interclusis, sicut saepe male facti morbo aliquo ingrauescente praesente corpore diu absentes, deinde hominibus redditi multa se uidisse dixerunt; ab spiritu uero, cum omnino sano atque integro corpore in alienationem rapiuntur, siue ita, ut et per sensus corporis corpora uideant et in spiritu 20 quaedam similia, quae a corporibus non discernant, siue penitus auertantur a sensibus carnis et nihil per eos omnino sentientes illa spiritali uisione habitent in similitudinibus corporum. sed cum malus in haec arripit spiritus, aut daemonicos facit aut arrepticios aut falsos prophetas; cum 25 autem bonus, fideles mysteria loquentes aut accedente etiam

1 et om. b 2 uel *prim. om.* R¹ umor *EPR* 3 corpori *bd* 5 eius-
modi *bd* animat] amat *PR*¹ 6 uehementius mouetur *om. b* 7 ut
(*linea subduct. delend. assign. uidetur*) *E* 10 aliquando—accidit *repet.*
del. m. 1 P ab] a *Rbd* 11 uicissitudine (*in mg. add. a¹ ualitudine*) *b*
ut] uelut (ut *s. l. m. 1 addid. uidetur*) *S* 13 ualitudine *E²RS* 14 frene-
ticis *EPRS* 15 assint *E²P* asint *R*¹ 16 sepe *S* male facti] male
affecti *PRbd* male facti *S* 18 ab] a *bd* 19 rapiunt *P* 20 et *pr. om. P*
22 penetus *P* carnis] corporis *b* 24 *cap. XXXV E* demoniacos *S*
demoniacos *P* daemonicos (o *fin. ex u*) *R* 25 arrepticus *P* arreptios *R*
arreptios *d* p̄seūd̄oprofetas *E* 26 bonos *E* misteria *S* acci-
dente *P* accedentes *S*

intellegentia ueros prophetas aut ad tempus, quod per eos oportet ostendi, uidentes atque narrantes.

20. Sed cum a corpore causa est, ut talia uisa cernantur, non ea corpus exhibet; neque enim habet eam uim, ut formet
 5 aliquid spiritale, sed sopito aut perturbato aut etiam inter-
 cluso itinere intentionis a cerebro, qua dirigitur sentiendi
 modus, anima ipsa, quae motu proprio cessare ab hoc opere
 non potest, quia per corpus non sinitur uel non plene sinitur
 corporalia sentire uel ad corporalia uim suae intentionis
 10 dirigere, spiritu corporalium similitudines agit aut intuetur
 obiectas. et si quidem ipsa eas agit, phantasiae tantum sunt,
 si autem obiectas intuetur, ostensiones sunt. denique cum
 oculi dolent uel extincti sunt, quia non est causa in sede
 cerebri, unde ipsa dirigitur intentio sentiendi, non fiunt huius
 15 modi uisiones, quamuis cernendis corporalibus obstaculum
 existat a corpore. magis enim caeci aliquid dormientes quam
 uigilantes uident; dormientibus quippe in cerebro consopitur
 uia sentiendi, quae intentionem ad oculos ducit, ideoque ipsa
 intentio in aliud auersa cernit uisa somniorum, tamquam
 20 species corporales adsint, ut sibi dormiens uigilare uideatur
 et non similia corporibus, sed ipsa corpora intueri se putet:
 cum autem uigilant caeci, ducitur per illa itinera intentio
 cernendi, quae cum ad loca uenerit oculorum non exeritur
 foras, sed ibi remanet, ut uigilare se sentiant potiusque esse
 25 in tenebris uigilando etiam per diem quam dormiendo siue
 per diem siue per noctem. nam et qui caeci non sunt, plerique

1 ueros (*s. l. m. 2 add. al uiros*) *E* profetas *E* 3 cap. XXXVI *E*
 Sed *om. P*¹ ut] aut *ER* talia] alia *ER* 4 exhibet *P* 7 modus]
 motus *Sbd* ipsaque *S* 8 plene sinitur *P* 10 similitudinis *P*
 agit] agitata *S* aut] ut *S* 11 obiectas] obiectas *E* eas ipsa *PRbd*
 12 cap. XXXVII *E* 13 ausa (*s. l. m. 2 add. al cau*) *E* 15 cernendis
 (*en s. l. in ras. m. 1*) *P* corporalibus (*s. l. add. m. 2 al ribus*) *E*
 16 magis (*is add. m. 2*) *P* 17 consopitur (*s. l. m. 2 add. al l̄ c̄sonitus*
 c̄spicitur) *E* c̄t sopitur *b* 18 ducet *S* 19 uersa *P*¹ 20 corporalis *P*
 adsint *E*¹ 21 simili *P*¹ intuere *PR*¹ putat *b* 22 ducitur *P*¹
 ducitur *R* 24 sentiat *ES* 25 diem (*m add. m. 2*) *E* quam]
 quam quam (*pr. quam exp. m. 2*) *R* 26 qui *s. l. m. 1 P*

patientibus oculis dormiunt nihil per eos uidentes, sed non ideo nihil uidentes. cum spiritu cernant uisa somniorum, si autem clausis oculis uigilent, neque dormientium praesto sunt uisionibus neque uigilantium. tantum tamen ualet, quod usque ad oculos eorum nec sopita nec perturbata nec inter- 5 clusa peruenit a cerebro uia sentiendi et animae intentionem usque ad ipsas quamuis clausas fores corporis ducit, ut cogitentur quidem imagines corporum, sed nullo modo pro eis habeantur corporibus, quae per oculos sentiuntur.

Tantum interest, ubi fiat impedimentum sentiendi corporalia, 10 cum fit in corpore. si enim non fit nisi in ipsis aditibus et quasi iannis sensuum, uelut in oculis, in auribus ceterisque sensibus corporis, sola impeditur perceptio corporalium, non autem animae intentio in aliud sic auertitur, ut pro corporibus habeat imagines corporum; si autem causa est intus 15 in cerebro, unde dirigantur uiae ad ea, quae foris sunt, sentienda, ipsius intentionis uasa sopiuntur uel turbantur uel intercluduntur, quibus nititur anima in ea, quae foris sunt, intuenda uel sentienda. quem nisum quoniam non amittit, tanta expressione format similia, ut imagines corporalium a 20 corporalibus discernere non ualens, utrum in illis an in istis sit, nesciat et cum scit longe alio modo sciat, quam dum in cogitando uersantur siue occurrunt similitudines corporum: qui modus nisi ab expertis capi utcumque non potest. hinc enim erat, quod me dormiens in somnis uidere sciebam nec 25 tamen illas corporalium rerum similitudines, quas uidebam, sic ab ipsis corporalibus discernebam, quemadmodum eas cogitantes etiam clausis oculis uel in tenebris constituti dis-

3 praesto *EPS* 4 ualent *E* ualent *P* 5 intra clausa *S* 6 peruenit (*s. l. m. 2 add. al inter*) *E* 9 qui *P*¹ 11 enī (*e s. l. m. 1*) *P* 13 corporis] corporalibus *Rbd* 14 corporibus] corporibus siq̄ *E* corporalibus *S* 15 imaginis *P* cap. XXXVIII *E* 16 dirigantur *PRSBd* 17 includuntur *P*¹ 19 † sentienda *in mg. add. m. 2 S* nisum] nisum (*s. l. m. 2 al uisum*) *P* uisum *b* 20 expraessione *PR* 21 corporalibus] corporibus *RSbd* 23 siue] dā *b* 27 quemammodum *EPRS* eas (*linea subducta delend. assign. uidetur*) *E*

cernere solemus. tantum ualet ipsa animi intentio utrum
 perducatur usque ad sensus licet clausos an in ipso cerebro,
 unde in haec nititur, aliqua causa existente in aliud auertatur,
 ut, quamuis aliquando se nouerit non corpora, sed corporum
 5 similitudines cernere uel minus erudita etiam ipsa esse cor-
 pora existimans sentiat se non ea corpore, sed spiritu uidere,
 longe sit tamen ab effectione, qua suo corpori praesentatur:
 unde se norunt et caeci uigilare, cum similitudines corporum
 cogitatas a corporibus, quae uidere non possunt, certa notione
 10 discernunt.

21. Cum autem sano corpore nec somno sensibus con-
 sopitis aliquo occulto opere spiritali in ea uisa, quae similia
 sunt corporalibus, anima rapitur, non, quia modus diuersus
 est, ideo est etiam diuersa natura uisorum, cum et in illis
 15 causis, quae de corpore existunt, sit utique differentia et
 aliquando a contrario. nam phrenetici non dormiendo potius
 perturbatas habent sentiendi uias in capite, ut talia uideant,
 qualia somniantes uident, quorum dormiendo auertitur intentio
 a sensu uigilandi et in ea uidenda conuertitur. cum ergo illud
 20 fiat non dormiendo, hoc autem dormiendo, non tamen ea,
 quae uidentur, ex alio genere sunt quam ex natura spiritus,
 de quo uel in quo fiunt similitudines corporum. ita quamuis
 diuersa sit causa intentionis alienatae, quando sano corpore
 uigilantis occulta quadam ui spiritali anima rapitur, ut uice
 25 corporum expressas corporalium rerum similitudines in spiritu
 uideat, eadem tamen est natura uisorum. neque enim dici
 potest, cum causa in corpore est, tunc animam sine ulla

1 cap. XXXVIII E anima PR¹ animę b 2 ad] ab P¹ in
 post an s. l. m. 1 R 3 existente S 4 corpora] corpore PR¹ 6 se
 om. S 7 effectione] affectione PRSbd presentatur S 8 ceci S
 9 no-atione (ti er.) R 11 cap. XL E 12 oper.e (a er.) S uisa
 (a s. l. m. 1) P 13 modus.. (di er.) P 15 sit] sic P¹ 16 fren-
 etici EPRS 19 in (i s. l. m. 1) P 20 fiat] faciat P¹ hoc autem
 dormiendo om. P cap. XLI E 21 que R 22 similitudinis P¹
 similitudines S¹ similitudine. (s er.) R 24 ui] uis P 25 expraessas P
 similitudinis P¹ similitudines S¹ 27 anima R

praesensione futurorum ex se ipsa uersare imagines corporum, sicut etiam cogitando adsolet, cum uero in ea uidentia spiritu adsumitur, diuinitus haec demonstrari, quandoquidem aperte scriptura dicit: effundam de spiritu meo super omnem carnem, et iuuenes uisa uidebunt, et senes somnia 5 somniabunt, diuinæ operationi utrumque tribuens, et: angelus domini adparuit homini in somnis dicens: noli timere accipere Mariam coniugem tuam, et iterum: tolle puerum et uade in Aegyptum.

22. Itaque bono quidem spiritu adsumi spiritum hominis 10 ad has uidentias imagines, nisi aliqua significant, non puto; cum uero in corpore causa est, ut in eas expressius intuentias humanus intendatur spiritus, non semper aliquid significare credendum est, sed tunc significant, cum inspirantur a demonstrante spiritu siue dormienti siue aliquid aliud ex corpore, 15 ut a carnis sensibus alienaretur, patienti. uigilantibus etiam neque ullo morbo afflictis nec furore exagitatis occulto quodam instinctu ingestas esse cogitationes, quas promendo diuinarent, non solum aliud agentes, sicut Caiphas pontifex prophetauit, cum eius intentio non haberet uoluntatem pro- 20 phetandi, uerum etiam id suscipientes, ut diuinandi modo aliquid dicerent, nouimus.

Nam quidam iuuenes iocando, ut fallerent, ubi peregrini iter agebant, mathematicos se esse finxerunt, ignorantes omnino, utrum duodecim signa dicerentur. qui cum hospitem 25 suum mirari cernerent, quæ dicebant, et adtestari esse

4 Ioe. 2, 28 7 Matth. 1, 20; 2, 13 19 cf. Ioh. 11, 51

1 presensione *S* uersare *om. R* 2 adsolet *E¹S*: eas solet *P* eas solet (*e inît. uocab. eas paene er.*) *Rbd* assolet *E²* uero] ergo *P* spiritu] *sps Rb* 3 asumitur *R¹* 4 scribtura *EP* 7 homini] Ioseph *bd* 10 cap. XLII *E* adsumi *E¹S* 11 aliqua (*s. l. m. 2 add. ad* quid) *E* aliquid *PRSbd* 12 expraessius *PR* 13 humanas *S¹* 14 a *om. S* 16 a *om. E* 19 caifas *ES* 20 profetauit *E* uolumtatem *E¹* 21 suscipientes] suspicientes *E* 22 cap. XLIII *E* 23 fallerent (*n s. l. m. 1*) *S* 25 dicerentur] dissererentur *S* 26 adtestari *E¹* atestari *P* attestati *b*

uerissima, audacius in plura progressi sunt. at ille adtestans ad omnia mirabatur. postremo ab eis de filii salute quaesivit, quem diu absentem desiderabat et, quod inopinate tardaret, ne quid ei accidisset, sollicitus erat. at illi non curantes, 5 quid post eorum abscessum ueri cognosceretur, dum tamen in praesentia laetum hominem redderent, mox profecturi responderunt saluum ac propinquantem et eo ipso die, quo haec loquebantur, esse uenturum; neque enim metuebant, ne cum totus dies peractus esset eos ille redarguendos postera 10 die sequeretur. quid multa? dum iam abire disponerent, ecce, subito adhuc eis illic positus uenit.

Item alius ante symphonicum saltabat, ubi erant multa idola per quandam paganorum sollempnitatem, non aliquo spiritu adreptus, sed imitatione ludicra adrepticios aemulatus 15 scientibus circumstantibus et spectantibus. moris enim erat, ut ante prandium peractis sacrificiis agitatisque fanaticis, si qui adulescentes post prandium uellent eo more ludere, nullus prohiberetur. ille ergo inter saltandum facto sibi silentio iocabundus et ridente multitudine circumseptus ea nocte, quae 20 inpendebat, in ea silua, quae iuxta erat, hominem a leone interemtum iri, ad cuius cadauer spectandum inlucescente die confluxuram turbam et illius sollempnitatis locum deserturam praedixit. et factum est, cum satis cunctis, qui aderant, in omnibus eius motibus claruisset hoc eum ludendo et iocando 25 nusquam perturbata uel alienata mente dixisse ipso etiam

2 eis de] eisdē P 7 ac E¹ di.e P diē S 8 loquebatur P¹
 9 redarguendo S postera die] post pridie P^b post tridie R post
 tridiae S 10 dispunerent P 12 cap. XLIII E symphonicum E
 simphonicum S erant (n s. l. m. l) S 13 sollempnitatem b^d 14 adreptus E¹ arreptus E² PRSb^d; sed fortasse scribendum est: abreptus
 confer. 386, 19 imitationem (m exp. m. 1) S adrepticios E¹
 arrepticios E² P^b arreptios R arreptitios d arrepticiose multatus S
 15 spectantibus] exspectantibus S 16 phanaticis EPRSb 17 adulescentes R² b^d 18 sibi] siue P¹ siui P² silentio] lentio S 21 interemptum RSb^d diæ S 22 deserturam b 24 eum] enim (s. l. m. 2
 add. a^t eū) E autem S¹; in mg. add. m. 2 eum S 25 alienata S¹

tanto amplius mirante, quod accidit, quanto magis nosset, quo id animo atque ore protulerit.

Quonam modo haec uisa in spiritum hominis ueniant, utrum ibi primitus formentur an formata ingerantur et quaedam coniunctione cernantur, ut sic hominibus angeli ostendant 5 cogitationes suas et corporalium rerum similitudines, quas in suo spiritu futurorum cognitione praeformant, quemadmodum et ipsi nostras cogitationes non utique oculis, quia non corpore, sed spiritu uident, uerum hoc intersit, quod illi nostras, etiam si nolimus, nouerunt, nos autem ipsorum, nisi ostenduntur, nosse non possumus — quia sic eas, ut opinor, 10 habent in potestate occultare spiritalibus modis, quemadmodum nos quibusdam interiectis obstaculis nostra corpora, ne aliorum oculis uideantur, abscondimus — et quid fiat in spiritu nostro, ut aliquando cernantur tantummodo significantes 15 imagines sed, utrum aliquid significant, ignoretur, aliquando autem aliquid significare sentiantur, sed quid significant nesciatur, aliquando uero tamquam pleniore demonstratione anima humana et spiritu ipsas et mente quid significant uideat: et scire difficillimum est et, si iam sciamus, disserere atque 20 explicare operosissimum.

23. Quod autem nunc insinuare satis arbitror, certum est esse spiritalem quandam naturam in nobis, ubi corporalium rerum formantur similitudines, siue cum aliquod corpus sensu corporis tangimus, et continuo formatur eius similitudo in 25 spiritu memoriaeque reconditur; siue cum absentia corpora iam nota cogitamus, ut ex eis formetur quidam spiritalis aspectus, quae iam erant in spiritu et antequam ea cogita-

2 id om. S 3 quonam] quoniam (s. l. add. m. 2 a^l nā) E spu P
 5 coniunctionem R cernentur S cap. XLV E 6 similitudines S¹
 quas] quasi S 7 quemadmodum EPRS 8 corpora E¹PR¹ corporæ S
 12 quemadmodum ES 16 sed scripsi: et lib. 17 sentiantur b
 nesciantur E 19 in spu b ipsa S om. P¹ et mente] semente S
 21 plicare P¹ operosissimum est b 22 cap. XLVI E nunc R¹
 26 memoriaeque R reconditur (s. l. m. 2 add. a^l receditur) E
 27 spiritalis (i fin. sup. e pos. m. 1) S 28 iam om. b

remus; siue cum eorum corporum, quae non nouimus, sed tamen esse non dubitamus, similitudines non ita ut sunt illa, sed ut occurrit, intuemur; siue cum alia, quae uel non sunt uel esse nesciuntur, pro arbitrio uel opinatione cogitamus; siue unde unde neque id agentibus neque uolentibus nobis uariae formae corporalium similitudinum uersantur in animo; siue cum aliquid corporaliter acturi ea ipsa disponimus, quae in illa actione futura sunt, et omnia cogitatione anteceditur; siue iam in ipso actu, uel cum loquimur uel cum facimus, omnes corporales motus, ut exeri possint, praeueniuntur similitudinibus suis intus in spiritu: neque enim ulla uel breuissima syllaba in ordine suo nisi prospecta sonuisset; siue cum a dormientibus somnia uidentur uel nihil uel aliquid significantia; siue cum ualetudine corporali turbatis intrinsecus itineribus sentiendi imagines corporum spiritus ueris corporibus ita miscet, ut internosci uel uix possint uel omnino non possint et aut significant aliquid aut sine ulla significatione oboriantur; siue prorsus ingrauescente aliquo morbo uel dolore corporis et intercludente intus uias, quibus animae, ut per carnem sentiret, exerebatur ac nitebatur intentio, altius quam somno absentato spiritu corporalium rerum existunt aut monstrantur imagines uel significantes aliquid uel sine ulla significatione adparentes; siue nulla ex corpore causa existente, sed adsumente atque rapiente aliquo spiritu tollitur anima in huius modi uidendas similitudines corporum, miscens eis uisa corporalia, cum simul etiam corporis sensibus utitur; siue ita spiritu adsumente alienatur ab omni corporis sensu et auertitur, ut solis similitudinibus corporum spiritali uisione teneatur, ubi nescio utrum possint aliqua nihil significantia uideri.

3 intuemur (t. s. l. pos. et ni exp. m. 2) P 5 unde unde E om. b
 9 actu (i. er.) R 10 exeri RSd praeueniuntur] preueniuntur P
 quae praeueniuntur b 12 sillaba S perspecta b 14 ualetudine PRSb
 16 omnino (s. l. m. 2 add. al bus) E 18 aboriantur S prorsus
 (s. l. m. 2 l. pocius) R 20 nitebatur] intelligebatur b alitius R
 21 absentato E existunt P, (s. l. m. 2 add. al estant) E 23 sistente P¹
 existente R 24 adque E¹ 25 cap. XLVII E 27 assumente PRSb

24. Haec igitur natura spiritalis, in qua non corpora, sed corporum similitudines exprimuntur, inferioris generis uisiones habet quam illud mentis atque intellegentiae lumen, quo et ista inferiora diiudicantur et ea cernuntur, quae neque sunt corpora nec ullas gerunt formas similes corporum, uelut ipsa 5 mens et omnis animae adfectio bona, cui contraria sunt eius uitia, quae recte culpantur atque damnantur in hominibus. quo enim alio modo ipse intellectus nisi intellegendo conspicitur? ita et caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia et 10 cetera huius modi, quibus propinquatur deo, et ipse deus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia.

Quamquam itaque in eadem anima fiant uisiones, siue quae sentiuntur per corpus, sicut hoc corporeum caelum et terra et quaecumque in eis nota esse possunt, quemadmodum possunt, 15 siue quae spiritu uidentur similia corporum, de quibus multa iam diximus, siue cum mente intelleguntur, quae nec corpora sunt nec similitudines corporum, habent utique ordinem suum et est aliud alio praecellentius. praestantior est enim uisio spiritalis quam corporalis et rursus praestantior intellectualis 20 quam spiritalis. corporalis enim sine spiritali esse non potest, quandoquidem momento eodem, quo corpus sensu corporis tangitur, fit etiam in animo tale aliquid, non quod hoc sit, sed quod simile sit: quod si non fieret, nec sensus ille esset, quo ea, quae extrinsecus adiacent, sentiuntur. neque enim 25 corpus sentit, sed anima per corpus, quo uelut nuntio utitur ad formandum in se ipsa, quod extrinsecus nuntiatur. non potest itaque fieri uisio corporalis, nisi etiam spiritalis simul

9 Gal. 5, 22. 23 11 cf. Rom. 11, 36

1 cap. XLVIII E 3 adque E¹ 4 inferior || adiudicantur P 5 corpora R¹ nec] neque Rbd 7 hominibus (s. l. m. 2 add. ad ne) E 9 cap. XLVIII E 11 propinquatus E¹ 12 per quē in ras. P 14 et ante terra om. Rbd 15 quemadmodum EP quae ammodum R 16 que S 17 intellegantur S 19 aliud alio P praestantior ES 20 quam corporalis *repetitum del. m. 2 R* praestantior E intellectualis (s. l. add. m. 2 ad intellegibilis) E 26 uelud S¹

fiat; sed non discernitur, nisi cum fuerit sensus ablatuſ a corpore, ut id, quod per corpus uidebatur, inueniatur in ſpiritu. at uero ſpiritualis uisio etiam ſine corporali fieri poteſt, cum abſentium corporum ſimilitudines in ſpiritu adparent et
 5 finguntur multae pro arbitrio uel praeter arbitrium demonſtrantur. item ſpiritualis uisio indiget intellectuali, ut diiudicetur, intellectualis autem iſta ſpirituali inferiore non indiget. ac per hoc ſpirituali corporalis, intellectuali autem utraque ſubiecta eſt. cum ergo legimus: ſpiritualis omnia diiudicat,
 10 ipſe autem a nemine diiudicatur, non ſecundum ſpiritum, a quo mens diſcernitur, ſicut illud quod dictum eſt: orabo ſpiritu, orabo et mente, ſed ex illa notione debemus accipere, qua dictum eſt: renouamini autem ſpiritu mentis ueſtrae. iam enim ſupra docuimus alio modo et ipſam
 15 mentem ſpiritum dici, ſecundum quam ſpiritualis omnia diiudicat. quapropter non abſurde neque inconuenienter arbitror ſpiritualem uisionem inter intellectualem et corporalem tamquam medietatem quandam obtinere. puto enim non incongruenter medium dici, quod corpus quidem non eſt, ſed ſimile
 20 eſt corporis, inter illud, quod uere corpus eſt, et illud, quod nec corpus eſt nec ſimile corporis.

25. Inluditur autem anima ſimilitudinibus rerum non earum uitio, ſed opinionis ſuae, cum adprobat quae ſimilia ſunt pro hiſ, quibus ſimilia ſunt, ab intellegentia deficiens.
 25 fallitur ergo in uisione corporali, cum in ipſis corporibus fieri putat, quod fit in corporis ſenſibus — ſicut nauigantibus uidentur in terra moueri quae ſtant et intuentibus caelum ſtare ſidera, quae mouentur, et diuaticatis radiis oculorum duae lucernae ſpecies adparere et in aqua remuſ infractus

9 I Cor. 2, 15 11 I Cor. 14, 15 13 Ephes. 4, 28

2 inueniatur *R* 5 preter *PS* 6 intellectuali (ali *in ras. m. 2*) *R*
 ut (t *corr. m. 2*) *R* 9 ſubiecta *E*¹ diiudicat] indicat *Rbd* 10 et
 ipſe *E* 12 notione] notione *P* natione *S*¹ narratione *S*² 13 qua *E*¹
 18 optineret *E* 20 corpori *b* inter—corporis *add. m. 1 in mg. inf. P*
 illut *S*¹ 21 corpori *b* 22 a ſimilitudinibus *E* 23 aprobat *ES*
 24 hiſ] iis *d* 25 uisionem *R* 28 ſideraque *S*¹ 29 ſpecies *R* infractus *R*¹

et multa huius modi — aut cum putat hoc esse, quod similiter coloratum est uel similiter sonat uel olet uel sapit uel tangitur — hinc enim et medicamentum aliquod ceratum coctum in caccabo putatur legumen et sonitus transeuntis uehiculi putatur ex tonitru et, si nullis aliis sensibus exploretur, sed soli adiaceat 5 olfactui, citrium putatur herba, quae uocatur apiaria, et cibus aliquo dulciculo suco adfectus putatur melle conditus et ignotus anulus contrectatus in tenebris putatur aureus, cum sit aereus uel argenteus — aut cum repentinis inopinatisque corporalibus uisis anima turbata uel in somnis uidere se putat 10 uel aliquo eius modi spiritali uiso adfici: unde in omnibus corporalibus uisis et aliorum sensuum contestatio et maxime ipsius mentis atque rationis adhibetur, ut, quod in hoc rerum genere uerum est, inueniatur quantum inueniri potest. in uisione autem spiritali, id est in corporum similitudinibus, 15 quae spiritu uidentur, fallitur anima, cum ea, quae sic uidet, ipsa corpora esse arbitratur uel, quod sibi suspicione falsaue coniectura finxerit, hoc etiam in corporibus putat, quae non uisa coniectat. at uero in illis intellectualibus uisis non fallitur. aut enim intellegit, et uerum est; aut, si uerum non 20 est, non intellegit: unde aliud est in his errare, quae uidet, aliud ideo errare, quia non uidet.

26. Quapropter cum rapitur anima in ea uisa, quae spiritu cernuntur similia corporalibus, ita ut omnino a sensibus corporis auertatur amplius quam in somno solet, sed minus 25 quam in morte, iam diuinae admonitionis est et adiutorii, ut se non corpora, sed uisa corporum similia spiritaliter nouerit cernere, sicuti qui se in somnis uidere, etiam antequam

1 putat] putat aliquid *bd* hac *S*¹, in *mg.* hoc 3 post coctum *er.*
est & in R cacabo *Rbd* 5 tonitruo *Rbd* 7 succo *PSbd* 8 an-
 nululus *bd* 9 aut argenteus *RSbd* inopinatisque *S* 10 uideri *S*
 11 aliqua *S* huiusmodi *d* uiso] uisione *S* afficit *P* affici. *R*
 12 maximae *RS* 15 similitudinibus (ni *s. l. m. 1*) *R* 17 quid *R*
 suspcione (*b er.*) *R* falsaue (a *exp. m. 1*) *P* 18 contectura *P*
 22 errare *om. R* 26 mortæq̄ *E* ammonitionis *EPRS* 28 qui]
 qua* (*e er.*) *R*¹ quae *bd* se *om. b*

- euigilant, sciunt. ibi si etiam uidentur futura, ita ut omnino futura noscantur, quorum imagines praesentes uidentur siue ipsa hominis mente diuinitus adiuta siue aliquo inter ipsa uisa quid significant exponente, sicut in Apocalypsi Iohanni
- 5 exponebatur, magna reuelatio est, etiamsi forte ignoret ille, cui haec demonstrantur, utrum e corpore exierit an adhuc sit in corpore, sed spiritu a sensibus corporis alienato ista uideat; potest enim sic raptus id ignorare, si ei et hoc non ostendatur.
- 10 Porro autem, si quemadmodum raptus est a sensibus corporis, ut esset in istis similitudinibus corporum, quae spiritu uidentur, ita et ab ipsis rapiatur ut in illam quasi regionem intellectualium uel intellegibilium subuehatur, ubi sine ulla corporis similitudine perspicua ueritas cernitur, nullis opinionum
- 15 falsarum nebulis offuscatur, ibi uirtutes animae non sunt operosae ac laboriosae; neque enim opere temperantiae libido frenatur aut opere fortitudinis tolerantur aduersa aut opere iustitiae iniqua puniuntur aut opere prudentiae mala deuitantur. una ibi et tota uirtus est amare quod uideas et summa
- 20 felicitas habere quod amas. ibi enim beata uita in fonte suo bibitur, unde aspergitur aliquid huic humanae uitae, ut in temptationibus huius saeculi temperanter, fortiter, iuste prudenterque uiuatur. propter illud quippe adipiscendum, ubi secura quies erit et ineffabilis uisio ueritatis, labor suscipitur

4 cf. Apoc. 1, 10 sqq.

2 noscantur (a *sup.* u *scr.* m. 1) S presentes R 4 apocalypsi FRS iohannis PR ioanni *bd* 5 reuellatio P 6 e] ex b 10 quemammodum PS quem ammodum R 12 ipsis (s *fin.* *add.* m. 2) R 13 intellegibiliu P subueatur ES¹ subueheat P ubi] Ibi (*post* subueatur enim *(.) distinctum est*) b 14 perspicua S 15 obfuscatur S² obfuscatur b 16 operose S laboriose S *cap.* LII E operae E liuido P 17 operae E operae E 18 operae E male S diuitantur S 19 ibi (i *init.* *ex* u) E 21 uiuitur E¹ unde] inde Rbd 22 temperantia (*add.* m. 2) R fortiter (i *ex* e m. 1) E iustae P¹

et continendi a uoluptate et sustinendi aduersitates et subueniendi indigentibus et resistendi decipientibus. ibi uidetur claritas domini non per uisionem significantem siue corporalem, sicut uisa est in monte Sina, siue spiritalem, sicut uidit Esaias uel Iohannes in Apocalypsi, sed per speciem non per
 27. sicut intellegendum arbitrator, quod de Moyse scriptum est.

Concupiuerat enim, sicut in Exodo legimus, uidere deum, non utique sicut uiderat in monte nec sicut uidebat in tabernaculo, sed in ea substantia, qua deus est, nulla adsumta corporali creatura, quae mortalis carnis sensibus praesentetur, neque in spiritu figuratis similitudinibus corporum, sed per speciem suam, quantum eam capere creatura rationalis et intellectualis potest seuocata ab omni corporis sensu, ab omni significatio aenigmate spiritus. sic enim scriptum est: si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temet ipsum, manifeste uideam te, cum paulo superius legatur: et locutus est dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut quis loquitur ad amicum suum. sentiebat ergo, quid uidebat et quod non uidebat desiderabat. nam et paulo post, cum dixisset ei deus: inuenisti enim gratiam in conspectu meo, et scio te prae omnibus, respondit

7 cf. Num. 12, 8 11 cf. Exod. 19, 18; 33, 9 18 Exod. 33, 13. 11. 17

1 continendi (i *fin. s. l. m. 1*) *E* continenti *P*¹ sustinendi ad *E* aduersitates—resistendi *s. l. m. 1* *E* post aduersitates *del. est m. 1* et subueniendi aduersitates *P* 2 resistendi ad *E* 3 siue] sibe *P* 4 cap. LIII *E* 5 isaias *bd* iohannes *P*¹ Ioannes *d* apocalypsi *RS* 6 enigmata *EPRS* ea *b* mens humana *PRbd* 7 assumptis (s *fin. s. l. m. 1*) *R* *ds (bis)* *P* deus *om. P*¹ ei quem dignum tali deus *Rbd* 9 cum uoce sicut incipit cap. 27 in *bd* scribitum *E*¹*P* 10 sicut] ut *b* 12 assumpta *RSbd* 16 seuocata *P*¹ *fin. ab*] et ab *Pbd* 17 aenigmatæ *E* aenigmatæ *R* enigmata *S* scribitum *E*¹*P* 18 ergo] enim *E*¹ 19 uideam] ut uideam *E*²*PRS*²*bd* 20 et *om. bd* loquutus *P* est *om. Pbd* 21 quis (s *m. 1 s. l.*) *E* sui *s. l. m. 1 P* 22 non *om. S* 23 enim *om. b*

ei: ostende mihi claritatem tuam. et tunc quidem re-
 sponsum accepit a domino figuratum, de quo nunc longum
 est disputare, quando ei dixit: non poteris uidere faciem
 meam et uiuere; non enim uidebit homo faciem meam
 5 et uiuet. deinde subiecit et ait illi: ecce locus penes
 me, et stabis supra petram; statim ut transiet mea
 maiestas, et ponam te in specula petrae et tegam
 manu mea super te, donec transeam; et auferam
 manum et tunc uidebis posteriora mea; nam facies
 10 mea non adparebit tibi. nec tamen secuta scriptura hoc
 etiam corporaliter factum esse narrauit satisque per hoc
 demonstratum est figurate dictum esse in ecclesiae signifi-
 cationem. ipse est enim locus penes dominum, quia ecclesia est
 templum eius et ipsa aedificata est super petram, et cetera,
 15 quae ibi dicta sunt, eidem intellegentiae congruunt. nisi
 tamen concupitam et desideratam dei claritatem Moyses
 uidere meruisset, non in libro Numerorum diceret deus ad
 Aaron et Mariam fratres eius: audite uerborum meorum:
 si fuerit propheta uester, in uisione illi dominus co-
 20 gnoscar et in somno loquar illi! non ita, quomodo
 famulus meus Moyses in tota domo mea fidelis est;
 os ad os loquar ad illum in specie et non per aenig-
 mata, et claritatem domini uidit. neque enim hoc
 secundum substantiam corporis, quae carnis sensibus prae-
 25 sentatur, intellegendum est; nam utique sic loquebatur ad
 Moysen facie ad faciem, contra in contra, quando tamen

1 Ex. 33, 18. 20—23 18 Num. 12, 6—8

2 accipit *PR*¹ 3 potes. *S* 6 supra (*s. l. m. 2 add. al sup*) *E*
 super *PRSbd* transiit *PR* 7 specula] spelunca *bd* 8 manu] manum
 meam *E* manum meam *R*^{2b} 9 nam facies mea *om. S*¹ 10 sequa *P*¹
 secutura *R*² *om. S* 12 est] est figura (figura *add. m. 2*) *S* figura-
 15 intellegendae *R*, (*s. l. m. 2 al de*) *E* 18 uerba mea *R*^{2bd} 19 uester]
 inter uos domino *d* inter uos *b* illi] illius *b* dominus *om. d*
 cognosceret *P* 20 somno *Pb* 22 enigmata *ERS* 25 sic (*s. l. m.*
2 al si) *E*

dixit ei: ostende mihi temet ipsum, et nunc etiam ad ipsos, quos obiurgabat et quibus Moysi meritum ita praeferebat, sic loquebatur per creaturam corporalem praesentatam sensibus carnis. illo ergo modo in illa specie, qua deus est, longe ineffabiliter secretius et praesentius loquitur locutione 5 ineffabili, ubi eum nemo uiuens uidet uita ista, qua mortaliter uiuitur in istis sensibus corporis, sed nisi ab hac uita quisque quodammodo moriatur siue omnino exiens de corpore siue ita auersus et alienatus a carnalibus sensibus, ut merito nesciat, sicut apostolus ait, utrum in corpore an extra corpus 10 sit, cum in illam rapitur et subuehitur uisionem.

28. Quapropter si hoc tertium uisionis genus, quod superius est non solum omni corporali, quo per corporis sensus corpora sentiuntur, uerum etiam omni illo spiritali, quo similitudines corporum spiritu, non mente cernuntur, tertium caelum 15 appellauit apostolus, in hoc uidetur claritas dei, cui uidendae corda mundantur. unde dictum est: beati mundicordes, quia ipsi deum uidebunt, non per aliquam corporaliter uel spiritaliter figuratam significationem tamquam per speculum in aenigmate, sed facie ad faciem, quod de Moyse dictum 20 est „os ad os“, per speciem scilicet, qua deus est quidquid est, quantulumcumque eum mens, quæ non est quod ipse, etiam ab omni terrena labe mandata, ab omni corpore et similitudine corporis alienata et abrepta capere potest: a quo peregrinamur mortali et corruptibili onere grauati, quamdiu 25

10 cf. II Cor. 12, 3 17 Matth. 5, 8 19 cf. I Cor. 13, 12
24 cf. II Cor. 5, 6. 7

1 ei dixit *S* ei *om.* *P* semetipsum *R* 2 preferebat *R* 4 in
om. *S* 5 presentius *R* loquutione *P* 6 uiuens] uidens *bd* uidet]
uidit *P* uiuet *bd* 8 quodadmodo *E*¹ 9 aduersus (d *exp. m.* 1) *P*
11 in *s. l. m.* 1 *S* 12 *cap.* LIII *E* 13 quod *Rb* 15 non] et non *P²Rbd*
17 corde *P* mundo corde *PRSub* 20 enigmatae *E* enigmate *S*
21 quia *E* est deus *Rbd* 22 ipse] ipse est *b* 23 ab—ab *om.* *P*¹
omni corpore et ab omni terrena *Rb* ab] et ab *PSd* ab omni
corpore *om.* *Rb* 24 similitudinem *R* 25 peregrinamur (amur *in ras.*) *R*
onere] honore *S*¹ one** grauati (one *in ras. m.* 2) *R*

per fidem ambulamus, non per speciem et cum hic iuste uiuimus. cur autem non credamus, quod tanto apostolo gentium doctori, raptō usque ad istam excellentissimam uisionem, uoluerit deus demonstrare uitam, in qua post hanc
 5 uitam uiuendum est in aeternum? et cur non dicatur iste paradysus excepto illo, in quo corporaliter uixit Adam inter ligna nemorosa atque fructuosa? quandoquidem et ecclesia, quae nos congregat in caritatis sinum, paradysus dicta est cum fructu pomorum. sed hoc figurate dictum est, tam-
 10 quam illo paradiso, ubi proprie fuit Adam, ecclesia significata sit per formam futuri. quamquam diligentius considerantibus fortassis occurrat illo paradiso corporali, in quo Adam corporaliter fuit, et istam uitam sanctorum significatam, quae nunc agitur in ecclesia, et illam, quae post hanc erit
 15 in aeternum: sicut Hierusalem, quae interpretatur „uisio pacis“ et tamen terrena quaedam ciuitas demonstratur, significat Hierusalem matrem nostram aeternam in caelis siue in his, qui spe salui facti sunt et quod non uident sperantes per patientiam expectant, secundum quos multi filii
 20 desertae magis quam eius, quae habet uirum, siue in ipsis angelis sanctis per ecclesiam multiformis sapientiae dei, cum quibus post hanc peregrinationem sine labore et sine fine uiuendum est.

29. Si autem sic accipimus tertium caelum, quo apostolus
 25 raptus est, ut quartum etiam et aliquot ultra superius caelos esse credamus, infra quos est tertium hoc caelum, sicut eos

8 Cant. 4, 13 18 cf. Rom. 8, 24. 25 19 cf. Gal. 4, 26, 27
 21 Ephes. 3, 10

1 iustae *P*¹ 2 quor *FR* 3 doctori gentium *PR**S**b**d* 5 uidendum *R*
cap. LV *E* quor *PR* 6 paradysus *P* 7 aeclesia *E* 8 sinu *b*
 9 figuratae *E* figuratum *R* 10 propriae *R* aeclesia *E* signi-
 ficata] figurata *b* 14 aeclesia *E* ecclesia* (m *er.*) *S* 15 *cap.* LVI *E*
 Ierusalem *R**d* interpretaetur *EPR* 16 tamen] *ct* *b* quaedam
 terrena (terraena *P*) *PR**S**b**d* 17 ierusalem *P**d* aeternam *s. l. m.* 1 *R*
 18 iis *d* 20 deserte *P* in *om.* *S**d* 21 aeclesiam *E* sapientiae
 (*s. l. m.* 2 *add. al gre*) *E* 25 aliquod *ES* superius] super hos *S*
 26 quod *S* hoc tertium *PR**S**b**d* caelum *om.* *R*

alii septem, alii octo, alii nouem uel etiam decem perhibent et in ipso uno, quod dicitur firmamentum, multos gradatim esse confirmant ac per hoc corporeos esse uel ratiocinantur uel opinantur — de quorum ratione atque opinione nunc disserere longum est; potest autem fieri, ut etiam in spiritalibus uel intellectualibus multos quosdam gradus quisquam esse contendat aut, si possit, ostendat eosque distinctos iuxta aliquem prouectum magis minusue inlustrium reuelationum — sed utcumque se ista habeant et accipiantur, ut libet, ab alio sic, ab alio autem sic, ego uisorum uel uisionum praeter ista tria genera aut corpore aut spiritu aut mente usque adhuc uel nosse uel docere non possum. sed quot et quantae singulorum generum sint differentiae, ut in unoquoque aliud alio gradatim superferatur, ignorare me fateor.

30. Sicut autem in ista luce corporea est caelum, quod super terras suspicimus, unde luminaria clarent et sidera, quae corpora longe sunt meliora terrestribus, sic in illo genere spiritali, in quo uidentur corporum similitudines luce quadam incorporali ac sua, sunt quaedam excellentia et merito diuina, quae demonstrant angeli miris modis: utrum uisa sua facili quadam et praepotenti iunctione uel conmixtione etiam nostra esse facientes, an scientes nescio quomodo nostram in spiritu nostro informare uisionem, difficilis perceptu et difficilior dictu res est. sunt autem alia uisa usitata et humana, quae

4 opinantur (n *fin. s. l. m. 1*) R rationem R atque] siue PRSbd
 opinionem R 5 potest (te *s. l. m. 1*) S autem] etiam d etiam]
 iam S in om. b 7 aut—ostendat *add. in mg. m. rec. P* 8 minus-
 uel P 9 habent PRb accipiuntur b 10 *cap. LVII E* 12 quot
 (t *m. 1 ex d*) E quod P¹S¹ 13 unumquoque S 16 terram S
 suspicimus b 17 longe (e *ex a m. 2*) E 19 quaedam (*sup.*
 ae *add. m. 2* al a) E excellentia R¹ 20 uisi R 21 prae-
 ponenti (*s. l. add. m. 2* al t) E 22 esse se (se *add. m. 2*) E
 an] ac P 23 nostro (tro *s. l. m. 1*) E preceptu R
 24 dictures (u *s. l. pos. m. 1, sed m. 2 del. est*) E res om. P
 uisa om. EP¹S et om. b quae — 425, 4 cogitando in
ras. m. 2 R

siue ex ipso spiritu nostro multipliciter existunt siue ex corpore spiritui quodammodo suggeruntur, sicut fuerimus adfecti uel carne uel animo. non solum enim uigilantes homines curas suas cogitando uersant in similitudinibus corporum, uerum etiam dormientes hoc saepe somniant, quo indigent; nam et negotia sua gerunt ex animi cupiditate et epulis poculisque inhianter instant, si forte esurientes sitientesque dormierunt. quae omnia puto comparata illis angelicis demonstrationibus sic habenda, ac si in ista natura corporum terrena caelestibus comparentur.

31. Sic etiam in illo genere intellectualium uisorum alia sunt, quae in ipsa anima uidentur, uelut uirtutes, quibus uitia sunt contraria, siue permansurae, ut pietas, siue utiles huic uitae et postea non futurae, sicut fides, qua credimus ea, quae nondum uidemus, et spes, qua futura cum patientia expectamus, et ipsa patientia, qua omnia toleramus aduersa, donec quo uolumus ueniamus. istae quippe et huius modi uirtutes, quae nunc propter transigendam istam peregrinationem ualde necessariae sunt, non erunt in illa uita, propter quam adipiscendam sunt necessariae, et tamen etiam ipsae intellectualiter uidentur; neque enim aut corpora sunt aut species habent similes corporum. aliud autem est ipsum lumen, quo inlustratur anima, ut omnia uel in se uel in illo ueraciter intellecta conspiciat. nam illud iam ipse deus est, haec autem creatura, quamuis rationalis et intellectualis ad eius imaginem facta, quae cum conatur lumen illud intueri palpat infirmitate

1 post siue legitur qualia saepe p. 426, 14 — uers. 20 corporis sui sqq. usque ad 427, 4 non solum in fol. 339^b P; ex ipso spiritu sqq. leguntur post u. 6 p. 426 ceterum uide praefationis partem de codice P agentem existunt P existunt S¹ 4 curas] cur eas S 5 sepe PRS quo] quod E quod PS 6 aepulis R 7 inianter E inhiantes bd instant] insistunt Pbd 8 dormiant R dormiunt b 9 abenda P¹ 12 cap. LVIII E uidenter P¹ 13 permansure R pietates P 16 expectamus (s pr. s. l. m. 1) E 17 ueniamus (s. l. add. m. 2 al uide) E iste ER in huiusmodi S 18 transiendam S istam] iustam b 20 ipse P 21 uidentur (u fn. ex e) E 22 quo (o ex i m. 1) E 24 iam om. b hec S hoc b

et minus ualet. inde est tamen quidquid intellegit sicut ualet. cum ergo illuc rapitur et a carnalibus subtracta sensibus illi expressius uisioni praesentatur non spatiis localibus, sed modo quodam suo, etiam supra se uidet, quo adiuta uidet quidquid etiam in se intellegendo uidet.

5

32. Si autem quaeritur, cum anima de corpore exierit, utrum ad aliqua loca corporalia feratur an ad incorporalia corporalibus similia, an uero nec ad ipsa, sed ad illud, quod et corporibus et similitudinibus corporum est excellentius, cito quidem responderim ad corporalia loca eam uel non ferri nisi cum aliquo corpore uel non localiter ferri. iam utrum habeat aliquod corpus, cum de hoc corpore exierit, ostendat qui potest; ego autem non puto. ad spiritalia uero pro meritis fertur aut ad loca poenalia similia corporibus, qualia saepe demonstrata sunt his, qui rapti sunt a corporis sensibus et mortuis similes iacuerunt et infernas poenas uiderunt, cum et ipsi in se ipsis gererent quandam similitudinem corporis sui, per quam possent ad illa ferri et talia similibus experiri. neque enim uideo, cur habeat anima similitudinem corporis sui, cum iacente sine sensu ipso corpore nondum tamen penitus mortuo uidet talia, qualia multi ex illa subductione uiuis redditi narrauerunt, et non habeat, cum perfecta morte penitus de corpore exierit. aut ergo ad illa fertur poenalia aut ad illa itidem similia corporalibus nec tamen poenarum, sed quietis atque gaudiorum.

25

1 quicquid *E²RS* 3 uisioni expressius *PR**S**bd* presentatur *RS*
 spaciis *R* 4 uideret *E* quo] quod *P* quidquid—uidet *om. R*
 6 *cap. LVIII E* 7 aliqua *P* ferantur *E* 8 ad *s. l. m. 1 E*
 9 corporalibus *R* 10 responderim *E¹* 12 aliquot *E¹* ostendat
 (*h exp. m. 1*) *R* 13 *post* puto *sequuntur uerba*: spiritualement enim arbitror
 esse, non corporalem *in bd quae eadem p. 427, 28 suum locum habent.*
 14 poenalia *S cap. LX E* 15 saepe *RS* his] iis *d* 16 infernales *Rbd*
 17 gererent] cererent *P* similitudinem *S* 18 illam *E*
 similibus] similia sensibus *P* similibus sensibus *R* similibus sensibus *S*
 similitudinibus sensuum *bd* 19 quor *P* 20 tamen] cu *b om. R*
 21 subductione *P* 22 redditi (di *er.*) *E* abeat *R* 23 exierint *b*

Neque enim recte dici potest uel illas falsas esse poenas uel illam falsam requiem atque laetitiam: tunc enim et falsa sunt, quando per opinionis errorum alia pro aliis putantur. nam Petrus non solum cum discum illum uidebat et in eo
 5 non similitudines corporum, sed corpora putabat, in hoc utique fallebatur, uerum etiam cum alio tempore ab angelo solutus e uinculis ibat in corpore ambulans et praesentatus corporalibus formis et putabat se uisum uidere, nihilominus fallebatur. nam et illae in disco erant spiritales formae corpora-
 10 libus similes et ista corporalis expressio soluti de uinculis propter miraculum spiritali similis erat. fallebatur autem anima in utrisque, nonnisi cum alia pro aliis adprobaret. quamuis ergo non sint corporalia, sed similia corporalibus, quibus animae corporibus exutae adficiuntur seu bene seu
 15 male, cum et ipsae corporibus suis similes sibimet adpareant, sunt tamen et uera laetitia est et uera molestia facta de substantia spiritali. nam et in somnis magni interest, utrum in laetis an in tristibus simus. unde quidam in rebus, quas concupuerant, constituti se euigilasse doluerunt et rursus grauibus
 20 terroribus atque cruciatibus exagitati atque uexati, cum expergefatti essent, dormire timuerunt, ne in eadem mala reuocarentur. et utique dubitandum non est, quod expressiora sint illa, quae inferna dicuntur, atque ob hoc uehementius sentiantur. nam et qui subtracti sunt sensibus corporis, minus
 25 quidem quam si omni modo morerentur, sed tamen amplius quam si dormirent, expressiora se uidisse narrarunt, quam si somnia narrauissent. est ergo prorsus inferorum substantia, sed eam spiritalem arbitror esse, non corporalem.

4 cf. Act. 10, 11. 12 6 cf. Act. 12, 7—9

2 letitiam *P* leticiam *R* et] haec *PRsbd* 8 nihilominus *P* nichilo-
 minus *R* nihilominus *S* 9 ille *P* 10 expressio *P* soluta *R*
 12 alia] alias *S* 14 exutae corporibus *R* 15 et *om. b* ipse *EPR*
 siuimet *P* 16 est *om. PRbd* modestia *R* 18 letis *R*
 concupirant *P*¹ 22 utique] ubique *b* expressiora *PR* 25 mori-
 rentur *S* 26 expressiora *R* narrauerunt *bd*

33. Nec audiendi sunt, qui adfirmant inferos in hac uita explicari nec esse post mortem; uiderint enim, quemadmodum poetica figmenta interpretentur. nos ab auctoritate diuinarum scripturarum, quibus solis de hac re fides habenda est, recedere non debemus. quamquam possimus ostendere illorum quoque sapientes de inferorum substantia minime dubitasse, quae post hanc uitam excipit animas mortuorum. unde autem sub terris esse dicantur inferi, si corporalia loca non sunt, aut unde inferi appellantur, si sub terris non sunt, merito quaeritur. animam uero non esse corpoream non me putare, sed plane scire audeo profiteri; tamen habere posse similitudinem corporis et corporalium omnino membrorum quisquis negat potest negare animam esse, quae in somnis uidet uel ambulare se uel sedere uel hac atque illac gressu aut etiam uolatu ferri ac referri, quod sine quadam similitudine corporis non fit. proinde, si hanc similitudinem etiam apud inferos gerit non corporalem, sed corpori similem, ita etiam in locis uidetur esse non corporalibus, sed corporalium similibus siue in requie siue in doloribus.

Quamquam et illud me nondum inuenisse confiteor inferos appellatos, ubi iustorum animae requiescunt. et Christi quidem animam uenisse usque ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur, ut eos solueret a tormentis, quos esse soluendos occulta nobis sua iustitia iudicabat, non inmerito creditur. quomodo enim aliter accipiendum sit, quod dictum est: quem deus suscitauit a mortuis solutis doloribus inferorum, quia non poterat teneri ab eis, non uideo,

9 cf. *Retract.* II 24. in duodecimo de inferis magis mihi uideor docere debuisse, quod sub terris sint, quam rationem reddere, cur sub terris esse credantur siue dicantur, quasi non ita sit. 26 Act. 2, 24

2 uiderunt *b* quemadmodum *ES* 3 interpretentur *EPR* 4 scribuntur *EP* 5 recidere *P* 9 appellantur *PRsb* 10 queritur *PRS* 14 se ambulare *RSbd* uel hac] ac *R* illae *P¹* egressu *Rb* 15 referri] ferri *R* similitudinem *E* 16 apud *E¹P* 17 corporis *S* 18 sibe *P¹* 19 requiè *PR* doloribus (or *s. l. m. 1*) *P* 21 iustorum (*s ex nc m. 1*) *E* 26 a] ex *PRsb* 27 non poterat *in cod. legi nequit E*

nisi ut quorundam dolores apud inferos eum soluisse accipiamus ea potestate, qua dominus est, cui omne genu flectitur caelestium, terrestrium et inferorum, per quam potestatem etiam illis doloribus, quos soluit, non potuit
 5 adtineri. neque enim Abraham uel ille pauper in sinu eius, hoc est in secreto quietis eius, in doloribus erat, inter quorum requiem et illa inferna tormenta legimus magnum chaos firmatum, sed nec apud inferos esse dicti sunt; contigit enim, inquit, mori inopem illum et auferri ab angelis
 10 in sinum Abrahae; mortuus est autem et diues et sepultus est. et cum apud inferos in tormentis esset et cetera. uidemus itaque inferorum mentionem non esse factam in requie pauperis, sed in subplicio diuitis.

Illud etiam, quod Iacob dicit ad filios suos, deducetis
 15 senectam meam cum tristitia ad inferos, uidetur hoc magis timuisse, ne nimia tristitia sic perturbaretur, ut non ad requiem beatorum iret, sed ad inferos peccatorum. neque enim paruum animae malum est tristitia, cum et apostolus cuidam tam sollicite timuerit, ne maiore tristitia absorberetur.
 20 proinde, ut dixi, nondum inueni et adhuc quaero nec mihi occurrit inferos alicubi in bono posuisse scripturam dumtaxat canonicam; non autem in bono accipiendum sinum Abrahae et illam requiem, quo ab angelis pius pauper ablatu est,

2 cf. Phil. 2, 10 8 Luc. 16, 22—26 14 Gen. 44, 29 18 cf. II Cor. 2, 7

1 nisi *om. S* ut *om. P* rundam dolo *legi non possunt E*; in *sequentibus tales particulas uncinabo* aput *E¹P* eum] cum (*s. l. m. 2 add. at en*) *E* 2 [potes]tate *E* 3 c[aeles]tium *E* inferorum (*n. s. l.*) *E* inferorum *S* 4 [potes]tatem *E* [potuit] *E* 5 attineri *E* teneri *b* habraham *P* 7 illa] alia *b* inferni *bd* chaos (*o. s. l.*) *E* chasma *P* chaum *S* 8 affirmatum *S* çaput (*c. exp. m. 1*) *P* inferos *om. R* contigit *P* conti.git *S* 9 afferri *E²S²b* 10 sinu *E* habrahae *P* abrahae *R* 13 requiem *E* requiē *P* suplicio *E* 15 senecta *E¹* senectutem *b* mea *E¹* tristitia (*~ sup. a. er.*) *P* tristicia *R* uide *S* 16 tristicia *R* 17 quietē *S* 18 et] etiam *b* 19 obsorberetur *S* 20 quero *R* 21 posuisse—bono *om. R* scribituram *E¹P*

nescio utrum quisquam possit audire. et ideo quomodo eam apud inferos credamus esse non uideo.

34. Uerum hoc dum quaerimus et aut inuenimus aut non inuenimus, urget nos longitudo libri huius eum aliquando concludere. quapropter quoniam de paradiso sermonem instituimus propter illud, quod apostolus ait scire se raptum hominem usque in tertium caelum, nescire autem siue in corpore siue extra corpus, et quia raptus est in paradysum et audiuit ineffabilia uerba, quae non licet homini loqui, non temere adfirmamus, utrum in tertio caelo sit paradysus, an et in tertium caelum et inde rursus in paradysum raptus sit. si enim proprie quidem nemorosus locus, translato autem uerbo omnis etiam spiritalis quasi regio, ubi animae bene est, merito paradysus dici potest, non solum tertium caelum, quidquid illud est, quod profecto magnum sublimerque praeclearum est, uerum etiam in ipso homine laetitia quaedam bonae conscientiae paradysus est. unde et ecclesia sanctis temperanter et iuste et pie uiuentibus paradysus recte dicitur, pollens affluentia gratiarum castisque deliciis, quandoquidem et in tribulationibus gloriatur de ipsa patientia plurimum gaudens, quia secundum multitudinem dolorum in corde eius consolationes dei iucundant animam eius. quanto magis ergo post hanc uitam etiam sinus ille Abrahae paradysus dici potest, ubi iam nulla temptatio, ubi tanta requies post omnes dolores uitae huius! neque enim et lux ibi non est propria quaedam et sui generis, et profecto magna, quam diues ille

17 cf. Eccli. 40, 27 20 cf. Ps. 93, 19

1 eū b 2 apud E¹P credimus R 3 querimus R 4 urget E²R
 7 in (s. l. m. 2 al ad) E r̄cium R 9 audit P 10 et] etiam bδ
 11 sit] est P 12 propri.e PS quidem] quidem est b translato. (s
 er.) R 15 quicquid E²RS preclarum PR 16 leticia R que-
 dā PR 17 aeclesia E sanctis] in sanctis E in sanctis PRSbd
 18 iustae PS¹ pia PS¹ 19 affluentia PS castit̄isque E castis-
 quae P 20 patientia R 21 quia] que P dolorē C; cum uoce
 dolorum finitur codex S eius] meo PR om. bδ 23 habrahae P
 24 temptatio E²PRC 26 quedam R magna] manna P

de tormentis et tenebris inferorum tam utique de longinquo, cum magnum chasma esset in medio, sic tamen uidit, ut ibi illum quondam contemptum pauperem agnosceret.

Quae si ita sunt, ideo sub terris dicuntur inferi uel cre-
 5 duntur, quia congruenter in spiritu per illas corporalium
 rerum similitudines sic demonstrantur, ut, quoniam defunc-
 torum animae inferis dignae carnis amore peccarunt, hoc eis
 per illas corporum similitudines exhibeatur, quod ipsi carni
 mortuae solet, ut sub terra recondatur. denique inferi eo,
 10 quod infra sint, latine appellantur; sicut autem secundum
 corpus si ponderis sui ordinem teneant inferiora sunt omnia
 grauiora, ita secundum spiritum inferiora sunt omnia tristiora:
 unde et in graeca lingua origo nominis, quo appellantur inferi,
 ex eo quod nihil suaue habeant, resonare perhibetur. nec
 15 ipsam tamen rerum partem noster saluator mortuus pro nobis
 uisitare contempsit, ut inde solueret. quos esse soluendos
 secundum diuinam secretamque iustitiam ignorare non potuit.
 quapropter animae illius latronis, cui dixit: hodie mecum
 eris in paradiso, non utique inferos praestitit, ubi poenae
 20 sunt peccatorum, sed aut illam requiem sinus Abrahae —
 non enim alicubi non est Christus, cum ipse sit sapientia
 dei adtingens ubique propter suam munditiam — aut illum
 paradisum siue in tertio caelo siue ubicumque alibi est, quo
 post tertium caelum est raptus apostolus, si tamen non
 25 aliquid unum est diuersis nominibus appellatum, ubi sunt
 animae beatorum.

18 Luc. 23, 43 22 cf. Sap. 7, 24

1 longinquo *E* 2 chasma *E*¹ ^{uel chaos} chasma *R*¹*C*¹ 3 contemptum *PRSbd*
 cognosceret *R* 6 rerū *s. l. m.* 1 *C* sic — *u.* 8 similitudines *in mg.*
infer m. 1 *C* 7 digne *R* peccauerunt *P*²*RSbd* 8 corporum]
 corporalium *PRSbd* (*m.* 2 *s. l. add. ad liū*) *E* exhibeantur (*n exp.*
m. 1) *P* exhibeantur *R* 9 terram *PRbd* 10 sunt *R* 18 greca *PRC*
 14 nichil *RC* 16 contempsit *RCbd* 18 anime *R* 19 prestitit *E*
 penae *P* poena *R* 20 aut] ut *E*¹ requiem (*i s. l. m. 1*) *E* 21 et
 ipse *E* 22 mundiciam *R* illam *C* 23 paradisum *E*¹ celo *P*

Si ergo caelum primum recte accipimus hoc omne corporeum generali nomine quidquid est super aquas et terram, secundum autem in similitudine corporali quod spiritu cernitur, sicut illud, unde animalibus plenus in extasi Petro discus ille submissus est, tertium uero quod mente conspicitur ita secreta 5 et remota et omnino abrepta a sensibus carnis atque mundata, ut ea, quae in illo caelo sunt, et ipsam dei substantiam uerbumque deum, per quod facta sunt omnia, per caritatem spiritus sancti ineffabiliter ualeat uidere et audire: non incongruenter arbitramur et illuc esse apostolum raptum et ibi 10 fortassis esse paradysum omnibus meliorem et, si dici oportet, paradysum paradysorum. si enim animae bonae laetitia in rebus bonis est in omni creatura, quid ea laetitia praestantius, quae in uerbo dei est, per quod facta sunt omnia?

35. Sed, si quem mouet, quid opus sit spiritibus defunctorum 15 corpora sua in resurrectione recipere, si potest eis etiam sine corporibus summa illa beatitudo praebere, difficilior quidem quaestio est, quam ut perfecte possit hoc sermone finire; sed tamen minime dubitandum est et raptam hominis a carnis 20 sensibus mentem et post mortem ipsa carne deposita transcens etiam similitudinibus corporalium non sic uidere posse incommutabilem substantiam, ut sancti angeli uident, siue alia latentiore causa siue ideo, quia inest ei naturalis quidam adpetitus corpus administrandi: quo adpetitu retardatur quodammodo, ne tota intentione pergat in illud summum caelum, 25 quamdiu non subest corpus, cuius administratione adpetitus

4 cf. Act. 10, 10—12 10 cf. II Cor. 12, 2—4

2 quicquid *E²RS* 3 similitudinem *E* 4 ecstasi *d* submissus *PR*
 5 tertium *R* concupitur (*s. l. m. 2* spici) *E* 6 mundata *P* 8 quod]
 quem *PRCb* per caritatem] in caritate *PRCb^d* 10 esse *om. R*
 11 et si] quod *R* 13 praestantius *E* 14 quod] quae *R* 15 spiritali-
 bus *R* 18 questio *R* quam] qua *R* 19 raptum *E* 20 ipsam *RC*
 carnem depositam *R* et transcens *b* 24 retardatur (*prim. t s. l. m. 1*
exp.) *E* rare tardatur *R* retarda]tur *P*; *uncinis inclusa codd. P et E*
aut perierunt aut legi nequeunt 25 [in illud] *P* 26 [cuius] *P*
 administratione *E¹* adpetitus *E¹*

ille conquiescat. porro autem, si tale sit corpus, cuius sit
 difficilis et grauis administratio, sicut haec caro, quae cor-
 rumpitur et adgrauat animam, de propagine transgressionis
 existens, multo magis auertitur mens ab illa uisione summi
 5 caeli: unde necessario abripienda erat ab eiusdem carnis
 sensibus, ut ei quomodo capere posset illud ostenderetur.
 proinde, cum hoc corpus iam non animale, sed per futuram
 commutationem spiritale receperit angelis adaequata, perfectum
 habebit naturae suae modum oboediens et inperans, uiuificata
 10 et uiuificans tam ineffabili facilitate, ut sit ei gloriae, quod
 sarcinae fuit.

36. Nimirum enim erunt et tunc ista tria genera uisionum,
 sed nulla falsitate pro alio aliud adprobabitur nec in cor-
 poralibus nec in spiritalibus uisis, multo minus in intel-
 15 lectualibus, quibus ita praesentatis et perspicuis perfruetur,
 ut longe minore euidencia nunc nobis adiaceant istae species
 corporales, quas sensu carnis adtingimus et eis multi ita
 sunt dediti, ut solas esse arbitrentur et. quidquid tale non
 est, putent omnino non esse. sapientes autem ita sunt in his
 20 corporalibus uisis, ut, quamuis ea praesentiora uideantur,
 certiores sint tamen in illis, quae praeter corporis speciem
 praeterque corporis similitudinem intellegendo utcumque prae-
 spiciunt, quamuis ea non ualeant ita mente conspiceri, ut
 haec sensu corporis intuentur. sancti uero angeli et his cor-
 25 poralibus iudicandis atque administrandis praesunt nec eis
 tamquam praesentioribus familiaribus inclinantur et eorum

3 cf. Sap. 9, 15

2 administratio *E²PRC* 3 adgrauatur *E¹* propaginem *E* 5 celi *R*
 6 sensibus (n. m. 2 in ras.) *E* 8 comutationem *R* recipierit *P*
 ab angelis *C* adequata *R* coaequata *bd* 10 facilitate (s. l. m. 2
 ad felicitate) *E* 18 aliud pro alio *bd* 15 perfruitur *RC* 16 iste *RC*
 17 atting[imus] *P* 18 quicquid *E²RC* 19 putant *b* 20 ea] eis *b*
 praesentiora] uel praestantiora *C* 22 praeterque] praeter *ER* cor-
 porisque] *E* praespiciunt (ci ex cu m. 1) *E* perspiciunt *PRCb^d*
 24 haec] ex *R* sensu *C* 25 amministrandis *E²PR* 26 tanquam *R*
 presentioribus *R* familiaribus *PRCb^d* inclinatur *R* inclina[n]tur *P*

significatiuas similitudines in spiritu ita discernunt et tanta potentia quodammodo tractant, ut eas possint etiam hominum spiritibus reuelando miscere, et illam incommutabilem substantiam creatoris ita conspiciunt, ut uisione atque amore et eam praeponant omnibus et secundum eam iudicent de omnibus et in eam dirigantur, ut agantur, et ex ea dirigant quidquid agunt. denique quamuis abrepto apostolo a carnis sensibus in tertium caelum et paradysum hoc ipsum certe defuit ad plenam perfectamque cognitionem rerum, quae angelis inest, quod, siue in corpore siue extra corpus esset, nesciebat. hoc utique non deerit, cum receptis corporibus in resurrectione mortuorum corruptibile hoc induetur incorruptione et mortale hoc induetur immortalitate. omnia enim euidencia erunt sine ulla falsitate, sine ulla ignorantia suis ordinibus distributa, et corporalia et spiritalia et intellectualia, in natura integra et beatitate perfecta.

37. Scio quidem nonnullos eorum, qui scripturas sanctas ante nos in fide catholica tractasse laudantur, etiam sic exposuisse, quod ait apostolus tertium caelum, ut corporalis et animalis et spiritalis hominis hic differentias accipi uellent atque ad illud incorporearum rerum genus excellenti euidencia contemplandum esse apostolum raptum : quod genus etiam in hac uita spiritalis homines prae ceteris rebus diligunt eoque

12 cf. I Cor. 15, 53 17 cf. Ambrosii et Hieronymi de Genesi quaestiones.

1 [in] P 4 conspicuunt E [conspiciunt] P more P¹ ò praep[onant om]nibus P [omnibus et] P 6 agantur aguntur E [ex ea dirigant] P quicquid E²RC 7 quam[uis abrepto apos]tolo P 8 ter[tium caelum et] P [defuit ad plenam] P 9 cogni[tionem rerum quae an]gelis P 10 c[orpore siue extra cor]pus P h[oc utique non deerit cum] P 12 hoc s. l. m. 1 R 13 e[nim] P 14 si[ne] P cum uoce ignorantia desinit codex R fol. 24^b 16 beatitate (sed tate exp. et s. l. tudine add.) C 17 [qui]dem P scribituras EP s[anctas an]te P 18 chatolica P 19 apostolus a[git] C 20 hic om. P ue[llent atque ad] P 21 ge[nus excel]lenti P 22 contemnendum (s. l. add. m. 2 at plan) E [apostolum r]aptum P 23 spi[ritales homi]nes P eo[que per]frui co[n]cupiscunt P

perfrui concupiscunt. ego autem cur maluerim spiritale et intellectuale dicere, quod illi fortasse animale et spiritale dixerunt, ut earundem rerum alia tantummodo nomina ponerem, iam in primis huius libri partibus me disseruisse suffecerit. ^s quae si rite pro modulo nostro disputauius, aut spiritalis lector haec adprobabit aut etiam, ut sit spiritalis, adiuuante spiritu sancto aliquid ex ista lectione proficiet. sed iam uniuersum hoc opus, quod duodecim uoluminibus continetur, isto tandem fine concludimus.

1 quor *P* ma[luerim spiritale et] *P* et *exp. in E* 2 [illi fortasse anima]le *P* 3 [earundem] *P* alia *om. P* tantummodo] ali-
quantū modo *C* [ponerem — modulo] *E* [ponerem — h]uius *P*
4 [disseruisse — qu]ae *P* 5 nostro modulo *C* modulo] m; *hac*
littera uocabuli modulo *fnitur codex P fol. 346^b* nos[ro — ad]-
pr[obabit — spiritalis] *E* 6 ut sit] non sic *b* adiuuante (ad *m. 2*
add.) *E* 7 s[piritu — prof]iciet *E* [uniuersum — duodecim] *E* 8 uo-
luminibu[s — concludimus] *E* 9 Explicit liber duodecimus de genesi
ad littera dō gratias *fol. 216 E*; a codice *C* subscriptio abest; ceteri
codices sub finem mutili sunt.

S. Aureli Augustini
operis de Genesi ad litteram capitula
seu summaria librorum XII.

Summaria libri primi perierunt.

Explicuerunt capitula. incipiunt capitula libri secundi. 5

I Quaeritur, utrum aquae possint esse super caelos.

II Quod aer sit aquis superior.

III Ignis natura super aerem.

Deest summarium quartum.

V Quod aer modo quodam possit caelum appellari. 10

VI Quod nubes fiant ex aquis et aere.

VII Argumentum ex dictis alienorum de stella, quam Saturni appellunt.

VIII Dicit, quod ratio creaturae aeterna sit in uerbo dei et prima sequens sit cognitio eius in intellectuali creatura, deinde 15 conditio creaturae.

VIII De motu caeli.

X Quaeri solet, cuius quantitatis luna sit facta.

XI Quaeri solet, utrum sit aequalitas splendoris in sideribus.

XII De fatis, quare notationibus siderum mentiuntur. 20

XIII Quibus rebus diuinatio aliquando contingit.

XIII Solet quaeri, utrum caeli luminaria animata sint corpora.

Explicuerunt capitula. incipiunt capitula libri tertii.

I Quod aer quodammodo dicatur caelum et quod possit etiam pluraliter dici et caeli sicut et terrae. 25

II Probatio ex epistula Petri secunda apostoli.

III Opinio quorundam, quod elementa alternis possint mutari in inuicem.

III Opinio quorundam, qua quinque sensus hominum per quattuor elementa mundi distinguunt. 30

1 Haec capitula primum ab A. Maio ex codice Sessoriano XIII s. VII cui inserta sunt in Nouae patrum bibliothecae t. I 2 pag. 119—133 Romae 1852 edita quamuis ab Augustino auctore abiudicanda tamen addi utile duxi 7 Quod (d s. l. m. 2) 8 aere m. 1 18 solet et 24 aer (r ex terna m. 2) quodam m. 1 28 in om. Mai

- V Ignem dicunt omnem motum facere in sensibus.
- VI Ordinatus motus animae agitantis sensus uigorem per subtilius corpus, id est per ignem omnibus elementis admixtum.
- 5 VII Olfactum dicit datum explorandis uaporibus, gustatum uero liquoribus explorandis.
- VIII Quod terra omnibus sit elementis admixta.
- VIII De igne isto dicit crasso tangibili, qui a terrenis et humidis motibus existit.
- X Utrum pisces memoriam habeant necne.
- 10 XI Opinionem philosophorum ex distributione animalium et elementorum.
- XII Quod lectorem mouere potest, quomodo dictum sit secundum genus.
- XIII Quaestio de animalibus aquatilibus.
- 15 XIII Quaestio de minutissimis animalibus.
- XV De animalibus uenenosis et perniciosis quaeri solet.
- XVI Quaestio cur bestiae in inuicem nocent.
- XVII Cur bestiae dilacerant corpora hominum mortuorum.
- XVIII Quaestio de spinis et tribulis.
- 20 XVIII Qua in parte sit homo factus ad imaginem dei.
- XX Quaestio de cibus corporalibus et homine immortali.
- Explicuerunt capitula. incipiunt capitula libri quarti.
- I Utrum species et priuatio possit dies et nox uel mane et uespera recte intellegi.
- 25 II De senario numero.
- III Hic diuersa ratio numerorum perfectorum, imperfectorum, plus quam perfectorum.
- III Utrum mensura, numerus et pondus erant alicubi, antequam fieret uniuersa creatura.
- 30 V Quod mensura et numerus et pondus non in rebus uisibilibus tantum animaduerti possit sed in adfectionibus animi et negotiis mentis.
- VI Quid numerus sine numero, quid pondus sine pondere.
- VII Mutabilitatis esse dicit augmenta et deminutiones, multitudinem et paucitatem, leuitatem et grauitatem.
- 35 VIII Dicit intellegibiles numeros etiam sine rebus uisibiliter

2 subtilibus (corr. m. 2) 3 admixtum 4 explorandi gustatum
 (ta exp. m. 2) uero & 5 explorandis (andis add. m. 2) 12 lectorum
 m. 1 17 in om. Mai 18 quae m. 1 19 tribulis m. 1 23 priuatio
 m. 1 26 numerorum m. 1 31 animaduerti 33 quod m. 1 numerus
 (s add. m. 2)

- numerosis mentis aspectu uideri et non alibi quam in eadem mente.
- VIII Praecessisse dicit senarii numeri perfectionem omnia, quae in sex diebus sint creata perfecta.
- X Quo genere locutionis intellegatur dictum requiesisse deum, 5 quem nefas est credere laborasse.
- XI Quaeritur quomodo utrumque sit uerum, quod deus dicitur requiesisse et quod usque nunc operatur.
- XII Quod deum non diem illum operationis sanctificauerit sed solum quietis et quod plus apud eum quies ualeat quam 10 operatio etiam bona.
- XIII Quod uitium et infirmitas sit animae in opere suo ita requiescere quasi in summo bono.
- XIII Requies dei dicta tropice.
- XV Non in nobis sed in deo requiescendum. 15
- XVI Quod finis diei uespera sit, id est nox, et initium alterum diei mane, ut ordine naturali dies a luce agnoscatu incipere.
- XVII Hic lucidius dicit finem diei uesperam esse et alterius initium mane. 20
- XVIII Et hic in uespera finiri diem ostendit.
- XVIII Quaeri potest, quemadmodum deus in se ipso requieverit, qui in rebus licet ab se creatis tamquam nullius indignus non recte dicitur uel creditur requiesisse, et utrum dies septimus creatura sit aliqua. 25
- XX Dicit posse sic intellegi, ut unum diem creauerit deus, quem fecit primum, cuius repetitio usque in septimum facta est, quando dicitur requiesisse deus ab omnibus, quae fecit.
- XXI Hic incipit docere, quomodo possit accipi mane et uespera 30 non secundum quod notum est etiam sensibus carnis in temporibus sed secundum intellegibilem modum in rebus a deo creatis, ut mane sit prima cogitatio faciendae creaturae in uerbo dei et uespera sit factae creaturae cognitio in se ipsa, et rursus alterius diei mane cum species 35 creaturae ad laudem creatoris refertur et incipit altera cognitio faciendae alterius creaturae de uerbo dei accipiat ut in uerbo dei uideri.
- XXII Quod prophetia lucerna sit dicta.

4 sint *m. 1* 5 quod *m. 1* 10 apud *m. 1* 18 inquirere *m. 1*
 19 uespera *m. 1* 23 ab (*b exp. m. 2*) indignus *m. 1* 26 creauit
m. 1 27 quem] quae *m. 1* 39 quod (*d s. l. m. 1*)

- XXIII Quod non forma operis creati sint dies sed ordinata sanabilis cogitatio faciendae uel ad laudem dei referendae etiam factae creaturae; qui dies non isto modo usitato cogitandus insinatur sed longe aliter, longe incomparabiliter.
- 5 XXIII Simul esse dicit siue intellegibilium ratione siue in hoc mundo uisibili et diem et uesperam et mane, sed in parte locatis non adparere ad uisum.
- XXV Potentiam spiritalem mentis angelicae <cuncta quae uoluerit simul notitia facillima comprehendere>.
- 10 XXVI Quod tempora et temporalia cunctos numeros, quos peragunt, non temporaliter acceperunt.
- XXVII In rebus simul factis et esse prius et posterius et propter usitatum temporum cursum non posse sicuti est integre dici.
- XXVIII Prius et posterius in conexione creaturarum esse, non in
15 efficacia creatoris.
- Explicuerunt capitula. incipiunt capitula libri quinti.
- I Hic euidentius dicit declarari unum diem fecisse deum, cuius repetitione peruentum est usque ad septimum, et eum non de his solaribus fuisse uel forsitan esse adfirmat.
- 20 II Hoc scripturae diuinae loco caelum et terram non ut prius generaliter, sed haec nota insinuat specialiter facta quae nunc uidentur.
- III Hunc diem lucis corporeae dici, ut si tantum cotidianum, discretum tamen ab illo nobis ignoto, qui factus est primus et dictus est unus.
- 25 IIII Uel utriusque sententiae, et quod omnia simul et quod unus factus est dies inter omnia.
- V Scriptura diuina uolentibus et ualentibus in ea proficere.
- VI Dicuntur facta antequam produceret ea terra.
- 30 VII Non ipsae ex seminibus sed ex terra.
- VIII Creatura dei aliter nobis; illis primordialiter uel originaliter, nobis autem sicut per ordinem temporum utcumque docemur.
- VIII Ab opere et usque nunc operantis dei.
- 35 X Fuerint tempora et quod tempus <potius> a creatura quam creaturam ex tempore, utraque tamen ex deo.
- XI Differentia est dierum illorum septem et istorum solarium.

7 apparere uisu *m. 1* 8 cuncta—comprehendere *suppleuit Mai*
 13 cursu *m. 1* 18 repetitionem *m. 1* 19 adfirmat *m. 1* 20 scribiturae
m. 1 21 insinue *m. 1* 23 dicit si (*s m. 2 ex f*) 26 capitula
IIII—X ita mediis uersibus incipiunt, ut spatia septenarum denarum
litterarum uacua relinquuntur 35 potius *addid. Mai*

- similiter et operationis, quae in illis facta est et quae usque nunc fit a deo.
- XII Haec duo ideo dicit adiuncta, ut uiridia agri ante manifestentur facta quam exorta.
- XIII Hinc incipit intimare, quae secundum moras temporum 5 fiant ex illis, quae causaliter facta sunt omnia simul.
- XIIII Quaeritur, qui fons unus ad inrigandam faciem totius terrae sit fueritue idoneus.
- XV Quod non omnia gesta, sicut per se tempora concurrerunt, scripta sint, sed quae spiritus sanctus praefigurationibus 10 apta iudicauit.
- XVI Argumentatio aduersus scripturam.
- XVII Unum fontem totam terram rigantem abyssum uult intellegi, ex quo omnes aquae uaria fontium eruptione per totam terrae faciem fluunt. 15
- XVIII Sidera moueri, caelum mutari, germina pullulare, grandescere, uirescere, aescere, animalia concipi, perfici, nasci et per aetates usque ad senium mortemque decurrere.
- XVIII Tria quaedam dicit: rationes incommutabiles creaturarum in uerbo dei, generalia condita, a quibus deus in die 20 septimo requieuit; species generum, quas nunc in temporibus operatur deus; et ab uno utcumque noto ad duo ignota, in quantum datur posse intellegentia proximari, primo per fidem, postea per concessam cognitionem.
- XX Tenenda distinctio pronuntiandae euangelii sententiae. 25
- XXI De his quae facta sunt omnia simul generaliter. et quod deus ante omnia saecula, cuius uerbo a saeculo ipsum saeculum, et mundus factus est in saeculo aut ea, quae nascuntur in mundo.
- XXII Quod uniuersae creaturae multa non nouimus. 30
- XXIII Hunc sensum in Retractationum libro secundo correxit, eo quod apostolus legem dixit dispositam per angelos, non semen.
- XXIIII Quod omnis creatura a saeculis et ipsa saecula creatura.
- XXV Hinc iam discernuntur opera, quae usque nunc deus operatur, ab illis generibus eorum, quae fecit omnia simul. 35
- XXVI Omnis mensurarum modus, numerorum parilitas, ordo ponderum.
- XXVII De genere et specie. arboris huius species.
- XXVIII Comparatio ex praemissis adsumta, ut aditus pareat ad

5 inquit *m. 1* intimari 11 dicauit 13 Unum] Utrum *Mai*
 14 uariam eruptionem (*m exp. m. 1*) 39 comparati pateat *Mai*

intellegendum quod dictum est et omnia consummasse deum die sexto et usque nunc operari.

Explicuerunt capitula. incipiunt capitula libri sexti.

I De fabrica hominis.

II Hinc incipit sub inquisitione ostendere hominem non inter ea, quae fecit omnia simul primordialiter, sed inter ea, quae nunc operatur, fuisse factum a deo.

III Quod inter cetera animalia omnia simile adiutorium non fuerit inuentum.

III Quaestio de lignis in paradiso creatis.

V Inter ea omnia, quae potentialiter sine causaliter deus legitur simul fecisse, etiam hominem generaliter fuisse factum huius loci contextio docet.

VI Hic hominis genus et species congruis demonstrationibus distinguuntur.

VII Hic iam sub interrogatione et responsione probatio inuisibiliter secundum genus et secundum speciem uisibiliter hominem fuisse factum a deo.

VIII Quaeritur, utrum animae hominum sexto die formatae sint et postea corpora, et per scripturam eandem dicitur adfirmari non posse, quod aliae creaturae alias tempore, alias causis procedunt.

VIII Hic dicit, in quem modum fuerit homo factus causaliter tunc cum fecit omnia deus simul.

X Hic quattuor ueluti gradus ponit cognitionis rerum uel agnitionis causalis in uerbo dei in elementis mundi, in rebus secundum originem suis iam temporibus factis in seminibus.

XI Docet perfectionem operis, quod deus in origine mundi creauit omnia simul, inchoationem non alterius sed eiusdem operis esse, quo in eiusdem mundi administratione usque nunc operatur.

XII Quaestio quomodo tunc inchoauit, quando consummauit.

XIII Hic docet hominem in tempore suo formatum uisibiliter et inuisibiliter, id est animam et corpus, et ante hanc formationem praedestinatum dicit in praescientia dei.

XIII Hominem dicit non ideo ceteris in hoc mundo animalibus praelatum, quia ab ipso proprie dicitur factus, sed quia imago in eo et similitudo est dei.

5 inquit m. 1 10 paradyso 25 quatuor 27 originem (pr. i s.
l. m. 1) 31 quod in om. Mai administratione scripsi: admini-
strationem E Mai 35 anima

- XV Manus dei est non uisibile membrum, sed efficiendi potentia.
- XVI Instructio etiam non parua ex statura corporis nostri ad caelestia requirenda.
- XVII Quod uoluntas dei sit summa causa, a qua rerum causae ordinatissime, ut ei placuit; extiterunt. 5
- XVIII Quaestio, utrum origo perfectas in se rerum formas gestarit an perficiendas per temporum legales numeros et successus aetatum, et respondetur utrumque inditum primordialibus causis, quo creatura omnis ab origine conditionis suae seruiat arbitrio creatoris. 10
- XVIII Hic uoluntate dei omnipotentis, bonitate et nulla necessitate hominem fecisse subtili disputatione monstratur.
- XX Et hic posse et necesse esse quam uim in uerbis uel effectis obtineant subtilissime demonstratur.
- XXI Hic Ezechias inducitur ad documentum possibilitatis et 15 necessitatis.
- XXII Quod Adam credibilius dicatur perfectae uirilitalis factus a deo.
- XXIII Quaeri solet, utrum animale corpus hoc nostrum sit formatum e limo an spiritale. 20
- XXIII Alia quaestio, utrum spiritale corpus sit factus Adam.
- XXV Hinc incipit ratio edocere immortale corpus fuisse Adae ante peccatum ac per hoc et spiritale.
- XXVI Quod mors etiam corporis de peccato sit.
- XXVII Quod hoc corpus recipiemus in futuro secundum quendam 25 modum et rursus non hoc secundum quendam modum.
- XXVIII Corpus Adae et mortale secundum quendam modum et immortale secundum quendam modum.
- XXVIII Hic differentia ostenditur corporis ante peccatum et nostra post peccatum ex ipso, utriusque tamen animalis. 30
- XXX In hoc renouamur nunc secundum quod amisit Adam, quod nunc per gratiam recuperatur in nobis. Adam enim et quod fuit et quod esse potuit peccando amisit.
- XXXI Hic elucet, quid sit in Adae pristinum quod perdidit renouari et quid melius quod speratur donari per fidem. 35

Explicuerunt capitula. incipiunt capitula libri septimi.

Et finxit deus hominem puluerem de terra et flauit in faciem eius flatum uitae et factus est homo in animam uiuentem. haec uerba scripturae nobis et in principio.

1 potentiam 11 uoluntatem 14 optineant 20 an] non *Mai*
 spiritale *m. 1*; *m. 2 omnibus locis u s. l. add.* 22 inquit *m. 1*
 31 amisit (*pr. i s. l. m. 1*) 39 scribitur

- I Quaestiones et responsiones aduersus Manichaeos.
- II Argumentum ex nobis collectum quod aliud sit anima, aliud flatus noster.
- 5 III Non dubitandum, quod posset anima etiam ipse flatus credi.
- 5 IIII Anima non de corpore mundi, non de substantia dei.
- V Anima quaeritur utrum ex nihilo an ex aliqua re.
- VI An in illis sex dierum primordialibus causis non animae natura, sed ratio tantum erat creandae eiusdem naturae.
- 10 VII Hic adfirmatione suspensa ueluti quaerens propriam quandam animae substantiam uult intellegi in illis sex dierum primordialibus causis factam a deo.
- VIII Quibus rebus anima fit deformis et rursum quibus reformetur.
- 5 VIII Alia quaestio et ex ea quam multae propositiones sequantur.
- X Quae species eius uiuit an non? quid agit? quid confert? beate an misere uiuit? an neutrum? uiuificat aliquid an uacat?
- XI De anima inrationali non fieri rationalem nec ipsam inracionalem de corpore.
- 20 XII Hic Platonicos uel Manichaeos tangit.
- XIII Homines bestiis similes uitae genere, non transmutatione naturae.
- XIII Quod quidam dicunt fuisse uel inueniri aliquando qui se recordantur iam antea fuisse in mundo aut falso narratur aut ludificationibus daemonum geritur in mente eorum qui id imaginantur.
- 25 XV Non est anima pecoris animae humanae materies. utrum corpus terrenum et umidum nec hoc? utrum aqua nec hoc?
- XVI Utrum aer sit materies animae rationalis.
- 30 XVII Hic superior propositio refutatur.
- XVIII Omne corpus in omne corpus posse mutari opinio est quorundam. in animam posse conuerti nec fides patitur nec quisquam ausus est adfirmare.
- XVIII Anima corporis sensibus uelut nuntiis quibusdam utitur ad corporalia cognoscenda.
- 35 XX Anima nec de omnibus elementis mundi concreata nec de uno quolibet.

1 manicheos 10 in s. l. m. 1 15 qui *fn.* 23 inueniri] inuentri
 24 ante *Mai* 25 mentes 26 quid (*pr. i inser. m. 1*) 28 humidum
Mai 31 Omnem 32 *ad* quorundam *in mg. add.*: medicina dicit
 37 de *om. Mai*

- XXI Motus ex necessitate in arbustis et reliquis uiridibus sine sensu internus.
- XXII Cerebri rationem tripertitam dicit secundum medicinae doctrinam.
- XXIII Tres quidam uelut uentriculi cerebri demonstrantur: anterior, ex quo sensus; posterior, a quo motus; medius, in quo memoria uiget. 5
- XXIII Per lucem et aerem duo superiora mundi corpora et corpus administrari ab anima dicit, quorum nec utrum sit ipsa.
- XXV Non esse audiendos dicit quintum corpus, ex quo anima 10 facta sit, in elementis mundi conantes asserere.
- XXVI Quod anima non sit corpus, non deus uel pars dei, non sit uita sine sensu, non uita sine ratione, sed uita nunc minor quam angelorum, si praecepta seruauerit dei.
- XXVII Aut nihil fuit aut hoc est quod fuit. et quaeritur, si 15 omnino non fuit.
- XXVIII Si ratio causalis in creatura erat, quaeritur, in qua. et si agebat aliquid in qua illa erat quae otiosa latebat?
- XXVIII Quaeritur an forte in illius primi diei natura causalis haec ratio sit a deo inserta. 20
- XXX Durum est angeli uel archangelorum filiam dicere animam.
- XXXI Hic oritur quaestio, cur anima corpori sit inserta.
- XXXII Quaeri potest, utrum compellatur, si nolit uenire.
- XXXIII Frustra quaerunt, ex qua uelut materia facta sit anima, quam deus fecit ex materie spiritali cum fecit omnia simul. 25
- XXXIII Commonitio ad instructionem necessaria.

Explicuerunt capitula. incipiunt capitula libri octau.

- I Argumentum ex rebus manifestis.
- II Duos libros se scripsisse commemorat de libro Geneseos aduersum Manichaeos. 30
- III De ligno uitae non allegorice tantum sed et historice et figurate.
- III De ligno scientiae bonum et malum dinoscendi.
- V Locum huius paradisi a cognitione hominum dicit remotum. flumina aliqua dicit mergi sub terra et alibi tamquam pro 35

1 uiridibus] uiribus 5 uentriculis cerebri] crebri *in mg. add.*
 medici[na dicit] (na dicit *euam.*) 8 et *fin. om. cod.* 9 neutrum *Mai* 17 erat
 (ra s. l. m. 1 *supra exp. s*) 25 materie *scripsi*: materiae *cod.*
 materia *Mai* spiritalis (s *fin. exp. m. 1*) 26 instructione 30 mani-
 cheos 31 allegoricae storicae m. 1 hystoricae m. 2 32 figuratae
 34 paradysi 35 terras

fonte manare. hoc in Plinio legitur, ubi historiam scripsit rerum naturalium.

- VI Credibile dicit hominem primo agriculturam sine labore exercere.
- 5 VII Comparatio arboris et hominis decenter posita.
- VIII Quo pacto homo iustus beatusque esse possit.
- VIII Hic ad deum conuersio demonstratur non propter aliquid aliud sed propter ipsum deum.
- X Quod inoboedientia fuit mali origo, hoc est desertio boni.
- 10 XI Fieri posse dicit, ut quis quod nesciat aut eligat aut contemnat: quae duo, electio et contentus, aliter fiunt per prudentiam boni, aliter per experientiam mali.
- XII Omnium inexperitorum nomina si prinationum sunt a contrariis quae iam nouimus, si uero specierum sunt, a similibus cognoscimus.
- 15 XIII Spiritualis creatura modi sui mutationem patitur, cum per tempora mouetur. corporalis autem duplam mutationem patitur, dum per tempora et locos mouetur.
- XIII Primus gradus ab imis est hic, ut in quantum potest mentis erigatur uel exerceatur intentio, quo ostenditur quia ea quae loco mouentur ab eis quae loco fixa sunt innituntur.
- 20 XV Hic ternus ascendendi gradus est, quod deus per omnia immutabilis quantum conceditur agnoscatur.
- XVI Hoc secundum gradum arbitror pertinere ea discretione qua boni angeli non localiter ac temporaliter incommutabili ueritate fruuntur, licet localiter et temporaliter ut imperatum a deo fuerit subiectas sibi moueant creaturas.
- 25 XVII Spiritualis creatura sicut angelorum intrinsecus adiuuatur extrinsecus adiuuari non egens.
- 30 XVIII Angelica actio duobus modis extrinsecus dicitur hominem adiuuare prouidentiae dei seruiens.
- XVIII Adae sub duplici opinione per creaturam dicit deum fuisse locutum, licet non definiat per quam creaturam.
- Explicuerunt capitula. incipiunt capitula libri noni.
- 35 I Hic praeuenit quaestionem propositione leui et hanc responsionem duobus modis adnexam explicuit.
- II Rursum quaeritur, quibus modis locutus sit deus, 'utrum temporalibus uocibus ac syllabis.

- III Utrum in somnis an in extasi an sicut prophetis reuelari solet an per corporalem creaturam non potest comprehendi.
- III Deum per sibi subditam creaturam multis modis innotuisse hominibus sequentia huius loci ostendunt.
- V Adiutorium homini faciendum secundum ipsum si quaeratur 5 „quare“, respondetur: propter filios faciendos.
- VI Honorabiles nuptias et torum immaculatum in paradiso esse potuisse non ex definitione dixit, sed non se uidere quid impedire posset adseruit; et hominem posse non mori, transferri tunc potuisse ex merito, ut non posset mori. 10
- VII Argumentum ex simili pro corporis immortalitate.
- VIII Hic responsiones responsionibus obiciuntur, ut superflua uacuentur, quo cautius demonstretur adiutorium Adae non ob aliud factam fuisse mulierem, nisi ut filios procrearent.
- VIII Opinatione propositae decessionis hominum et successionis 15 filiorum suspensa definitione respondit.
- X Argumentum ex simili de Helia translato.
- XI Hic sensus instruit et inluminat quod apostolus coniugia casta informans ait: hoc autem dico non ut laqueum uobis iniciam sed ad id quod honestum est. 20
- XII Difficile esse dicit, ut quis uitia peruerse declinans non in eorum contraria perniciter currat. contraria uitiorum uitiatine ex uicinitate quadam sibi nomen uirtutum usurpant.
- XIII Propter unitatis uinculum commendandum ab uno coepit generis humani propago. 25
- XIII Argumentum quo probatur homo etiam ante peccatum modo quodam mortale corpus habuisse non quod necessarie moreretur sed quod posset etiam mori. ex quo subintellegitur a summis sui cuiuslibet modi ad inferiora poenali condicione deduci hoc esse quod dicitur mori. 30
- XV Hic aduersus Iulianum libidinis defensorem.
- XVI Rursum ad quaestionem redit et definitionem suam ita confirmat, ut meliorem locum habeat si cuiquam forte occurrat.
- XVII Quaeritur, quare sit factum, ut adductis ad se a deo Adam omnibus animalibus nomina inponeret. 35
- XVIII Hic credibiliter respondetur nomina secundum hominum consensum in diuersis linguarum sonis haberi.

2 conpraehendi 3 ds 5 quaeritur *Mai* 6 quare *scripsi*: quae
cod. om. Mai 7 nubtiae torus paradyso 9 aposse 10 tunc]
hunc *Mai* 11 immortalitatem 13 cautius (i s. l. m. 1) 14 nisi]
quam *Mai* 15 opinatione (c s. l. add. m. 1) 21 uitia *om. Mai*
peruersae 22 uitiatine *scripsi*: uitiatinae *codex* uitia *Mai* 26 quod
probatus 34 quare (r s. l. m. 1) 37 consensum] consenium

XVIII Non se suscepisse dicit prophetica aenigmata perscrutari sed rerum gestarum fidem ad proprietatem historiae commendare.

XX Quaeritur quid sibi uult, quod mulier de uiri latere facta est.

5 XXI Hic ratio idearum quibus usque ad appetitum cum bestiis passione communi urguemur, deinde iudicii quod ab eis discernimur mira subtilitate ostenditur unde originem sumat.

XXII Quaeritur mulieris formatio uel aedificatio quemadmodum facta sit.

10 XXIII Dicit angelos in rebus creandis uel reformandis tantum ualere quantum rusticos in surculis plantandis uel seminibus iaciendis uel medicos in aegrotis reficiendis uulneribusque curandis. deo clementum ac sanitatem donante ministerium seruitutis nouimus exhibere.

15 XXIII Iterum commemorat bipertito opere prouidentiae, quod deus uniuersam creaturam et in naturalibus et in uoluntariis motibus administrat.

XXV Hic sensus emendatus, immo correctus est in Retractionum libro secundo.

20 XXVI Quaeritur utrum in illa hominis causalis rationis conditione sic iam fuit ut necesse esset feminam ex latere uiri fieri.

XXVII Hinc Adam propheta manifestatur.

Explicuerunt capitula. incipiunt capitula libri decimi.

I Hic opinionem quorundam asserit, qui uolunt ex semine animatorum corporum animata corpora et concipi et
25 nasci ut ita ducatur anima ex anima et sicut de corpore corpus.

II Breuis praescriptio sed non satis idonea ad rationem, qua praelata suspicio possit refelli.

30 III Hoc tolerabilius dici adserit, ne contra uerba scripturae edicerentur quae consequenter adnotata sunt, quorum primum est hoc contra insignitum.

III Iam nunc tres quasi congruas opiniones ponit, inter
35 quas medius uelut arbiter et inquisitor ac disputator incedit. quarum una est an generaliter causalis ratio in primis operibus dei facta sit, ex qua origine animae fiant, altera si ex traduce parentis Adae, tertia si ex

1 enigmata 10 angelus 12 iacendis 13 donantem 24 asseruit
Mai; asseruit (u exp. m. 1) 28 praescriptio 29 suscipio 30 scripturae
35 quorum an] in 36 dei facta] di facta]ta] (corr. m. 1) 37 altera
si ex] alteras ex Adae] ad ea

- nihilo singulis nouae fiant sicut ipsius Adae una et prima.
- V Utrum ex causali satione quae latet in mundo an ex seminali ratione quae occulta est in homine.
- VI Hic alias tres opiniones aliis tribus uicissim a contrario 5
respondentes ponit respuendas omnino.
- VII Negatur ex angelis animas fieri, multo minus ex aliquo mundi elemento, ubi exemplum figuratae resurrectionis ex Ezechielis propheta inseritur et nulli harum opinionum conuenire monstratur. 10
- VIII Hic duas opiniones ponit, secundam et tertiam, et cuinam harum testimonium diuinae legis suffragentur inquirat.
- VIII Hic quomodo debeat accipi testimonium de libro Sapientiae disputatur.
- X Quaeritur hoc testimonium de psalmo centesimo tertio 15
cui de illis tribus opinionibus suffragetur.
- XI Aliud de libro Ecclesiaste similiter et pro simili causa in disputationem mittitur.
- XII Quod Adae anima ex nihilo sit facta a deo et quod ad factorem redeat et esse quasdam quae non redeant. 20
- XIII Hic dubia propositio dubiam respuensionem uel opinacionem generat.
- XIII Hic testimonium apostoli quaeritur utrum possit utriusque opinioni conuenire.
- XV Cauendum ne deus auctor dicatur esse peccati uel possit 25
esse natus ex concubitu cui non sit opus gratia redemptoris.
- XVI Ex hoc testimonio apostoli ostenditur nec carnem sine anima nec animam sine carne potuisse peccare.
- XVII Argumentum ad probationem quod tropice dictum sit: 30
caro concupiscit.
- XVIII Hic necessitatem peccandi non ex natura uult intellegi sed ex poena.
- XVIII Manichaei dicunt carnem propriam quandam animam habere suam ex alia natura contraria deo. 35
- XX Argumentum aduersus eos, qui de inordinato concubitu dicunt non debere filios nec concipi nec creari aut solos debere nasci tantummodo perituros.

3 causalis actione uel causali satione 9 horum 17 ecclesiasten
(n s. l. m. l.) 18 disputatione 19 a deo] ideo 20 quasdam (s m.
l s. l.) 26 redemptoris *Mai* 28 testimonio (o *fm. s. l. m. l.*) sine
animam nec anima 34 manichei 38 perituros (o *ex u m. l.*)

- XXI Hic respondetur ex persona eorum, qui singulas singulis dari opinantur.
- XXII Quaestio a secunda opinione et responsio a prima et argumentum a secunda.
- 5 XXIII Hic primae opinionis adsertores deseri testimoniis legis dicit sed non deseri argumentis; nam ex persona eorum dicit propter futuros actus aut baptizari infantes aut non baptizari.
- 10 XXIII Et quam peremptorie praescribitur apostolico testimonio his, qui animabus antequam ad corpora ueniant ulla merita conantur tribuere.
- XXV Argumentum pro secundae opinionis assertione.
- XXVI Hic recursum facit ut disputet de illo quod distulerat ex libro Sapientiae si possit inueniri cui ex praemissis opinionibus suffragetur et primo ostenditur primam iunare.
- 15 XXVII Haec si de homine dominico uelim accipere.
- XXVIII Quod caro domini non fuerit caro peccati sed similitudo carnis peccati.
- 20 XXVIII Quod anima hominis domino tolerabilius dicatur sine adfirmatione sententiae unde prima hominis quam de primo homine.
- XXX Dicit sortis nomen huic singulari animae fuisse adiunctum ad auferendam suspicionem praecedentium meritorum.
- XXXI Argumentum pro secunda opinione.
- 25 XXXII Hic medius expectator utriusque partes suas agit.
- XXXIII Argumentum pro prima opinione.
- XXXIII Quod anima Christi non sit ex traduce Adae aduersum opinionem secundam.
- 30 XXXV Huic respondet, qui medius inter utrosque disceptantes incedit.
- XXXVI Argumentum de auctoritate scribaturae pro his qui dicunt animas desuper dari.
- XXXVII Hic ammonitio salubris erga secundam opinionem adsertorum quod anima non sit dei corpus ne ex propinquitate quadam etiam dei corpus esse credatur.
- 35 XXXVIII De blasphemis Tertulliani.

2 opinatur .7 baptizare infantes 9 Et] Ut quam] quem (que
m. 1 in ras.) peremptoriae (*prim. r exp. m. 1*) peremptorie *Mai*
 10 hisque 14 praemissis (e *ex o m. 1*) 15 iunare *m. 1* 16 uelim (u
m. 1 ex a) 25 expectator] pro spectator 29 inter (*n s. l. m. 1*)
 33 secundum . 34 dei *om. Mai*

XXXVIII Argumentum ipse quò tamen conuincitur se inpugnasse ratione docente.

Explicuerunt capitula. incipiunt capitula libri undecimi.

- I De eo quod erant ambo nudi primi homines facti.
- II Serpens autem erat ibi prudentissimus. 5
- III Abusione dicitur sapientia in malo sicut astutia in bono.
- IIII Hic quaeritur cur deus temptari permiserit hominem.
- V Cur etiam nunc temptari homines permittat deus.
- VI Quaestio praesumptiosa et responsio ordinata.
- VII Hic breues propositiones et responsiones contexit. 10
- VIII Hic quaeritur, cur per serpentem diabolus temptare permissus sit.
- VIII De natura diaboli quaeri solet. hic Manichaeos uult intellegi.
- X De diabolo quid secundum scripturas dicendum sit. 15
- XI Quid sit superbia et quid inuidentia.
- XII Specialis auaritia amor pecuniae pro generali ponitur hoc loco ab apostolo.
- XIII Duo amores, socialis et priuatus.
- XIII Quod etiam in diabolo ipso superbia praecesserit, in- 20 uidentia secuta sit.
- XV Opinationem de diabolo ponit, quam mox euacuat.
- XVI Haec quaestio de beata uita potest et de ipso primo homine oboriri utrum fuerit eius praescius ante peccatum.
- XVII Adam ante peccatum ad certum modum beatus. 25
- XVIII Hic opinationem quorundam subicit, qui duo genera angelorum honorum conantur adstruere, inferiorum et superiorum, superaelestium et mundanorum.
- XVIII Suam opinationem quaestionis uolentia coartatus de diabolo ponit suspensa tamen adfirmatione. 30
- XX Quid sit initium figmenti, quod sub persona diaboli ponitur in Iob.
- XXI Quod ergo putatur diabolus in ueritate non stetisse.
- XXII De diabolo in Esaia, quomodo ceciderit de caelo lucifer.
- XXIII Corpus diaboli dicit in hominibus et diabolum hominem 35 appellari et hominem diabolum dicit testimoniis roborari.
- XXIII Item de diabolo et eius corpore in Ezechiele in figura principis Tyri.
- XXV Hic suam complexionem breuiter repetit.

7 Hic] si 8 quur (*alt. u s. l. m. l*) 9 quaestio (*e s. l. m. l*)
 13 manicheos (*i s. l. m. l*) 16 inuidentia 19 pribatus 25 beatis
 36 dici 39 breuiter repperit

- XXVI In serpente diabolus locutus est utens eo uelut organo.
 XXVII Hic non dilucide quidem, sed subaperit, quid sit, ut
 inludatur ei ab angelis dei.
 XXVIII Quid sit, quod carminibus Marsorum dicantur moueri et
 5 plerumque de latebris prosilire serpentes.
 XXVIII Prudentissimus dictus est serpens, sicut prudens dicitur
 lingua, quae a prudente mouetur, sicuti stilus mendax
 scribarum.
 XXX Hic fit comparatio serpentis et asinae Balam et dicitur,
 10 quod boni et mali angeli habent opera quaedam ple-
 rumque similia, sicut Moyses et magi Pharaonis, licet
 sit differentia potestatum.
 XXXI Serpens praemisso mendacio in adpetitum propriae
 potestatis male credulos suadet.
 15 XXXII Quid sit: ederunt. et aperti sunt oculi amborum.
 XXXIII Ad hoc dicit apertos oculos, quod ante non patebant.
 XXXIII Quod morbida et mortifera qualitas corporis et motus
 indecens, quam legem membrorum dicit apostolus, ex
 praecepti transgressione sit tractus.
 20 XXXV Et uocauit dominus deus Adam increpantis uoce non
 ignoratis.
 XXXVI Interrogatus Adam ait: mulier, quam dedisti mecum,
 haec mihi dedit a ligno, et edi.
 XXXVII Increpat mulierem nec ipsa confitetur peccatum.
 25 XXXVIII Serpens non interrogatur nec increpatur, cui iam paeni-
 tendi locus non erat, sed ei statim maledicatur auctori
 peccati.
 XXXVIII Quod omnis labor et tristitia et gemitus non esset, si
 non peccasset Adam.
 30 XXXX Dixit deus: ecce Adam factus est unus ex nobis.
 XXXXI Interdicto ligno uitae dimittitur de paradiso Adam.
 XXXXII Hic opinionationem quorundam ponit de ligno contra netitum
 tacto, sed suspendit adsensum.
 XXXXIII Quibusdam uisum est nuptias suas eos fuisse furatos,
 35 sed inconuenienter adserit dictum.
 XXXXIII Quaestio ex persuasu serpentis et consensu Adae.
 Explicuerunt capitula. incipiunt capitula libri duodecimi.

I De uerbis apostoli tres quaestiones nasci solere dicit:

4 dicatur 13 proprie 16 aquod 17 quo 18 quem legemem-
 brorum 26 ei] dei auctor 28 si] nisi 31 paradyso 32 uestitum;
Mai netitum *uncinat* 33 sed] seu 34 nubtias furacos 35 sed] et
 inconuenientes

unam, quid dicat tertium caelum, alteram, utrum illic paradysum intellegi uoluerit, tertiam, utrum alibi postea sit in paradysum raptus.

- II Dicit neque spiritum sine corpore ad loca corporalia neque corpus sine spiritu ad loca spiritalia rapi posse. 5
- III Dicit animam dormientis quamuis mira uigilantia imagines corporum se in somnis uidere sciat, fieri tamen non posse, nisi ita imaginibus ducatur, ac si corpora ipsa adsint, et in extasi quid alienata a sensibus carnis agat anima in homine uigilante. 10
- III Hic totum sub inquirentis et interrogantis agit persona tres uelut sententias examinans.
- V Hic redit ad apostolicorum uerborum discussionem, ut elucescat, unde dubitauerit apostolus uel quid se dixerit scire. 15
- VI Quare tertium caelum dicit illud, quo raptus est, non signum aliquod corporale.
- VII Et hic sub inquisitione et interrogatione et debita responsione diuersa sensa examinat.
- VIII Proponit caelum illud aut corpus esse aut spiritum et de his disputat tribus modis.
- VIII Hic quattuor genera uisionum uult intellegi: unum, in manifesto uigilantis animae in corpore uiuenti, alterum quo dormiens uidet in somnis, tertium, quo in extasi recedit a sensibus corporis, quartum, cum relicto corpore exit anima et uidet aliquid reditura ad corpus, quod mortuum iacebat, cum illa abesset. 25
- X De tribus generibus uisionum, quae in uno praecepto demonstrantur.
- XI Hic nomina trium uisionum: corporale, spiritale, intellectuale. 30
- XII Sciendum, quod corporale aliquid uel proprie dicatur, cum de corporibus agitur, uel translato uerbo, cum de intellegibilibus disputatur. duo ergo sunt modi.
- XIII Spiritale insinuat pluribus modis dici, ex quibus quinque memorat non ad id quod proposuit pertinere. et sextum ostendit ad quod agitur esse discretum.
- XIII Lingnam dicit obscuras et mysticas significationes.
- XV Intellectus mentis est proprius, qui est uisus animi. hinc prophetae uidentes, id est manifesta uel manifestanda uidentes uel loquentes.

- XVI Sextus modus, quo appellatur spiritus uis animae quaedam mente inferior, ubi corporalium rerum similitudines exprimuntur.
- XVII Iterum quid sit spiritus uel spiritale insinuat.
- 5 XVIII Hic ostenditur, quid corporalis uisio possit, quae est illis duobus inferior.
- XVIII Nihil intellegi uel requiri nisi offensio mentis potest.
- XX Requisitio et disceptatio in mentis actione consistit.
- XXI Quid nimia faciat cogitationis intentio uel aliqua uis morbi uel admixtio cuiusdam alterius spiritus.
- 10 XXII Nonnullos dicit nelle animam humanam habere quandam uim diuinationis. hoc refellit.
- XXIII Corporales imagines semper signa aliarum rerum exhibere minime dubitandum.
- 15 XXIII Sciendum, quod per corporalem uisionem uel corporalium rerum imagines et boni spiritus instruente et mali fallant.
- XXV Cum uis corporalibus uel spiritalibus diabolus ludificat animam, si non erretur in ueritate fidei et intellegentiae sanitate, nihil obesse dicit.
- 20 XXVI Phantasia est corporis uel corporalis actionis imaginatio.
- XXVII Corporis sensus ad uisa tantum corporalia ualet.
- XXVIII Hic ratiocinatur, ut ostendat praestantiores esse imagines corporum, quae fiunt in spiritu, quam corpora ipsa in substantia sua.
- 25 XXVIII Imagines hic illas uult intellegi, quas sibi cogitatione sua in se animus prius quam aliquid agere incipiat format aut aliunde in se sensus ministerio sed per se habet impressas.
- 30 XXX De eo, qui spiritum patiens inmundum dicere soleret presbyterum in alio loco manentem quando ad se fuisset uenturus.
- XXXI Hic de phrenetico, qui in sua passione mortem cuiusdam feminae praenuntiauit.
- 35 XXXII Hic de puero, qui genitalium dolore adfectus ab omni corporis sensu recedens iacebat ut mortuus ac rursum uelut reuinescens quae uidebat referebat.
- XXXIII Hic istarum uisionum et diuinationum causas se ab

alio uelle audire quam a se expectari dicit. quid tamen de his sentiat, sine adfirmatione non celat.

- XXXIII Hic omnia quae praemisit uisa uisis somniantium se comparare insinuat, etiam tantam curiositatem reuocat ac retundit. 5
- XXXV Sufficere ad notitiam debere dicit non esse corpus, quaecumque sit illa natura uisorum.
- XXXVI Unde daemoniaci, fanatici, arrepticii, falsi prophetae; unde etiam uera mysteria loquentes aut uere prophetae.
- XXXVII Cum a corpore causa est, quibus modis anima in se 10 agit et expressas in se a se corporum phantasias hic ostenditur.
- XXXVIII In sede cerebri causam esse insinuat: unde intentio sentiendi dirigitur per quinque notissimos sensus suis quibusque uelut propriis uis. 15
- XXXVIII Si causa est intus in cerebro, quid ex hac nascatur huius loci contextio docet.
- XXXX Tantum ualere dicit animi intentionem, ut etiam sensibus corporis sopitis imagines corporum a ueris corporibus discernere possit. 20
- XXXXI In una eademque natura uisionis, id est spiritalis, differentiam quandam ostendit et aliquando a contrario.
- XXXXII Dicit non adsumi spiritum hominis a bono spiritu, nisi ut aliquid significet.
- XXXXIII Commemorationem facit inuenum quorundam, qui 25 iocantes inuenti sint diuinasse.
- XXXXIII Item alterius, qui ante symphonicum saltans nesciens diuinauit.
- XXXXV Hic dicit spiritalem quandam naturam esse in nobis, in qua corporalium rerum formantur imagines, quam 30 formationem per modos diuidit duodecim.
- XXXXVI Hic spiritalis uisum ab intellectuali discernit et hic quid ualeat uel agat quaeue eo uideantur ostendit.
- XXXXVII In anima fieri dicit tria genera uisorum et habere ordinem suum et esse alio aliud praestantius. 35
- XXXXVIII Corporalis uisio sine spiritali esse non potest; spiritalis uisio sine corporali fieri potest, sed indiget intellectuali: intellectuali autem utraque subiecta est.

8 phanaticii 13 causa 15 quibus (s. exp. et alt. i supra lin. pos. m. 1) 16 intentus (ten exp. m. 1) 17 dicit 23 adsumi] ad suum 27 symphonicum cod. symphoniam Mai; cf. 413, 12 30 formatur 35 praestantius

- XXXXVIII In hoc apostoli testimonio secundum superiores rationes spiritum mentem dicit debere intellegi.
- L In illo primo uisu corporali inluditur anima similitudinibus rerum ab intellegentia deficiens.
- 5 LI In spiritali uisione fallitur anima, cum corporum imagines ipsa corpora arbitratur esse.
- LII Hic per oportunitatem congruam quattuor illarum uirtutum efficientias docet.
- LIII Hic de uisione, qua Moyses concupierat uidere deum et uidit, quemadmodum sit intellegendum insinuat.
- 10 LIIII Si hoc tertium genus uisionis dixit apostolus tertium caelum prope lucet praeter illud corporeum.
- LV Hic ostendit, quot modis possit ex scripturis sanctis intellegi paradusus.
- 15 LVI Ut hic sensus de paradiso confirmetur, datur comparatio ex Hierusalem, quae tribus modis scripturis ostenditur.
- LVII Hic praeter illa tria genera uisorum uel uisionum dicit se nec docere posse nec nosse.
- LVIII Uirtutes siue utiles siue perpetuo mansuras aut per se mens rationalis aut diuinitus adiuta uidet.
- 20 LVIIII Si quaeritur, utrum anima corpore exuta ad loca corporalia feratur corpusue habeat, a se non posse definiri dicit.
- LX Dicit animas corpore exutas corporibus suis similes sibimet parere et ueram laetitiam ueramque molestiam pati factas de substantia spiritali.
- 25 LXI Inferorum substantiam spiritalem magis quam corporalem arbitratur esse tamen adfirmat.
- LXII Animam non esse corpoream definit, habere tamen posse similitudinem corporis et corporalium omnino membrorum non esse negandum adfirmat. hinc argumentum quod anima doceatur non corporalibus locis, sed corporalium similibus aut requiem aut molestiam ferre post mortem.
- 30 LXIII Non paruum malum animae tristitiam esse dicit, ut superiora et consequentia huius loci demonstrant.
- LXIIII Hic non temere adfirmare se dicit, utrum in tertio caelo sit paradusus, an et in tertium caelum et inde rursus in paradusum sit raptus apostolus.

10 quemammodum 12 illum 16 scripturis] in scripturis *Mai*
 26 facta 32 in animo (in *exp. m. 1*) 33 incorporalium requie
 molestia

- LXV Etiam sinus Abrahae post hanc uitam paradisis dici potest.
- LXVI Inferi appellati sunt eo quod infra sunt.
- LXVII Repetit et insinuat secundum tria illa genera uisorum primum et secundum et tertium caelum. ⁸
- LXVIII Si quem monet, quid opus sit spiritalibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere.
- LXVIII Dicit sapientes ita in his uisis corporalibus esse, ut eis eorumque similitudinibus longe praestantiores esse intellegebilia uideantur. ¹⁰
- LXX Tria illa genera uisorum quidam ita posuerunt, ut primum dicerent corporale, secundum animale, tertium spiritale.

Explicuerunt capitula.

Explicit liber duodecimus de genesi ad litteram deo gratias.

9 eorumque similitudinibus (ni s. l. m. 1) esse] se 12 cor-
poralem animale spiritalem

II.

S. Aureli Augustini

de Genesi ad litteram imperfectus liber.

- V = codex Vaticanus n. 445 saec. XV.
T = codex Trecensis n. 40 uol. I saec. XII
M = codex Mazarineus n. 636 saec. XIII
L = codex Parisinus qui in bibliotheca de l'Arsenal asseruatur n. 350
signatus saec. XV
b = editio princ. Basileae 1506 apud Io. Amerbachium
d = editio Benedictinorum a S. Mauro a. 1689 sq.

II.
DE GENESI AD LITTERAM
INPERFECTUS LIBER.

1. De obscuris naturalium rerum, quae omnipotente deo
6 artifice facta sentimus, non adfirmando, sed quaerendo trac-
tandum est in libris maxime quos nobis diuina commendat
auctoritas, in quibus temeritas adserendae incertae dubiaeque
opinionis difficile sacrilegii crimen euitat: ea tamen quaerendi
dubitatio catholicae fidei metas non debet excedere. et quoniam
10 multi haeretici ad suam sententiam, quae praeter fidem est
catholicae disciplinae, expositionem scripturarum diuinarum
trahere consueuerunt, ante tractationem huius libri catholica
fides breuiter explicanda est.

Est autem haec: deum omnipotentem patrem uniuersam
15 creaturam fecisse atque constituisse per filium suum unigenitum,
id est sapientiam et uirtutem suam consubstantialiam sibi et
coaeternam, in unitate spiritus sancti et ipsius consubstantialis
et coaeterni. hanc ergo trinitatem dici unum deum eumque
fecisse et creasse omnia, quae sunt, in quantum sunt, di-
20 sciplina catholica credi iubet, ita ut creatura omnis siue intel-
lectualis siue corporalis, uel quod breuius dici potest secundum

2 Incipit liber de Genesi ad litteram imperfectus fol. 231^v V Incipit
liber s̄ augustini ep̄i de Genesi ad litteram impectus fol. 198^a T Incipit
liber de genesi ad litteram Iyfts fol. 24 M Liber aurelii augustini de
genesi ad litteram yponensis ep̄i imperfectus incipit fol 257 L 4 De]
e L; sed spatio D litterae sufficienti uacuo omnipotenti b 6 quos]
quod M diuina om. ML 8 non euitat b 9 methas M 12 con-
suerunt ML 13 breuiter om. MLb 14 patrem omnipotentem MLbd
15 suum om. V 17 ipsius om. L 19 catholica disciplina MLbd
20 credi] dici MLL ita ut] iubet ita ut MLb siue om. Lb

uerba scripturarum diuinarum, siue inuisibilis siue uisibilis, non de deo nata, sed a deo sit facta de nihilo: nihilque in ea esse quod ad trinitatem pertineat, nisi quod trinitas condidit, ista condita est. quapropter creaturam uniuersam neque con-

substantialiorem deo neque coaeternam fas est dicere aut credere. 5
 Esse autem omnia quae fecit deus bona ualde: mala uero non esse naturalia; sed omne quod dicitur malum aut peccatum esse aut poenam peccati. nec esse peccatum nisi prauum liberae uoluntatis adsensum, cum inclinamur ad ea quae iustitia uetat et unde liberum est abstinere; id est non in rebus ipsis, 10 sed in usu earum non legitimo. usus autem rerum est legitimus, ut anima in lege dei maneat et uni deo plenissima dilectione subiecta sit et cetera sibi subiecta sine cupiditate aut libidine ministret, id est secundum praeceptum dei. ita enim sine difficultate et miseria et cum summa facilitate et beatitudine 15 administrabit. poena uero peccati est, cum ipsis creaturis non sibi seruientibus cruciatur anima, cum deo ipsa non seruit: quae creatura illi obtemperabat, cum ipsa obtemperabat deo. itaque non esse ignem malum, quia creatura dei est; sed tamen uri eo inbecillitatem nostram ex merito peccati. dici autem peccata 20 naturalia, quae necesse est committi ante misericordiam dei, postquam in hanc uitam per peccatum liberi arbitrii lapsi sumus.

Renouari autem hominem per Iesum Christum dominum nostrum, cum ipsa ineffabilis et incommutabilis dei sapientia plenum totumque hominem suscipere dignata est et nasci de 25 spiritu sancto et uirgine Maria, crucifigi, sepeliri et resurgere et ascendere in caelum, quod iam factum est, et uenire ad iudicandos uiuos et mortuos in fine saeculi et resurrectione mortuorum in carne, quod adhuc futurum praedicatur. datum

1 diuinarum scripturarum *MLbd* 2 deo nata] dei natura *bd* a]
 ex *V* 5 aut] atque *TMLb* 6 Esse] Ecce *d* deus *om.* *TMLb*
 10 istis *MLbd* 11 non *om.* *MLb* 13 cetera] ecclesia *V* libine *T^a*
 17 seruientibus *om.* *ML* 18 obtemperabat (*a fin. supra i script.*) *L*
 obtemperabat *om.* *L* 19 uri] uri *V* 22 per] post *V* lapsi
 sumus *om.* *V* 23 autem *om.* *MLb* 24 et] atque *L* aut *b* ac *d*
 28 resurrectionem *bd* 29 datum] dati *V*

esse spiritum sanctum credentibus in eum. constitutam ab illo matrem ecclesiam, quae catholica dicitur, ex eo quia uniuersaliter perfecta est et in nullo claudicat et per totum orbem diffusa est. remissa esse paenitentibus priora peccata
 5 et uitam aeternam caelorumque regnum promissum.

2. Secundum hanc fidem quae possint in hoc libro quaeri et disputari considerandum est. in principio fecit deus caelum et terram. quattuor modi a quibusdam scripturarum tractatoribus traduntur legis exponendae, quorum uocabula
 10 enuntiarum graece possunt, latine autem definiri et explicari: secundum historiam, secundum allegoriam, secundum analogiam, secundum aetiologiam. historia est, cum siue diuinitus siue humanitus res gesta commemoratur; allegoria, cum figurate dicta intelleguntur; analogia, cum ueteris et noui testamen-
 15 torum congruentia demonstratur; aetiologia, cum causae dictorum factorumque redduntur.

3. Hoc ergo quod scriptum est: in principio fecit deus caelum et terram, quaeri potest utrum tantummodo secundum historiam accipiendum sit an etiam figurate aliquid significet
 20 et quomodo congruat euangelio et qua causa sic liber iste inchoatus sit. secundum historiam autem quaeritur quid sit: in principio, id est utrum in principio temporis an in principio, in ipsa sapientia dei, quia et ipse dei filius principium se dixit, quando ei dictum est: tu quis es, et dixit: prin-
 25 cipium, quod et loquor uobis. est enim principium sine

17 Gen. 1, 1 24 Ioh. 8, 25

2 catholicam (m exp. m. 1) M ex quo (quo exp. m. 1) M 3 nullo] illo ML 5 promissum (pro super exp. di m. 1) L 6 possunt VLBd 9 quorum—explicari om. TMLb 12 aetiologiam] ethimologiam VTML etymologia b prius siue om. L 13 ihumanitatis M 15 demon- strantur L om. M ethimologia VTL om. M etymologia b causae] esse (?) M, eras. L post dictorumque positum bd 16 dictorum factorum- que (dictorum m. 2 s. l. add.) T factorum dictorumque V 17 deus om. T 20 congrua L euangelio L liber iste sic MLbd 28 quia et ipse dei iterata m. 2 exp T et iterat. in L 24 qui L

principio et est principium cum alio principio. principium sine principio solus pater est; ideo ex uno principio esse omnia credimus. filius autem ita principium est, ut de patre sit. ipsa etiam prima creatura intellectualis potest dici principium his quibus caput est, quae fecit deus. cum enim recte 5 appelleretur principium caput, in illa gradatione apostolus mulierem tantum non dixit caput alicuius. nam et uirum dixit caput mulieris et caput uiri Christum et caput Christi deum; ita creatori creatura subnectitur.

An ideo in principio dictum est, quia primum factum est? 10 an non potuit inter creaturas primum fieri caelum et terra, si angeli et omnes intellectuales potestates primum factae sunt, quia et angelos creaturam dei et ab eo factos credamus necesse est? nam et angelos enumerauit propheta in centesimo quadragesimo octauo psalmo, cum dixit: ipse iussit, et 15 facta sunt; ipse mandauit, et creata sunt. sed si primum facti sunt angeli, quaeri potest, utrum in tempore facti sunt an ante omne tempus an in exordio temporis. si in tempore, iam erat tempus, antequam angeli fierent; et quoniam etiam tempus ipsum creatura est, incipit necesse esse ut aliquid 20 prius quam angelos factum accipiamus. si autem in exordio temporis factos dicimus, ut cum ipsis coeperit tempus, dicendum est falsum esse, quod quidam uolunt, cum caelo et terra tempus esse coepisse.

Si autem prius quam tempus angeli facti sunt, quaerendum 25 est, quomodo dictum sit in consequentibus: et dixit deus: fiant luminaria in firmamento caeli, ut luceant super

8 cf. I Cor. 11, 8 16 Ps. 148, 5 27 Gen. 1, 14

1 cum (*in mg. forte de*) *d* princ. sine principio *om. M* 4 principium *iteratum m. 2 exp. T* 5 hiis *ML* iis *d* 7 tantum] tamen *Vbd* alicuius] alieni *V* 10 in principio ideo *T¹* quoniam *d* 11 terram *L* 12 omnes potestates (omnes *del. m. 2*) *T* 15 *CXLVIII^o L* *XLVIII^o M* dicit *V* 17 *post fin.* sunt *add.* angeli. Queri potest utrum in tempore facti sunt *in cod. V* 22 ipsis] temporis *L* 23 nolunt *T* ante celum et terra *TMLb*

terram et diuidant inter diem et noctem; et sint in
 signis et in temporibus et in diebus et in annis. hic
 enim potest uideri tunc coepta esse tempora, cum caelum et
 luminaria caeli ordinatis itineribus currere coepissent. quod
 5 si uerum est, quomodo potuerunt dies esse antequam esset
 tempus, si a cursu luminarium tempus exorsum est, quae
 quarto die dicuntur esse facta? an ista dierum digestio secundum
 consuetudinem humanae fragilitatis ordinata est lege narrandi
 et humilibus humiliter insinuandi sublimia, qua et ipse sermo
 10 narrantis non potest nisi aliqua habere et prima et media et
 ultima? an in temporibus istis dictum est ut essent luminaria,
 quae tempora homines interuallis morarum in corporis motione
 metiuntur? haec enim tempora, si nullus motus corporum
 esset, nulla essent et ipsa sunt hominibus manifestiora. quod
 15 si admittimus, quaerendum est, utrum praeter motum cor-
 porum possit esse tempus in motu incorporeae creaturae,
 ueluti est anima uel ipsa mens: quae utique in cogitationibus
 mouetur et in ipso motu aliud habet prius, aliud posterius,
 quod sine interuallo temporis intellegi non potest. quod si
 20 accipimus, etiam ante caelum et terram potest intellegi tempus
 fuisse, si ante caelum et terram facti sunt angeli. erat enim
 iam creatura, quae motibus incorporeis tempus ageret, et
 recte intellegitur cum illa etiam tempus esse ut in anima
 quae per corporeos sensus corporeis motibus assuefacta est.
 25 sed fortasse non est in principibus et creaturis super-
 eminentibus. sed quoquo modo se hoc habeat — res enim
 secretissima est et humanis coniecturis inpenetrabilis — illud
 certe accipiendum est in fide, etiamsi modum nostrae cogita-

1 inter noctem et diem *bd* 2 signa *Lbd* in temporibus] tem-
 pora *Lbd* in diebus] dies *Lbd* in annis] annos *Lbd* 4 itineribus]
 terminibus *L* 5 poterunt *ML* tempus esset *MLbd* 10 aliqua. *L*
 12 corpis *V* 13 metuuntur *M* metantur *L* 16 incorporeae (in *add.*
m. 2) *T* 17 est *om. L* 18 in ante ipso *om. MLbd* aliud] ad *M*
 20 potest—terram *om. L* 21 facti sunt in *ras. m. 1 V* 25 sed] et *V*
 26 hoc se *Mbd* hoc *om. L* res habet (habeat *m. et 1 et 2 del.*) *M*
 27 coniecturis in *ras. m. 1 V*

tionis excedit, omnem creaturam habere initium tempusque ipsum esse creaturam ac per hoc et ipsum habere initium nec coaeternum esse creatori.

Potest etiam caelum et terra pro uniuersa creatura positum uideri, ut et hoc uisibile aethereum firmamentum caelum 5 appellatum sit et illa creatura inuisibilis supereminentium potestatum rursusque terra omnis inferior pars mundi cum animalibus quibus inhabitatur. an caelum omnis creatura sublimis atque inuisibilis dicta est, terra uero omne uisibile, ut etiam sic possit hoc, quod dictum est: in principio 10 fecit deus caelum et terram, uniuersa creatura intellegi? fortasse quippe non incongrue in comparatione inuisibilis creaturae omne uisibile terra dicitur, ut illa caeli nomine nuncupetur, quoniam et anima, quae inuisibilis est, cum rerum uisibilium amore tumesceret et earum adeptione extol- 15 leretur, terra dicta est, sicut scriptum est: quid superbit terra et cinis?

Sed quaeri potest, utrum iam distincta et composita omnia dixerit caelum et terram an ipsam primo informem uniuersitatis materiem, quae in has formatas et speciosas naturas deo 20 ineffabiliter iubente digesta est, caeli et terrae nomine nuncupauit. quamquam enim scriptum legerimus: qui fecisti mundum de informi materia, tamen etiam ipsam materiam cuiusmodicumque sit non possumus dicere non ab eo factam, ex quo omnia confitemur et credimus, ut etiam ipsa digestio 25 et ordinatio singularum quarumque rerum formarum et distinctarum mundus uocetur, ipsa uero materies caelum et terra,

10 Gen. 1, 1 16 Eccli. 10, 9 22 Sap. 11, 18

1 tempusque—initium *om. L* 2 creaturam esse *T¹Mbd* et *om. Mbd*
 4 etiam] enī *b* 5 aetherium (*sic ubique*) *V* ethereum *T* 12 compati-
 onem *V* inuisibilis] uisibilis *ML* 13 terra *om. V* 15 eorum *V*
 16 sicut dictum est (dictum est *m. et 1 et 2 del.*) *M* 19 inter dixerit
 et caelum additum est: In principio fecit deus in *cod. V* 20 spetiosas
 (*semper t littera scriptum*) *V* 21 nuncupauerit *bd* 23 materia
 informi *VT* 27 uocetur mundus *T¹* uero] uera *L*

ueluti semen caeli et terrae appellata sit et caelum et terra quasi confusum atque permixtum ab artifice deo accipiendis formis idoneum. hactenus de hoc quaesitum sit quod dictum est: in principio fecit deus caelum et terram; nihil enim horum temere adfirmari potuit.

4. Terra autem erat inuisibilis et inconposita, et tenebrae erant super abyssum; et spiritus dei ferebatur super aquam. ab haereticis, qui ueteri testamento aduersantur, moueri calumnia huic loco solet, cum dicunt: quomodo in principio fecit deus caelum et terram, si iam terra erat? non intellegentes hoc esse subiunctum, ut exponeretur, qualis terra fuerit, de qua iam dictum est: fecit deus caelum et terram. sic ergo accipiendum est: in principio fecit deus caelum at terram; haec autem terra, quam deus fecit, inuisibilis erat et inconposita, donec ab eodem ipso discerneretur et ex confusione in rerum certo ordine constitueretur. an sic melius intellegitur, ut in hac executione rursus eadem rerum materies commendaretur, quae superius caeli et terrae nomine nuncupata est, ut iste sit sensus: in principio fecit deus caelum et terram; hoc autem, quod caelum et terra dictum est, terra erat inuisibilis et inconposita et tenebrae super abyssum; id est quod caelum et terra appellatum est, materies erat confusa quaedam, de qua mundus, qui duabus maximis partibus, caelo scilicet et terra, constat, digestis elementis et accepta forma fabricaretur? quae confusio materiae sic potuit insinuari populari intellegentiae, si diceretur terra inuisibilis et inconposita uel inordinata uel

6 Gen. 1, 2

1 uelluti *L* et terrae *om.* *TMLb* et caelum et terra *om.* *TMLb*
 3 actenus *V* de hoc dictum sit *L* 4 nichil (*semper* ch *littera*
scr.) *VTML* 5 affirmare *VMLbd* potuit] oportuit *Vbd* 7 post
 super *eras. est* faciē *L* abissum *L* 8 super *om.* *L* aquas *VTML*;
sed cf. 466, 22 9 calupnia *ML* 11 subiunctum] subiectum *Tb*
 12 iam *om.* *V* 13 sic— terram *om.* *MLb* est *om.* *V* 17 executi-
 one *MLbd* 19 et *s. l. m. 2 T* 20 et terram—quod *in ras. alia*
manu T 27 terra *om.* *M* et] uel *TMLb*

inparata et tenebrae super abyssum, id est super profunditatem uastissimam: quae rursus profunditas ex eo fortasse nominata est, quia nullius intelligentia propter ipsam informitatem penetrari potest.

Et tenebrae erant super faciem abyssi. utrum subter ⁵ abyssus erat et supra tenebrae, quasi iam loca distincta essent? an quoniam materiae adhuc confusio exponitur, quod etiam $\chi\acute{o}\varsigma$ graece dicitur, ideo dictum est: tenebrae erant super abyssum, quia lux non erat? quae si esset, utique supra esset, quia esset eminentior et ea, quae sibi subiecta erant, ¹⁰ inluminaret. et reuera qui diligenter considerat quid sint tenebrae, nihil aliud inuenit quam lucis absentiam. ita igitur dictum est: tenebrae erant super abyssum, ac si dictum esset: non erat lux super abyssum. quapropter haec materies, quae consequenti operatione dei in rerum formas ordinata ¹⁵ distinguitur, appellata est terra inuisibilis et inconposita et profunditas carens luce: quae appellata est superius nomine caeli et terrae ueluti semen, ut iam dictum est, caeli et terrae, si tamen non caelum et terram dicendo uniuersitatem prius proponere uoluit, ut postea insinuata materie mundi ²⁰ partes exequeretur.

Et spiritus dei superferebatur super aquam. nusquam dixerat: fecit deus aquam; nec tamen ullo modo credendum est aquam deum non fecisse et eam iam fuisse, antequam ille aliquid constituisset. etenim ille est, ex quo ²⁵ omnia, per quem omnia, in quo omnia, sicut apostolus dicit. ergo et aquam deus fecit et aliter credere magnus error est. cur igitur non dictum est, quod aquam deus fecerit?

5 Gen. 1, 2 22 Gen. 1, 2 25 Rom. 11, 36

1 imparā *L* 5 faciem abyssi| abyssum *d* 7 etiam] iam *MLb*
 8 chaos *VTML* 10 quia esse *L* subiecta *V* 18 ueluti—terrae
om. Lb 20 materia *TMLbd* 21 exsequeretur *MLbd* 22 ferebatur *TML*
 23 deus aquam fecit *MLbd* 24 deus *V* fuisse ex fecisse *m. 1 V*
 25 est *om. Lb*

an rursus eandem materiam, quam uel caeli et terrae uel
 terrae inuisibilis et inconpositae atque abyssi nomine nun-
 cupauerat, etiam aquam uoluit appellare? cur enim non et
 aqua appellaretur, si terra potuit, cum adhuc neque aqua
 5 distincta atque formata neque terra esset neque aliquid aliud? sed
 primo fortasse caelum et terra appellata est, secundo terra
 inconposita et abyssus carens luce, tertio aqua non incon-
 grue: ut primo nomine ipsius uniuersitatis, propter quam facta
 est materies de omnino nihilo, id est caeli et terrae materies
 10 uocaretur; secundo terrae inconpositae atque abyssi nomine
 insinuaretur informitas, quia inter omnia elementa terra est
 informior et minus praelucens quam cetera; tertio aquae
 nomine significaretur materies subiecta operi artificis; aqua
 enim mobilior est quam terra. et ideo propter operandi facili-
 15 tatem et motum faciliorem subiecta materies artifici aqua
 magis uocanda erat quam terra.

Et aer quidem mobilior est quam aqua; aether autem ipso
 aere mobilior non absurde creditur aut sentitur; sed aeris uel
 aetheris nomine minus conuenienter appellaretur materies.
 20 magis enim haec elementa uim creduntur habere faciendi,
 terra uero et aqua patiendi. quod si occultum est, illud certe
 apertissimum puto, quod aquam uentus mouet et nonnulla
 terrena; uentus autem est aer motus et quasi fluctuans. ergo
 cum aer aquam manifeste moueat, unde autem ipse moueatur,
 25 ut sit uentus, occultum sit, quis dubitet congruentius aquae
 nomine materiam uocari, qua mouetur, quam aeris, qui mouet?
 moueri autem pati est, mouere facere. huc accedit, quod ea,
 quae terra gignit, aqua inrigantur, ut nasci et profici possint,

6 caelum et *om. L* 8 nomine *om. TMLbd* 9 de omnino nihilo
 materies *d* id est *om. TMLbd* materies] nomine *TMLbd* 10 uoca-
 retur—nomine *om. L* 12 relucens *Lbd* 13 materia *MLbd* 14 est
om. TL propter *om. V* 17 ether *VT* aethere *L* mobilior
 ipso aere *Lbd* 20 elementa *om. L* 21 illud] uel *MLb*
 24 manifestat *M¹* moueat manifeste *ML²bd* 25 ut si *ML*
 26 qua] quia *TMLbd* ei aeris *M* 27 quod] ut *L* 28 per-
 fici *MLbd*

ita ut prope uideatur in haec ipsa nascentia eadem aqua conuerti. quocirca congruentius aquae nomine appellaretur materies, cum subdita operi artificis insinuaretur propter mobilitatem et conuersionem in quaeque nascentia corpora, quam nomine aeris, in quo sola mobilitas posset animaduerti, cetera uero, quibus materia expressius significaretur, defuissent. ut totus iste sit sensus: in principio fecit deus caelum et terram, id est materiam, quae caeli et terrae formam capere posset. quae materia terra inuisibilis et inconposita erat, id est informis et luce carens profunditas: quae tamen quoniam mouenti et operanti artifice subdita esset, propter hoc ipsum quod cedit operanti aqua etiam nominata est.

In hac igitur materiae significatione prius insinuat est finis eius, id est propter quid facta sit; secundo ipsa in- formitas, tertio seruitus sub artifice atque subiectio. itaque primo caelum et terra — propter hoc enim facta materies — secundo terra inuisibilis et inconposita et tenebrae super abyssum, id est ipsa informitas sine lumine — unde etiam terra inuisibilis dicta est — tertio aqua subiecta spiritui ad habitum formasque capiendas. ideo super aquam ferebatur spiritus dei, ut spiritum operantem, aquam uero unde operaretur intellegamus, id est materiam fabricabilem. cum enim tria ista dicimus unius rei nomina, materia mundi, materia informis, materia fabricabilis, horum primo nomini bene adiungitur caelum et terra, secundo obscuritas, confusio, profunditas, tenebrae, tertio cedendi facilitas, cui iam ad operandum spiritus superfertur artificis.

Et spiritus dei superferebatur super aquam. non ita

7 Gen. 1, 1. 2 28 Gen. 1, 2

1 uideantur *T*¹ post nascentia scriba aberrans ex uersu 4 add. corpora—aeris, sed ea del. *L* eadem eadem *M* 4 quæq; (q; add. s. l. m. 2) *T* 5 ante sola eras. est sola *L* 7 deum *L* 8 qua *MLb* 11 subiecta *ML* 15 sub] ab *L* itaque] In *MLb* 17 alt. et om. *Lb* 18 ipsum abyssum *L* unde—est om. *MLb* 20 habitandum *TMLb* 23 ista tria *Lbd* 27 superferatur *TMLb*

superferebatur, ut oleum aquae uel aqua terrae, id est quasi
 contineretur, sed, si ad hoc de uisibilibus exempla capienda
 sunt, sicut superfertur lux ista solis aut lunae his corporibus,
 quae inluminat in terra; non enim continetur illis sed cum
 5 caelo contineatur istis superfertur. item cauendum est, ne
 quasi locorum spatiis dei spiritum superferri materiae putemus,
 sed ui quadam effectoria et fabricatoria, ut illud cui super-
 fertur efficiatur et fabricetur, sicut superfertur uoluntas arti-
 ficis ligno uel cuique rei subiectae ad operandum uel ipsis
 10 etiam membris corporis sui, quae ad operandum mouet. et
 haec similitudo cum iam sit omni corpore excellentior parua
 est tamen et prope nihil ad intellegendam superlationem
 spiritus dei subiecta sibi ad operandum mundi materia; sed
 non inuenimus euidentiore similitudinem et propinquiorem
 15 rei de qua loquimur in his rebus quae ab hominibus quo-
 modocumque capi possunt. quapropter optime in huius modi
 cogitatione illud praeceptum tenebitur, quod scriptum est:
 benedicentes dominum exaltate illum quantumcumque
 potueritis, superabit et adhuc. hoc autem dictum sit, si
 20 hoc loco spiritus dei spiritus sanctus, quem in ipsa ineffabili
 et incommutabili trinitate ueneramur, accipitur.

Potest autem et aliter intellegi, ut spiritum dei uitalem
 creaturam, qua uniuersus iste uisibilis mundus atque omnia
 corporea continentur et mouentur, intellegamus, cui deus
 25 omnipotens tribuit uim quandam sibi seruiendi ad operandum
 in his quae gignuntur. qui spiritus cum sit omni corpore
 aethereo melior, quia omnem uisibilem creaturam omnis creatura
 inuisibilis antecedit, non absurde spiritus dei dicitur. quid

18 Eccli. 43, 30

1 ut] sicut *bd* 3 hiis *ML* 4 in *om. L* 7 ui *m. 2 ex in T*
 9 etiam ipsis *TMLbd* 10 sui *om. L* 14 propinquiorem *L* 15 hiis *ML*
 iis *d* ab] ad *M* quemadmodumcumque *V* 16 in huiusmodi
 cogitatione optime *TMLbd* 18 deum *bd* 23 iste] est *MLb* 24 cor-
 pora *V* 26 hiis *ML* iis *d* 27 ethereo *VT*¹ inuisibilis crea-
 tura *Lbd*

enim non est dei ex his quae condidit, cum etiam de ipsa terra dictum sit: domini est terra et plenitudo eius, et illud uniuersali complexione quod scriptum est: quoniam tua sunt omnia, domine, qui animas amas? sed tum potest iste spiritus sic intellegi, si quod dictum est: in principio fecit deus caelum et terram, tantum de uisibili creatura dictum sentiamus, ut super materiam rerum uisibilium in exordio fabricationis eorum superferretur inuisibilis spiritus, qui tamen etiam ipse creatura esset, id est non deus, sed a deo facta atque instituta natura. si autem uniuersae creaturae, id est et intellectualis et animalis et corporalis, materia creditur illo aquae uocabulo enuntiata, nullo modo potest hoc loco spiritus dei nisi ille incommutabilis et sanctus intellegi, qui ferebatur super materiam omnium rerum, quas fecit et condidit deus.

Tertia opinio de hoc spiritu oriri potest, ut credatur spiritus nomine aeris elementum enuntiatum, ut ita quattuor elementa insinuata sint, quibus mundus iste uisibilis surgit: caelum scilicet et terra et aqua et aer, non quia iam erant distincta et ornata, sed quia in illius materiae quamuis informi confusione tamen exortura praesignabantur: quae informis confusio tenebrarum et abyssi nomine commendata est. sed quaelibet istarum sententiarum uera sit, omnium rerum, quae ortae sunt, quae uidentur et quae non uidentur, non quantum ad uitia, quae contra naturam sunt, sed quantum ad ipsas naturas adinet, deum esse auctorem et conditorem credendum est.

2 Ps. 23, 1 3 Sap. 11, 27 5 Gen. 1, 1

1 hiis *ML* iis *d* 3 illa *V* est *om. L* 4 tunc *TMLbd*
 5 sic *om. L* si] sic *Lb* 6 tantum] tunc *M* 8 earum *d* uisibilis *V*
 9 id est *om. L* a] ex *V* 11 *primum* et *om. MLb*
 12 hoc loco spiritus dei potest *MLbd* 14 super super *M* 17 elementum] enun]ciatum (men enun *in fine uersus om. L* 18 sint (i ex u) *L* sunt *b*
 19 *primum* et *om. M* iam *om. V* 20 ordinata *Mbd*
 ordina *L* illa materia *V* 22 tenebras *V* et *om. V* byssi *T¹*
 abissi *L* 23 sententiarum istarum *TMLbd*

nullamque omnino esse creaturam, quae non ab ipso initium perfectionemque habeat generis et substantiae suae.

5 Et dixit deus: fiat lux. et facta est lux. deum dixisse: fiat lux, non uoce de pulmonibus edita nec lingua
 10 et dentibus debemus accipere. carnalium sunt istae cogitationes; secundum carnem autem sapere mors est. sed ineffabiliter dictum est: fiat lux. utrum autem hoc quod dictum est filio unigenito dictum est an id ipsum quod dictum est filius unigenitus est quod dictum uerbum dei dicitur, per quod
 15 facta sunt omnia, quaeri potest, dum tamen illa absit impietas, ut uerbum dei unigenitum filium quasi uocem prolatam sicut a nobis fit esse credamus. uerbum autem dei, per quod facta sunt omnia, nec coepit esse nec desinet; sed sine inchoatione natum patri coaeternum est. quare hoc, quod dictum est:
 20 fiat lux, si et coepit et destitit dici, magis filio dictum est hoc uerbum quam ipsum est filius. et tamen etiam hoc ineffabiliter, ne carnalis imago subrepat in animam et intellectum pium spiritalem conturbet, quia et incipere aliquid et desinere in natura dei, si proprie accipiatur, temeraria et
 25 praeceps opinio est, carnalibus tamen et paruulis non tamquam in ea mansuris sed tamquam inde resurrecturis humanissime concedenda. quidquid enim incipere et desinere deus dicitur, nullo modo in ipsius natura sed in eius creatura, quae illi miris modis obtemperat, intellegendum est.

Et dixit deus: fiat lux. utrum ea lux, quae his carnalibus oculis patet, an aliqua occulta, quam nobis per hoc corpus uidere non datum est? et si occulta, utrum corporea, quae per locorum spatia tenditur fortasse in sublimibus partibus mundi, an incorporea, qualis in anima est ad quam uitandi

3 Gen. 1, 3 6 cf. Rom. 8, 6 9 cf. Ioh. 1, 1. 3

2 perfectionemque *ML* 5 accipere debemus *MLbd* 6 autem carnem *TMLbd* 8 id *om. L* 9 dei uerbum *MLbd* 11 ut] ne
 15 dicit *V* 17 nec *bd* animum *bd* 21 in ea—tamquam *om. M*
 resurrecturis *Vbd* rectoris *L* 22 post concedenda *add. est Lbd*
 quicquid (*sic semper*) *VTML* enim] tamen *b* 25 hiis *ML* in
 his *T* 29 an—uitandi *repet in M*

et adpetendi refertur examen a sensibus corporis, qua non
 carent etiam animae bestiarum, an ea superior quae ratiocinando
 adparet, ex qua incipit omne quod creatum est? quamlibet
 enim lucem significet, factam tamen et creatam debemus
 accipere, non illam, qua fulget ipsa dei sapientia, quae non
 creata sed nata est, ne sine luce deus fuisse putetur, prius-
 quam istam, de qua nunc agitur, condidisset. de hac enim,
 sicut ipsa uerba satis docent, hoc commendatur, quod facta
 sit. et dixit, inquit, fiat lux. et facta est lux. alia est
 lux de deo nata et alia lux, quam fecit deus. nata de deo
 lux est ipsa dei sapientia, facta uero lux est quaelibet muta-
 bilis siue incorporea siue corporea.

Mouere autem solet, quomodo lux corporea esse potuerit,
 antequam caelum esset et caeli luminaria, quae post istam
 exponuntur: quasi uero facile ab homine percipi potest aut
 omnino ullo modo potest, utrum sit aliqua lux praeter caelum,
 quae tamen spatiis locorum distincta atque diffusa sit mun-
 dumque amplectatur. sed cum liceat hic et incorpoream lucem
 intellegere, si non uisibilem tantum creaturam in hoc libro
 sed omnem creaturam expositam dicimus, quid opus est in
 hac controuersia remorari? et fortasse quod quaerunt homines,
 quando angeli facti sunt, ipsi significantur hac luce breuissime
 quidem sed tamen conuenientissime ac decentissime.

Et uidit deus lucem quia bona est. ista sententia non
 quasi insoliti boni laetitiam sed adprobationem operis signi-
 ficari oportet intellegi. quid enim conuenientius de deo dicitur,
 quantum inter homines dici potest, quam cum ita ponitur
 „dixit“ „factum est“ „placuit“, ita ut in eo, quod dixit,

24 Gen. 1, 4

2 quae superior *Lbd* superiorque *M* ratiocinandi *d* 3 quod
 (d s. l.) *L*, om. *M* 4 debere *ML* 6 creata est sed nata (natura *b*) *MLbd*
 ne] non *MLb* 10 natura pro nata bis *b* de iteratur *V* 12 cor-
 poreae siue incorporeae *bd* 14 ista exponitur *V* 15 ante ab *addit*
 hoc *d* 16 ullo] nullo *V* 21 controuersiam *VT* fortasset] (t *fn. exp.*
m. 1) *M* 23 ac] et *TMLbd* 24 deus om. *ML* nō non *V* 25 boni
 laetitiam] beniuolentiam *MLb* significare *TML* 28 ut] quod *b* dicit *L*

imperium eius intellegatur, in eo, quod factum est, potentia, in eo, quod placuit, benignitas, sicut ineffabilia per hominem hominibus, ita ut omnibus prodesse possent, dici debuerunt.

Et diuisit deus inter lucem et tenebras. hinc intellegi licet, quanta diuini operis facilitate ista dicantur effecta. non enim quisquam est, qui sic existimet lucem factam, ut esset confusa cum tenebris et ob hoc postea separationis indigeret; sed eo ipso, quo lux facta est, consecuta est etiam diuisio inter lucem et tenebras. quae enim societas luci cum tenebris? deus ergo diuisit inter lucem et tenebras, quia lucem fecit, cuius absentia tenebrae uocantur. interest autem inter lucem et tenebras, sicut interest inter uestimentum et nuditatem aut plenum et inane et similia.

Iam quot modis lux possit intellegi, supra dictum est, quibus contrariae priuationes possunt tenebrae nominari. alia est enim lux, quae uidetur his oculis corporeis etiam ipsa corporea, ut solis et lunae et stellarum et si quid huius modi est, cui contrariae sunt tenebrae, cum aliquis locus ea luce caret. alia item lux est uita sentiens et ualens discernere quae per corpus ad animae iudicium referuntur, id est alba et nigra canora et rauca suaueolentia et graueolentia dulcia et amara calida et frigida et cetera huius modi. alia est enim lux quae sentitur oculis aliudque per oculos agitur, ut sentiatur. illa enim in corpore, haec autem quamuis per corpus ea quae sentit accipiat in anima tamen est. huic contrariae sunt tenebrae, insensibilitas quaedam uel si melius insensualitas dicitur,

4 Gen. 1, 4 9 II Cor. 6, 14

2 post sicut inculcat ista d 3 prodesse possent] prodessent Lb
 4 diuisit ex dimisit V inter om. VT 6 estimet TML estimet b
 8 quod V 9 quae—tenebras om. L lucis Mbd 11 iterest L
 14 possit intelligi lux TMLbd 16 hiis ML 17 corporea] corpea M
 18 aliqui V 19 item] autem Lb 21 graueolentia] putentia TMLb
 22 huius modi] huius M om. L 23 aliudque] alia qua TMLbd
 ut om. V 25 percipiat bd in anima] inanimatum ML inanimata b
 tamen om. M est. Tamen V est tamen d 26 insensualitas] insensibilis V

id est non sentire, quamuis inferantur quae sentiri possent, si esset in illa uita ista lux unde sentitur. neque hoc cum ministeria desunt corporis, sicut in caecis aut surdis — nam in istorum animis est ista lux, de qua nunc agimus, sed instrumenta corporis desunt — neque eo modo, quo in silentio 5 uox non auditur, cum et ista lux est in anima et adsunt corporis instrumenta, sed nihil quod sentiatur infertur. non ergo qui his causis non sentit, caret ista luce; sed cum talis potentia non est in anima, quae iam nec anima dici solet sed tantum uita, qualis perhibetur esse uitae et arboris et quarum- 10 que stirpium, si tamen eas uel talem habere persuaderi ullo modo potest, quas nonnulli nimis errantes haeretici non solum sentire per corpus, id est uidere et audire et calorem ignemque discernere sed etiam intellegere rationem et cogitationes nostras nosse arbitrantur; sed de his alia quaestio est. insensibilitas 15 ergo tenebrae sunt huius lucis, qua quidque sentitur, cum ipsam uim sentiendi non habet uita quaelibet. conuenienter autem hanc lucem dici concedit quisquis concedit recte dici lucem, qua res quaeque manifesta est. cum autem dicimus: manifestum est hoc canorum esse, manifestum est hoc dulce 20 esse, manifestum est hoc frigidum esse et quod forte huius generis per corporales sensus attingimus, haec lux, qua ista manifesta sunt, utique intus in anima est, quamuis per corpus inferantur quae ita sentiuntur. tertium lucis genus in creaturis intellegi potest, quo ratiocinamur. huic contrariae tenebrae 25 sunt inrationabilitas, sicut sunt animae bestiarum.

12 cf. contra Manichaeos

1 possunt *V* 2 essent *L* illam *V* lux ista *TMLbd* 3 desunt ministeria *T¹* 5 eo] illo *TMLbd* quo] quo modo *bd* 6 assunt *V* 8 hiis *ML* iis *d* 10 quarumcumque *MLbd* 11 ullo] nullo *M*, (n *paene eras.*) *L* 12 nonulli *V* 13 et audire] aut audire *b* audire *d* 15 hiis *ML* 16 sunt *om.* *TMLbd* quidque] quicquid *M* quidquid *bd* quid *L* 18 lucem hanc *MLbd* quisquis concedit *om.* *L* 19 dicimus *V* 20 manifestum] *malm M; ita et sequens et tertium scriptum* man. esse *b* 21 *alt.* esse] est *M* 22 per *om.* *V* sensus attingimus] sentimus *V* attingimus per corporales sensus *L* 24 quae ita sentiuntur *om.* *M* 26 inrationabilitas sicut sunt *om.* *L*

Siue ergo lucem aetheream siue sensualem, cuius animalia participant, siue rationalem, quam et angeli et homines habent, a deo factam primitus in rerum natura haec sententia uult intellegi, diuisisse deum inter lucem et tenebras eo ipso, quo
 5 lux facta est, oportet accipi, quod aliud est lux, aliud illae priuationes lucis, quas in contrariis tenebris ordinauit deus. non enim deum fecisse tenebras dictum est, quoniam species ipsas deus fecit, non priuationes, quae ad nihilum pertinent, unde ab artifice deo facta sunt omnia: quas ab eo tamen
 10 ordinatas intellegimus, cum dicitur: et diuisit deus inter lucem et tenebras, ne uel ipsae priuationes non haberent ordinem suum deo cuncta regente atque administrante, sicut in cantando interpositiones silentiorum certis moderatisque interuallis, quamuis uocum priuationes sint, bene tamen ordi-
 15 nantur ab his, qui cantare sciunt et suauitati uniuersae cantilenaе aliquid conferunt, et umbrae in picturis eminentiora quaeque distingunt ac non specie sed ordine placent. nam et uitiorum nostrorum non est auctor deus; sed tamen ordinator est, cum eo loco peccatores constituit et ea perpeti cogit
 20 quae merentur. ad hoc ualet quod oues ponuntur ad dexteram, haedi autem ad sinistram. quaedam ergo et facit deus et ordinat; quaedam uero tantum ordinat. iustos et facit et ordinat; peccatores autem, in quantum peccatores sunt, non facit sed ordinat tantum, quippe cum illos ad dexteram, illos ad sini-
 25 stram constituit et quod in ignem aeternum iubet ire, ad meritorum ordinem ualet. ita species naturasque ipsas et facit et ordinat; priuationes autem specierum defectusque naturarum non facit sed ordinat tantum. dixit itaque: fiat lux. et facta est lux, non dixit: fiant tenebrae. et factae sunt tenebrae.

10 Gen. 1, 4 20 cf. Matth. 25, 33

1 etheriam VT 2 et ante angeli om. MLbd 3 hac TMLb 6 tenebris om. L 9 tamen ab eo TMLbd 11 haberent] herent L 15 hiis ML iis d qui qui (pr. qui exp. m. 1) M 17 distinguunt Mbd et om. V 19 est om. L 22 iustos—ordinat om. V 24 dextram b 25 constituet V 27 naturararum L 28 tantum] tamē V 29 facta L

horum ergo unum fecit, alterum non fecit, utrumque tamen ordinavit, cum diuisit deus inter lucem et tenebras. ita et ipso faciente pulchra sunt singula et ipso ordinante pulchra sunt omnia.

6. Et uocauit deus lucem diem et tenebras uocauit 5 noctem. cum et lux nomen sit alicuius rei et dies rursum et tenebrae et nox utrumque sit nomen, utrum ita dici oportuit nomina rebus inposita esse, ut illa res, cui nomen inpositum est, utique alio quoque nomine — non enim aliter poterat — enuntiaretur, et ita dictum est: uocauit deus lucem diem, 10 ut indifferenter dici etiam conuerse posset: uocauit deus diem lucem et uocauit noctem tenebras? quid ei respondebimus, si quis a nobis ita quaerat: luci nomen inpositum est dies an diei nomen inpositum est lux? quia haec duo utique, in quantum ad res significandas articulata uoce enuntiantur, nomina 15 sunt. hoc modo etiam de aliis duobus quaeri potest: tenebris nomen inpositum est nox an nocti inpositum est nomen tenebrae? et quidem, ut scriptura praescribit, manifestum est lucis nomen dictum esse diem et tenebrarum nomen dictum esse noctem. quia cum diceret: deus fecit lucem et diuisit 20 inter lucem et tenebras, nondum de uocabulis agebatur, postea sunt adhibita uocabula dies et nox, cum et illa sine dubio uocabula sint, lux et tenebrae, res aliquas significantia sicut dies et nox. ergo ita hoc accipiendum est, quia enuntiarum aliter non posset res, quae nomen accepit, nisi aliquo nomine? an 25 potius ista uocatio accipienda est ipsa distinctio? non enim

5 Gen. 1, 5

2 ordinat *V* diuidit *VMLb* deus *om. M* 3 pulchra *Md*
 5 uocabit *fin. V* 7 post nomen scriba aberrans ex uersu 8 inpositum—
 nomine *add. et ipse deleuit L* utrum] utrumque *MLbd* 9 quoque
om. V 10 enuntiaretur] enumerare *MLb* enuntiare *d* 11 etiam
 dici *TMLbd* 12 respondemus *V* 13 quaerit *MLbd* 15 nuntian-
 tur *VTM* significatur nuntiantur *L* 17 an nocti inpositum est iteratur
sed m. 2 semel del. T 18 ut] in *V* pscribit *T* describit *bd*
 19 diem— esse *om. T* 21 agebã (t *omissum est*) *M* 22 adhibita
 sunt *Lbd* 24 hoc ita *MLbd*

omnis lux dies aut omnes tenebrae nox; sed lux et tenebrae certis inter se vicibus ordinatae atque distinctae diei et noctis nominibus appellantur. omne quippe uocabulum ad distinctionem ualet: unde etiam nomen, quod rem notet, appellatum
 5 est quasi notamen, notet autem hoc est distinguat et doctitantem ad discernendum adiuuet. fortasse ergo ipsum diuisisse inter lucem et tenebras, hoc est uocasse lucem diem et tenebras noctem, ut hoc sit ordinasse ista quod uocasse. an ista uocabula significare nobis uolunt, quam lucem dixerit et quas
 10 tenebras? tamquam si diceret: fecit deus lucem et diuisit inter lucem et tenebras. lucem autem dico diem et tenebras dico noctem, ne aliquam aliam lucem intellegas, quae non sit dies, et ne aliquas alias tenebras intellegas, quae non sint nox. nam si omnis lux dies posset intellegi et omnes tenebrae
 15 noctis nomine censerentur, fortasse non opus esset dicere: et uocauit deus lucem diem et tenebras uocauit noctem.

Item quaeri potest quem diem dicat et quam noctem. si istum diem uult accipi, quem solis ortus inchoat et claudit
 20 occasus, et istam noctem, quae a solis occasu usque in ortum tendit, non inuenio, quomodo esse potuerint, antequam caeli luminaria facta essent. an ipsa spatia horarum et temporum etiam sine discrimine fulgoris atque umbrae iam ita uocari potuerunt? et quomodo in illam lucem rationalem, si haec
 25 significata est, aut sensualem cadit haec uicissitudo, quae nomine diei et noctis significatur? an non secundum quod euenit sed secundum quod potest euenire ista insinuata sunt, quia et rationi potest error succedere et sensui quaedam stoliditas?

2 uicibus] uocibus *Lb* 3 omne—distinctionem *iterantur M* 4 rem notat *MLb* 5 hoc] id *bd* distinguat *M* distinguet *b* doctitantem *bd* 6 diuise *ML* 7 lucem—uocasse *om. M* 9 uoluit (*m. 1 corr.*) *M* 10 si *om. TMLb* 12 lucem habes *L* 13 dies—sint *om. V* sunt *Lb* sit *M* 14 possit *VMLbd* 18 quam] quem *L* 21 tenditur *TMLbd* potuerunt *L* 23 discretionē discrimine *L* 24 illam] hac *V* 26 non *om. MLb* 27 sed *om. V* inuenire *Lb*

7. Et facta est uespera et factum est mane dies unus. non eodem modo nunc appellatur dies, quo cum diceretur: et uocauit deus lucem diem, sed eo modo, quo dicimus uerbi gratia triginta dies habere mensem: hic enim nomine diei noctes quoque includimus; superius autem ita dictus est dies, ut a nocte seiungeretur. itaque cum illa operatio dei per lucem gesta insinuetur, consequenter dicitur factam esse uesperam et factum esse mane unum diem, ut sit scilicet unus dies a coepto die usque ad coeptum diem, id est a mane usque ad mane, quales dies adnumeratis, ut dixi, noctibus appellamus. sed quomodo facta est uespera et factum est mane? an tanta mora temporis fecit lucem deus et diuisit inter lucem et tenebras, quanta mora tenditur dies lucens, id est non adnumerata nocte? et ubi est quod scriptum est: subest enim tibi, cum uoles posse, si opus est deo productione temporis, ut aliquid perficiat? an omnia quidem tamquam in arte atque ratione perfecta sunt deo non in productione temporis, sed in ipsa ui, quae illas etiam res, quas non stare sed transire cernimus, stabiliiter efficit? non enim et in sermone nostro, cum uerba alia transeant et alia succedant, credibile est ita fieri in arte ipsa, qua operante stabiliiter artificiosa occurrit oratio. quamquam ergo sine productione temporis faciat deus, cui subest posse cum uolet, ipsae tamen naturae temporales motus suos temporaliter peragunt. ita ergo fortasse dictum est: et facta est uespera et factum est mane dies unus, sicut ratione prospicitur ita fieri debere aut posse, non ita, ut fit temporis tractibus. nam non ipsam rationem operationum contemplatus est in spiritu

1 Gen. 1, 5 15 Sap. 12, 18

2 eodem] eo V 3 deus om. L 4 hoc Vd 5 ita deus M¹ 7 dei] diei d factam dicitur Lbd 8 esse bis om. V diem unum bd 9 scilicet sit MLbd a coepto] accepto V a cepto (c paene eras.) T 14 enumerata b 15 si] sibi V 16 proficiat Lb 17 in fin. om. M 18 qua bd 19 subtiliter L 21 ista d 23 posse] potest L 24 ipse d 26 pspicitur V 27 temporalibus MLbd 28 non] in MLbd ipsa ratione TMLbd operationem bd

sancto ille, qui dixit: qui manet in aeternum creauit omnia simul; sed commodissime in hoc libro quasi per morarum interualla factarum a deo rerum digesta narratio est, ut ipsa dispositio, quae ab infirmioribus animis contemplatione stabili uideri non poterat, per huius modi ordinem sermonis exposita quasi istis oculis cerneretur.

8. Et dixit deus: fiat firmamentum in medio aquae et sit diuidens inter aquam et aquam. et sic est factum. et fecit deus firmamentum et diuisit inter aquam
 10 quae erat sub firmamento et inter aquam quae erat supra firmamentum. utrum aquae tales sunt supra firmamentum, quales sub firmamento istae uisibiles? an, quia illam aquam uidetur significare, supra quam spiritus ferebatur et eam intellegebamus esse ipsam mundi materiam, haec etiam
 15 hoc loco firmamento interposito discreta credenda est, ut inferior sit materia corporalis, superior animalis? hoc enim firmamentum dicit, quod caelum postea uocat. caelesti autem corpore nihil est in corporibus melius. alia quippe corpora caelestia, alia terrestria et utique caelestia meliora: quorum
 20 naturam quidquid transit nescio quemadmodum iam corpus possit uocari; sed est fortasse uis quaedam subiecta rationi, qua ratione deus ueritasque cognoscitur: quae natura quia formabilis est uirtute atque prudentia, cuius uigore cohibetur eius fluitatio atque constringitur et ob hoc quasi materialis
 25 adparet, recte aqua diuinitus appellata est non locorum spatio sed merito naturae incorporeae caeli corporei ambitum excedens. et quoniam caelum firmamentum uocauit, non absurde

1 Eccli. 18, 1 7 Gen. 1, 6. 7

1 ille *om. MLbd* creauit] compleuit *Lb* 2 hoc] illo *bd* morarum per *bd* 5 stabili] uisibili *Lb* uidere *Vlb* 6 quasi *om. V* 8 factum est *TMLbd* 10 sub—erat *om. M* inter *om. VTML* 11 supra] super *TM* sint *TMLbd* 12 uisibilis *V* 13 aquam *om. M* uidere *L* 17 posea *M* uocauit *TMLb* 20 iam *om. Vd* 22 quam naturam *VTML* 24 fluctuatio *Lbd* ob hoc] obiectio *b* 25 raperet *L* 26 incorporeae] incorpore *VML* in corpore *b* incorporei *Lb*

intellegitur quidquid infra aethereum caelum est, in quo
 pacata et firma sunt omnia, mutabilius esse et dissolubilius.
 quod genus corporalis materiae ante acceptam speciem distincti-
 onemque formarum, a qua sub firmamento nominata est,
 fuerunt qui crederent has uisibiles aquas et frigidas caeli 5
 superficiem superamplecti. et documentum adhibere conati sunt
 de tarditate stellae unius de septem uagantibus, quae superior
 est ceteris et a Graecis $\Phi\alpha\acute{\iota}\nu\omega\nu$ dicitur et triginta annis per-
 agit signiferum circulum, ut ob hoc tarda sit, quia est frigidis
 aquis uicinior, quae supra caelum sunt. quae opinio nescio 10
 quemadmodum possit apud eos defendi, qui subtilissime ista
 quaesierunt. nihil autem horum temere adfirmandum sed caute
 omnia modesteque tractanda sunt.

Et dixit deus: fiat firmamentum in medio aquae
 et sit diuidens inter aquam et aquam. et sic est 15
 factum. postquam dixit: sic est factum, quid opus erat
 rursus addere: et fecit deus firmamentum et diuisit
 inter aquam quae erat sub firmamento et aquam quae
 erat supra firmamentum? nam cum dixisset superius: et
 dixit deus: fiat lux. et facta est lux, non addidit rursus: 20
 et fecit deus lucem; hic autem posteaquam dixit deus: fiat.
 et sic est factum, additum est: et fecit deus. an hinc
 adparet non oportere illam lucem intellegi corporalem, ne eam
 aliqua creatura interposita deus fecisse uideatur — deum autem
 trinitatem dico —, hoc uero firmamentum caeli, quia corpo- 25
 reum est, per incorpoream creaturam accepisse speciem for-

14 Gen. 1, 6. 7

1 caelum] celum celum *V* 2 et] atque *Lbd* firmata *Lbd* muta-
 bilius *om. M* 4 formatum *bd* sub *om. MLbd* firmamentum *bd*
 nominatum *bd* 5 superficiem coeli *TMLbd* 6 habere *ML* 8 est
om. TMLb a *om. V* fenon *VT¹* pheton *ML* $\varphi\alpha\acute{\iota}\nu\omega\nu$ *b* 9 ut
om. L trarda *V* frigidis (*i fin. ex u*) *M* 13 sunt tractanda *MLbd*
 15 factum est *MLbd* 17 adere *L* 20 addit *V* rursus *TMLbd*
 21 postquam *b* post dixit *inculcant* et dixit *bd* 22 factum est *MLbd*
 23 lucem illam (*illa L*) *TMLbd* 24 fecisse deus *Lbd* 25 uero]
 autem *b* corporeum] corporem *L*

namque credatur, ut prius incorporeae naturae rationaliter a
 veritate impressum sit quod corporaliter inprimeretur, ut caeli
 fieret firmamentum, et ideo quod positum est: et dixit deus:
 fiat. et sic est factum, in ipsa rationali natura prius
 5 factum est fortasse unde inprimeretur corpori species?

9. Cum autem additum est: et fecit deus firmamentum
 et diuisit inter aquam quae erat sub firmamento et
 aquam quae erat supra firmamentum, ipsa operatio in
 illa materia, ut corpus caeli fieret, significatur? an forte
 10 uarietatis causa, ut textus sermonis in fastidium non ueniret,
 supra non est positum quod infra positum est et non oportet
 scrupulose omnia rimari? eligat quis quod potest; tantum ne
 aliquid temere atque incognitum pro cognito afferat memine-
 ritque se hominem de diuinis operibus quantum permittitur
 15 quaerere.

Et uocauit deus firmamentum caelum. quod de uoca-
 tione superius tractatum est, hic quoque considerari potest;
 non enim omne firmamentum caelum est. et uidit deus
 quia bonum est. et de hoc superius quod tractatum est
 20 retractetur, nisi quod non eundem ordinem uideo. nam superius:
 et uidit deus lucem quia bona est, et post deinde
 subicitur: diuisit deus inter lucem et tenebras; et
 uocauit deus lucem diem et tenebras uocauit noctem,
 hic autem, postquam factum enarratum est, quod factum
 25 dicebatur, et posteaquam uocatum est firmamentum caelum,
 tum dicitur: et uidit deus quia bonum est. quod si non

6 Gen. 1, 7 16 Gen. 1, 8

1 creditur *bđ* creāatur *L* incorporeae *ML* rationabiliter *d*
 2 impremeretur *L* 3 feeret *L* quod *om.* *TMLbđ* 4 factum
 est *TMLbđ* in *om.* *V* 5 facta *TMLb* corporis *V* 8 ante ipsa
add. et *MLbđ* cooperatio *ML* corporatio *b* 10 ueniret (in *eras.*) *L*
 11 supra] et supra *ML* 12 scrupulorum *MLb* rimari] numerare *V*
m. 1 *in ras.* quis (s *ex d*) *L* 13 afferat] asserat *TMLbđ* 18 caelum
om. *L* 19 quia] quod *TMLbđ* quo *L* 20 retractaretur *Lbđ*
 23 et ten. uoc. tenebras *L* 25 postquā *b* 26 tum] cū *MLb* est
om. *Lb* post est *add.* et postea nomen imposita est *L*

fastidii euitandi gratia ita uariatum est, illud certe intellegere cogimur, quod dictum est: et fecit deus omnia simul. quare enim primo ibi uidit quia bonum est et postea nomen inposuit, hic autem primo nomen inposuit et postea uidit quia bonum est? nisi quia ista indifferentia significat morarum 5 interualla non esse in operatione dei, quamuis in ipsis inueniantur operibus? secundum autem morarum interuallum prius aliquid et postea efficitur, sine quibus narratio factorum non potest esse, quamuis sine his deus ista efficere potuerit. et facta est uespera et factum est mane dies secun- 10 dus. iam hinc superius tractatum est et easdem rationes hic quoque ualere arbitror.

10. Et dixit deus: congregentur aquae quae sub caelo sunt in congregationem unam et adpareat arida. et sic est factum. hinc probabilius credi potest aquam 15 dictam esse superius, sicut arbitrabamur, ipsam mundi materiam. nam si uniuersum aqua obpletum erat, unde uel quo potuit congregari? si enim confusionem quandam materialem aquae nomine appellauerat, haec congregatio accipienda est ipsa formatio, ut talis esset aquae species, qualem nunc esse 20 cernimus. et ipsum „adpareat arida“, quod positum est, terrae formatio intellegi potest, ut hanc haberet speciem terra, quam cernimus. inuisibilis enim et inconposita dicta erat, cum adhuc materiae species deesset. dixit ergo deus: congregetur aqua quae sub caelo est; id est in formam redigatur 25 materies corporalis, ut aqua ista sit, quam sentimus. in congregationem unam: uis ipsa formae commendatur nomine

13 Gen. 1, 9

1 euitandi. *L* uariatum] narratum *MLb* illud *om. b* 2 cogitemur *V* 4 hic—inposuit *om. V* 5 ista] illa *bd* differentia *MLbd* 6 inueniatur *TMLb* 9 esse non potest *d* hiis *ML* est ista (est *exp. m. 2*) *M* 10 facta] factum *ML* quous secundus (unus *del. m. 1 et 2*) *M* 12 non arbitror *L*¹ arbitror *V* 14 appareant aride *VT* 15 factum est *TMLbd* 18 quandam confusionem *d* 19 nomen *ML* accipienda] appellanda *Lb* 23 inconposita *L* 24 deesset *b* congregentur *L* 25 in *om. M*

unitatis. hoc est enim uere formari in unum aliquid redigi, quoniam summe unum est omnis formae principium. et adpareat arida: id est speciem uisibilem accipiat atque a confusione distinctam. et bene aqua congregatur, ut adpareat
 5 arida; id est cohibetur quod fluitat materiae, ut quod obscurum est inlustretur. et sic est factum: etiam hoc fortasse in rationibus intellectualis naturae prius factum est, ut postea quod dicitur: et congregata est aqua in congregationem unam et adparuit arida, non superfluo additum uideatur,
 10 cum iam dictum esset: et sic est factum, sed ut post rationalem atque incorpoream operationem intellegeremus etiam corporalem secutam.

Et uocauit deus aridam terram et congregationem aquae uocauit mare. adhuc nobiscum facit illa causa
 15 uocabulorum; non enim omnis aqua mare aut omne aridum terra. ergo quae aqua esset et quae arida, uocabulis segregandum fuit. ipsam autem distinctionem atque formationem fuisse uocationem dei non absurde adhuc intellegi potest. et uidit deus quia bonum est. et hic ipse ordo seruatus est;
 20 quare huic etiam illa, quae iam tractata sunt, conferantur.

11. Et dixit deus: germinet terra herbam pabuli ferentem semen secundum suum genus et similitudinem et lignum fructuosum faciens fructum, cuius semen sit in se secundum suam similitudinem. post-
 25 quam facta sunt terra et mare et uocata et adprobata, quod saepe diximus non morarum interuallis esse accipiendum, ne ineffabilem operantis dei facultatem tarditas aliqua consequatur,

13 Gen. 1, 10 21 Gen. 1, 11

2 cum uoce unum desinit codex T pareat V 3 a om. V 4 pareat V 5 fluita L materiae scripsi: materie VML mare bd 6 factum est MLbd 7 ut itaq L 9 paruit V superfluum L additum] addere L 10 factum est Lbd factum M 11 atque] et MLbd intelligerimus V¹ 13 deus om. L et om. b 14 mare uocauit Lbd facit] feit V 16 esset] est L post arida add. et M 17 ipsam] ipam V 20 tracta L 22 genus suum MLbd 23 fructuosum] fructiferum bd 24 semen om. L 26 accipiendum esse MLbd

non statim sicut duobus praecedentibus diebus subicitur: facta est uespera et factum est mane dies tertius, sed adiungitur alia operatio, ut germinet terra herbam pabuli ferentem semen secundum genus suum et similitudinem et lignum fructiferum faciens fructum, cuius semen sit in se secundum suam similitudinem. quod de luce illa et firmamento et aquis et arida dictum non est; non enim habet illa lux successionis propaginem aut de caelo aliud caelum nascitur aut terra aut mare alia maria et alias terras gignunt, quae sibi succedant. hic ergo dicendum fuit: ferentem semen secundum suum genus et similitudinem et cuius semen in se sit secundum suam similitudinem, ubi similitudo nascentium praeter-euntis similitudinem seruat.

Haec autem omnia ita super terram sunt, ut ipsi terrae radicibus cohaereant et ei continuentur et rursus quodammodo separentur: propterea huius naturae significationem in ista narratione seruata arbitror, quia et eodem die facta sunt, quo terra adparuit, et tamen iterum dixit deus, ut terra germinaret, et iterum dictum est: et sic est factum. inde secundum superiorem regulam, postquam dictum est: et sic est factum, subiungitur ipsa executio: et dedit terra herbam pabuli ferentem semen secundum suum genus et lignum fructiferum faciens fructum, cuius semen in se secundum suam similitudinem, et iterum dicit: uidit deus quia bonum est. itaque et uno die ista iunguntur et iteratis dei uerbis distinguuntur ab inuicem,

22 Gen. 1, 12. 13

1 diebus praecedentibus *MLbd* 2 *alt.* est *om. L* die *M* 7 et ante arida *om. L* non est] est *V* 8 illa *om. MLbd* 9 caelum de alio caelo *bd* 10 sibi *om. MLbd* 12 in se sit] sit in se *Mbd* sin in *L* secundum *L* 15 supra *bd* terra *V* 16 radicitus *bd* cohaereant] *L* continentur *V* 17 ista] iusta *V* 18 narrationem *V* eo *V* 20 factum est *MLbd* 22 et *om. VMLb* factum est *MLbd* post factum *add.* factum est *M* executio] excecatio *ML* 23 pabuli (*a ex u m. 1*) *V* genus suum *MLbd* 26 et *om. M* 27 distinguitur *V* distinguuntur *L*

quod de terra et mari propterea puto non esse factum, quia magis harum rerum est discernenda natura, quae cum oriantur et occidunt seminis successione propagantur. an quia terra et mare simul fieri potuerint non solum in rationibus creaturae
 5 spiritalis, ubi simul omnia facta sunt, sed etiam in ipsa corporali motione, arbores uero et quaeque stirpes nasci non possent nisi terra, in qua germinarent, praecessisset, propterea et repetendum erat iussum dei, ut et facta significarentur distantia tamen non alio die facienda, propter quod radicibus
 10 terrae adfiguntur et continuantur? sed quaeri potest, cur istis deus non inposuerit nomina. an praetermissum est, quia multitudo eorum non sinebat? uerum haec quaestio melius postea considerabitur, cum animaduertemus alia quae non uocauit deus, sicut uocauit lucem et caelum et terram et mare. et
 15 facta est uespera et factum est mane dies tertius.

12. Et dixit deus: fiant luminaria in firmamento caeli, ut luceant super terram et diuidant inter diem et noctem; et sint in signis et in temporibus et in diebus et in annis; et sint in splendorem in firmamento caeli, ut luceant super terram. quarto die luminaria facta sunt, de quibus dicitur: et sint in diebus. quid sibi ergo uolunt tres dies transacti sine luminaribus? aut cur ista erunt in diebus, si etiam sine istis dies esse potuerunt? an quia euidentius productio illa temporis et morarum inter
 25 uallum motu istorum luminarium distingui ab hominibus potest? an ista dierum et noctium enumeratio ad distinctionem ualet inter illam naturam, quae facta non est, et eas, quae factae sunt, ut mane nominaretur propter earum speciem factarum, uespera uero propter priuationem? quoniam quan-

14 Gen. 1, 13 16 Gen. 1, 14, 15

2 discernenda *L* 5 spiritalis (*ita semper*) *d* in *om.* *V* 7 possunt *V* germinaret *V* praecessisset *V* 8 ut et] et *V* ut *d* 9 distantie *V* 14 terra *V* 15 facta] factum *MLbd* 18 in temporibus] temporibus *VLbd* 19 in annis] annis *MLbd* 22 sibi *om.* *MLbd* 25 istarum *V* 26 noctuum *ML* 27 facta—quae *om.* *M* 29 quoniam] quae *b* quia *d*

tum adinet ad illum, a quo facta sunt, speciosa atque formosa sunt, quantum autem in ipsis est, possunt deficere, quia de nihilo facta sunt, et in quantum non deficiunt, non est eorum materiae, quae ex nihilo est, sed eius, qui summe est et illa facit esse in genere atque ordine suo. 5

Et dixit deus: fiant luminaria in firmamento caeli ut luceant: utrum de fixis tantum dictum est sideribus an etiam de uagis? sed duo luminaria maius et minus inter uaga sidera numerantur: quomodo ergo in firmamento facta sunt omnia, cum singulos suos uel globos uel circulos uaga singula 10 quaeque possideant? an quoniam in scripturis et caelos multos legimus et caelum, sicuti in hoc loco cum dicitur caelum et firmamentum, intellegendum est omnem istam aetheream machinam dici, quae omnia sidera continet, sub qua puri et tranquilli aeris serenitas uiget, sub quo item iste aer turbu- 15 lentus et procellosus agitur? ut luceant super terram et diuidant inter diem et noctem. nonne iam deus diuiserat inter lucem et tenebras et uocauerat diem lucem et tenebras uocauerat noctem? ex quo adparet eum inter diem et noctem diuisisse. quid sibi uult nunc, quod dicitur de 20 luminariibus: et diuidant inter diem et noctem? an ita nunc fit ista diuisio per luminaria, ut hominibus nota sit etiam solis carnalibus oculis ad rerum istarum contemplationem utentibus, ita uero deus eam fecit ante circuitum luminarium, ut nunc uideri nisi a paucis sancto spiritu et serena 25 ratione non possit? an inter alium diem et aliam noctem diuisit deus, id est inter speciem, quam inprimebat illi informitati, et informitatem, quae adhuc formanda restabat? alius uero est iste dies et alia nox, quorum uolente caelo

3 in *om. M* 4 materie *V* illa] alia *V* 5 atque] et *MLbd*
 6 in firmamento caeli luminaria *MLbd* 9 sidera] siderum *V* in
 firmamento *om. MLb* 11 multos *om. M* 12 sicuti—firmamentum
om. L dicitur firmamentum caelum *Mbd* 13 etheriam *V* 14 que *V*
 sidera] substantia *MLb* 15 qua *d* turbulentis *L¹* 17 iam] etiam *MLb*
 18 lucem diem *Lbd* 20 nunc uult *MLbd* 25 ut nunc *scripsi*: et
 nunc *V* ut *MLbd* sancto] sano *bd* 27 infor:ati *V*

unicissitudo animaduertitur, quae fieri non posset nisi solis ortu et occasu.

13. Et sint in signis et in temporibus et in diebus et in annis. uidetur mihi hoc, quod dixit: in signis, planum fecisse illud, quod dixit: et in temporibus, ne aliud acciperentur signa et aliud tempora. haec enim nunc dicit tempora, quae interuallorum distinctione aeternitatem incommutabilem supra se manere significant, ut signum, id est quasi uestigium aeternitatis tempus adpareat. item cum adiungit: et in diebus et in annis, ostendit quae dixerit tempora, ut dies fiant conuersione fixorum siderum, anni uero manifesti, cum sol signiferum circulum peragit, obscuriores autem, cum id unumquodque uagorum siderum in suis orbibus facit. non enim dixit: et mensibus, quia fortassis mensis annus est lunae; sicut duodecim lunae anni annus est eius sideris, quod $\Phi\alpha\epsilon\theta\upsilon\nu\alpha$ Graeci uocant, et triginta solis anni annus est eius sideris, quod $\Phi\alpha\iota\nu\omega\nu$ dicitur. et fortasse ita cum omnia sidera ad idem redierint, annus magnus peragitur, de quo multi multa dixerunt. an in signis dicit, quibus certum iter significatur nauigandi, in temporibus autem, uelut est uernum tempus et aestas et autumnus et hiems, quia et ista circumactu siderum uariantur suasque uices atque ordinem seruant, in diebus autem et in annis, sicut iam expositum est, accipiendum?

25 Et sint in splendorem in firmamento caeli, ut luceant super terram. supra iam dictum erat: fiant luminaria

3 Gen. 1, 14 25 Gen. 1, 15

3 in *med. om. MLbd* 4 et *om. d* 4 annis *omisso* in *V* 5 in *ante* temporibus *s. l. m. 1 V* 6 dixit *Lbd* 8 supra *corr. ex* super *L* 10 in *ante* annis *om. V* dixit *b* 12 id] ad *ML* 14 fortasse *MLbd* est *om. V* est luce *M^a* 15 lunae] solis *V* 16 fetonta *V* phetunta *ML* $\phi\alpha\epsilon\theta\upsilon\nu\alpha$ *b* eiusdem *V* 17 foenon *V* phoemon *ML* $\phi\alpha\iota\nu\omega\nu$ *b* 19 dixit *L^bbd* 20 nauigandi] uani gaudii *V* uelut] ut *L* 21 autumnus *ML* hyems *V* hyemps *ML* 23 expositum iam *bd* 25 splendore *VMLb* et in firmamento *b* 26 supra—terram *om. MLb*

in firmamento caeli, ut luceant super terram; cur
putamus esse repetitum? an quemadmodum dictum est de
stirpibus, ut ferant semen et sit in eis semen secundum suum
genus et similitudinem, ita hic e contrario dictum est de
luminaribus: fiant et sint, id est fiant et non gignant, sed
ipsa sint. et sic est factum. ordo ille seruatur. 5

Et fecit deus duo luminaria: luminare maius initium
diei et luminare minus initium noctis, et stellas.
quid dicat initium diei et initium noctis mox adparebit. et
stellas uero quod addidit, utrum pertineant ad initium noctis 10
an non ambiguum est. quidam autem uolunt hic significari
lunam plenam esse primitus factam, quod plena luna initio
noctis adsurgit, id est mox post solis occasum. sed illud ab-
surdum est, ut non a prima sed a sexta decima uel quinta
decima numerandi sumamus exordium. nec illud moueat, quod 15
perfectum fieri debuerit luminare quod factum est. omni enim
die perfecta est; sed eius perfectio ab hominibus non uidetur,
nisi cum ex contraria parte soli obposita fuerit. nam etiam
cum illo constituta, quoniam sub illo est, uidetur finire; sed
etiam tunc plena est, quia ex alia parte inlustratur nec uideri 20
potest ab his, qui subter sunt, id est terram incolunt. quod
non paucis uerbis, sed subtilibus dissertationibus et quarundam
figurarum uisibilium demonstratione doceri potest.

Et posuit illa deus in firmamento caeli, ut luceant
super terram. quomodo dixit: fiant in firmamento, et 25
quomodo nunc dicit: fecit deus luminaria et posuit in
firmamento, quasi extra sint facta et post ibi posita, cum
iam dictum sit, ut ibi fierent? an hinc etiam atque etiam
significatur non ita deum fecisse, ut homines solent, sed ita

7 Gen. 1, 16 24 Gen. 1, 17

1 cur] ut *V* 2 dictum *om. MLb* 3 genus suum *Lbd* 4 hic
om. MLb est *om. L* 6 factum est *MLbd* 8 initium *post* minus
om. M 11 huc *M* hec *L* *post* hic *add. et exp. est* uoluit *V* 15 mo-
neat *b* 20 parte] *pte M* 21 hiis *ML* sunt *om. V* 22 disserti-
onibus *MLb* 27 *post* ibi] primo ubi *MLb*

narratum ut hominibus potuit: scilicet ut apud homines aliud sit „fecit“, aliud „posuit“, apud deum autem utrumque idem sit, qui faciendo ponit et ponendo facit?

Et praesint diei et nocti et diuidant inter diem et
 5 noctem. hoc est quod dictum erat: initium diei et initium
 noctis, quod hic exponit dicendo: praesint diei et nocti.
 ergo initium illud principatum intellegere debemus, quia et
 in die nihil est inter illa quae uidentur sole excellentius et
 in nocte nihil luna uel stellis. unde illa etiam ambiguitas
 10 iam non moueat et credamus stellas sic positas, ut ad initium
 noctis, id est principatum pertineant. et uidit deus quia
 bonum est. idem ordo seruatur. meminerimus sane, quod
 etiam ista deus non uocauerit, cum dici potuerit: et uocauit
 deus luminaria sidera, quia non omne luminare sidus est.

15 Et facta est uespera et factum est mane dies quar-
 tus. si dies istos consideres, quos ortus solis occasusque
 distinguit, non iste quartus, sed fortasse primus est dies, ut
 eo tempore putemus ortum esse solem, quo factus est, et
 donec cetera sidera fierent, occidisse. sed qui intellegit et
 20 solem alibi esse, cum apud nos est nox, et noctem alibi esse
 cum sol apud nos est, dierum istorum enumerationem sub-
 limius indagabit.

14. Et dixit deus: eiciant aquae reptilia animarum
 uiuarum et uolatilia uolantia super terram sub fir-
 25 mamento caeli. et sic est factum. ea quae natantia sunt
 animalia reptilia sunt appellata, quia pedibus non ambulant,
 an quia sunt alia, quae sub aqua in terra repunt? alia enim
 sunt pennata in aquis, sicut pisces qui squamas habent uel

4 Gen. 1, 18 15 Gen. 1, 19 23 Gen. 1, 20

1 narratur b 2 sicut M aliud] ad (d s. l. in fine uers.) M 4 ac
 nocti MLbd 5 hoc est quod om. MLbd 6 nocti V 9 etiam
 illa MLbd 12 memineritis M 18 est esse (est exp. m. 1) M
 20 est om. M nox est Lbd 23 eitant V 24 uolantia] uiuentia Lb
 25 factum est MLbd 27 alia enim] an MLbd 28 qui om. ML
 squanimas V

alii qui non habent, sed tamen pennis nituntur. qui utrum inter uolatilia hoc loco numerandi sint dubitari potest. nam et ipsa uolatilia cur aquis tribuerit, non aeri, nonnulla quaestio est. non enim has aues tantum hic accipere possumus, quibus aquae familiares sunt, quales sunt mergi et anates et quaecumque huius modi. nam si de his tantum dixisset, non praetermitteret alio loco de aliis auibus dicere, inter quas nonnullae usque adeo ab aquis remotae sunt, ut ne bibant quidem. nisi forte istum aerem terris contiguum, quoniam se humidum etiam serenissimis noctibus rore testatur, aquam uocauit, quia et in nubem cogitur. nubes autem aqua est, quod omnes sentiunt, quibus contigit in montibus inter nubila uel etiam in campis inter nebulas ambulare. in hoc quippe aere uolare aues dicuntur. nam in illo sublimiore atque puriore, qui uere aer ab omnibus appellatus est, nequeunt; non enim earum pondus tenuitate sua sustinet. in illo autem neque nubes concreescere asseruntur nec aliquid procellosum existere: quippe ubi uentus adeo nullus est, ut in uertice Olympi montis, qui spatia huius humidi aeris excedere dicitur, quaedam litterae in puluere solere fieri perhibeantur et post annum integrae atque inlaesae inueniri ab his, qui sollemniter memoratum montem ascendebant.

Quapropter non absurde existimari potest firmamentum caeli in scripturis diuinis usque ad haec spatia uocari, ut et ille aer tranquillissimus et sincerissimus ad firmamentum pertinere credatur. hoc enim nomine firmamenti ipsa tranquillitas et magna pars rerum significari potest. unde etiam illud dici pluribus locis in Psalmis existimo: et ueritas tua usque

28 Ps. 35, 6; 56, 11

1 aliis *L* nituntur] nituritur *V* 3 nonnulla *V* 4 hic *om.* *MLb*
 5 *alt.* sunt *om.* *MLbd* 6 huius modi] huius *ML* si *om.* *V* hiis *ML*
 tantum—aliis *om.* *M* 7 praetermitterent *V* 8 ab *om.* *V* 12 contingit *d*
 motibus *ML* 14 auolare *V* 16 eorum *V* 17 nec] neque *MLbd*
 18 uerticem *V* olimpi *VL* 21 hiis *ML* iis *d* sollempniter *ML*
 24 diuinis scripturis *MLbd* 28 locis *om.* *Mb*

ad nubes. nihil enim est firmitus et serenius ueritate. nubes autem sub ista sincerissimi aeris regione concresecunt. quod quamquam figurate dictum accipiatur, ex his tamen rebus sumtum est, quae habent ad haec quandam similitudinem, ut corporea creatura constantior et purior, quae a summitate caeli usque ad nubes est, ueritatis figuram recte habere uideatur, id est usque ad aerem caliginosum et procellosum et humidum. ergo uolatilia uolantia super terram sub firmamento caeli conuenienter sunt aquis adtributa, quia non in-
 10 conuenienter aer iste aqua nominatur. hinc etiam intellegi datur de aere nihil esse dictum, quomodo uel quando sit factus, quia iste aer nomine aquarum tenetur, ille autem nomine firmamenti; atque ita nullum elementum praetermissum est.

15 Sed fortasse quis dicat: si eo quod dictum est: congregetur aqua, intellegimus aquam esse factam ex illa confusione materiae, hanc autem congregationem mare appellauit deus, quomodo ibi possumus hunc aerem intellegere factum, quod mare non dicitur, etiam si aqua dici potest? quamobrem
 20 mihi uidetur in eo, quod dictum est: adpareat arida, non solum speciem terrae sed etiam huius aeris crassioris esse insinuatam. per hunc enim terra inluminatur, ut perspicua nobis sit. in uno ergo uerbo, quo dictum est: adpareat, intimata sunt omnia, sine quibus adparere non posset; id est
 25 et species eius et nudatio ab aquis et aeris superfusio, per quem in ea lumen a superiore mundi parte transmittitur. an potius in eo, quod scriptum est: congregetur aqua, species huius aeris commendatur, quia iste aer cum condensatur, hanc aquam uidetur efficere? coactionem itaque in densitatem

3 accipitur b hiis ML 4 sumtum] scriptum MLbd 5 con-
 stancio L a om. VM 7 est ne (del. m. 1 et 2) M procesu
 procellosum L 9 tributa V inconuenienter L 11 dictum esse MLbd
 12 factum V aquarum—nomine om. M 18 deus om. ML 22 e
 terra M 23 quod V 24 potest b 25 aquis] aliquis M 26 lumen]
 nomen b 28 cum iste aer bd densetur V densatur ML 29 quo-
 actionem V in densitatem] intensitatem V

congregationem aquae fortasse appellauit, ut mare fieret; u-
 id, quod non congregatum, id est non spissatum superfertur
 aqua sit, quae aues uolantes possit sustinere, utrique nomini
 adcommodata, ut uocari possit et aqua subtilior et aer
 crassior. sed quando iste factus sit cur non dicitur? an forte
 uerum est, quod quidam uolunt, humidis exhalationibus maris
 et terrae has auras effici ita crassiores aere illo superiore ac
 liquido, ut gestandis uolatilibus auium sint adcommodatae,
 ita porro teneriores his aquis, quibus corpus abluitur, ut
 earum comparatione siccae atque aerae sentiantur? et quia
 de terra et mari iam dictum erat, quid opus erat dicere de
 exhalationibus eorum, id est aquis auium, cum illum aerem
 purissimum et tranquillissimum firmamento adtributum intel-
 lexeris?

Nam neque de fontibus et fluminibus dictum est quomodo
 facta sint. qui enim scrupulosius ista quaerunt et disserunt,
 aethereo superlapsu de mari dulcem inuisibiliter dicunt extrahi
 uaporem his uidelicet ascensionibus, quas nullo modo sentire
 possumus: inde conglobari nubes, atque ita terram imbribus
 madefactam antris occultioribus instillare atque insudare
 tantum, quantum coactum et per diuersos tramites lapsum
 erumpat in fontes siue paruos siue fluminibus gignendis
 idoneos. cuius rei documenta esse uolunt, quod marinarum
 aquarum decoctarum uapor sinuato cooperculo exceptus
 humorem dulcem gustantibus exhibet. et omnibus fere mani-
 festum est diminutos fontes inopiam sentire pluuiarum. ad-
 testatur et diuina historia, cum Helias tempore ariditatis

27 cf. III Reg. 18, 48, 44

2 prius non om. V 5 post quando addunt quaeritur bd cur sit
 (sic b) iste factus MLbd dicit V 6 exalationibus M exalacionibus L
 7 aures ML efficit V ita om. L 8 gustandis V uolatibus bd
 9 hiis ML iis d 10 sentiatur V 12 exalationibus V exatationibus M
 exalacionibus L earum Lbd est om. ML 17 etherio V post
 dulcem addit aquam V dicunt] ductum V 18 in uaporem b hiis M
 19 inde] in die MLb 22 gignendis fluminibus MLbd 28 marinarum]
 marnarum V 26 deminutos V 27 helyas V Elias d

imbrem posceret; iussit enim, cum ipse oraret, ut Helisaeus ad mare adtenderet. unde cum uideret oriri perparuam nubes-
 culam pluuiam regi sollicito adesse nuntiauit, qua mox etiam
 fugiens inrigatus est. et Dauid dicit: domine, qui aduocas
 5 aquam maris et effundis eam super faciem terrae.
 quapropter mari nominato de aliis aquis superfluo diceret,
 siue istis roriferis quae tenuitate auras uolantibus aibus
 praebent, siue fontium ac fluminum, si et illae exhalationibus
 fiunt et istae reciprocis imbribus, quos terra sorbet, emanant.
 10 15. Eiciant aquae reptilia animarum uiuarum. cur
 additum est: uiuarum? an possunt esse animae, nisi uiuant?
 an istam manifestiorem uitam commendare uoluit, quae inest
 animalibus sentientibus, quoniam stirpes ea carent? et uola-
 tilia uolantia super terram sub firmamento caeli. si
 15 uolatilia non uolant in illo purissimo aere, ubi nulla nubila
 oriuntur, hinc manifestum est ad firmamentum eum pertinere,
 quia sub firmamento caeli dictum est uolatilia uolare super
 terram. et sic est factum. ordo ille seruatur, ideoque sub-
 iungitur sicut in ceteris excepta luce, quae prior facta est.
 20 Et fecit deus cetos magnos et omnem animam ani-
 malium reptantium, quae eiecerunt aquae secundum
 genus eorum, et omne uolatile pennatum secundum
 suum genus. meminimus sane secundum suum genus de his
 creaturis dici, quae seminali propagine reparantur; nam hoc
 25 de herbis iam et arboribus dictum est. et omne uolatile
 pennatum. cur additum est: pennatum? an potest esse

4 Amos 5, 8; 9, 6 10 Gen. 1, 20 20 Gen. 1, 21

1 Helisaeus] helyseus *bd VM* elyseus *L* puer suus *bd* 8 regi]
 rei *b* nutiauit *M* numciauit *L* 4 quid *b* 5 effundit *ML* 6 mar-
 om. *L* superflue *d* 7 isti *b* 8 illa *V* exaltationibus *Mb* exal-
 tationibus *L* 9 emanant] et manat *V* 10 cur—uiuarum om. *M*
 11 nis *L* nisi uiuant] insinuant *V* 13 stirpes] stipites *MLb* 15 ibi *V*
 16 manifestum *L* 18 factum est *MLbd* 22 et—genus om. *V* uala-
 tile *L* 23 genus suum *Lbd* genus suum *M* hiis *ML* iis *d*
 25 de herbis iam hoc *Lbd* arboribus] de arboribus *bd* est
 om. *V*

uolatile quod pennas non habeat? sed si potest, numquid hoc genus non fecit deus, quando non inuenitur ubi sit factum? an omnino potest quidquam uolare sine pennis? nam et uespertiones et locustae et muscae et si quid eius modi est quod plumis careat, pennis non caret. sed pennatum additum est, ne solas aues intellegeremus, quoniam pisces pennati sunt et super terram uolant infra aquas; ideo non dictum est „aues“, sed et uolatile pennatum uolantia generaliter. et uidit deus quia bonum est. et hic sicut in ceteris locis intellegendum. 10

Et benedixit ea deus dicens: crescite et multiplicamini et inplete aquas maris; et uolatilia multiplicentur super terram. benedictionem ad fecunditatem ualere uoluit, quae in successione prolis adparet, ut ea benedictione, qua infirma et mortalia creata sunt, genus suum nascendo custodiant. sed cum etiam stirpes nascendo teneant similitudinem praetereuntium, cur eas non benedixit? an quia sensu carent, qui rationi uicinus est? non enim uacat fortasse, quod secunda persona utitur deus in benedicendo, ut haec animantia compellet quodammodo tamquam audientia dicendo: 20 crescite et multiplicamini et inplete aquas maris. nec tamen in eadem persona usque ad finem benedictionis inuenitur; sequitur enim: et uolatilia multiplicentur super terram; non dixit: multiplicamini super terram. nisi forte hoc ipso significatur sensum animantium non adeo uicinum esse rationi, 25 ut perfecte possit accipere compellantem, sicut quae intellegunt atque uti ratione possunt.

11 Gen. 1, 22

2 non ante fecit om. *MLbd* quando] quandoquidem *MLbd* ubi] ut *ML* 4 huius modi *MLbd* 7 supra *ML* cum uoce infra incipit codex *T* 8 uolantia (uolentia *L*) generaliter et uolatile pennatum *TMLbd* 11 eas *VT* deus om. *d* 12 replete *bd* 13 fecunditatem *L* 14 ea] a *V* 15 qua] que *V* quia *d* infima *VTML* 16 sed] et *M* 18 uitinus *V* uocat *M*¹ 20 compellit *V* cōpellat *b* tamquam] tam *VT* 22 uenit *d* 24 non—terram om. *MLb* 26 perfecte] forte *MLb* posset *b* compellentem *L* compellentem *M* 27 atque om. *L*

Et factum est sic. hic plane quiuis tardus iam euigilare debet, ut intellegat quales isti dies enumerentur. cum enim certos seminum numeros deus animantibus dederit seruantes miram certa ordinatione constantiam, ut certo dierum numero
 5 pro suo quaeque genere et concepta utero gerant et edita oua calefaciant — cuius naturae institutio dei sapientia conseruatur, quae tendit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suauiter —: quomodo uno die potuerunt et concipere et utero grauescere et parta uaporare atque nutrire et
 10 inplere aquas maris et multiplicari super terram? ita enim subiungitur: et sic est factum, ante uesperae aduentum. sed nimirum, cum dicit: facta est uespera, materiam informem commemorat; cum autem dicit: factum est mane, speciem, quae ipsa operatione inpressa est materiae. ita enim
 15 post operationem transactum diem concludit. non tamen dixit deus: fiat uespera uel: fiat mane; commemoratio est enim rerum factarum breuissima significatis per uesperam et mane materia et specie, quae utique deum fecisse iam dictum erat, cum ipsum defectum tamen, id est cum de specie ad materiam
 20 et ad nihilum tenditur, si hoc noctis nomine recte insinuatum putamus, non dixerit factum sed tantum ordinatum a deo, cum ait superius: diuisit deus inter lucem et tenebras: ut uesperae uocabulo significetur informis materia, quae quamuis ex nihilo facta est, est tamen et habet capacitatem
 25 specierum atque formarum. accipi etiam potest tenebrarum nomine ipsum omnino nihilum, quod non fecit deus et unde fecit quaecumque facere pro sua ineffabili bonitate dignatus est, cum sit omnipotens, qui etiam de nihilo tanta fecit.

7 Sap. 8, 1 22 Gen. 1, 4

1 plane *s. l. m. 1 V* 3 numero *VT* 4 certo ordine *bd* 5 quaeque] queque *V* quoque *MLbd* concepto *L* 7 a fine *om. V* 8 et *om. TMLb* concepere *L* 9 grauesceret *b* parta] parca *ML* uaporare] uaporo *ML* fouere *b* 11 est *om. M* factum est *TLbd* uespere *T* 12 sed *om. M* 13 ma||mane *L* 14 ita] mane *bd* 16 uel] et *M om. Lb* 17 significatarum *b* 20 intenditur *ML* 21 dixit *MLb* tantum] tamen *Vbd* 24 est ante tamen *om. V* 25 accipere *VT* etiam *om. VT* 27 fecit *in ras. m. 1 V* ineffabilia *M*

Et facta est uespera et factum est mane dies quintus. hic postquam dixit: et sic est factum, non subdidit sicut solet executionem, quasi iterum facta sint; iam enim superius dictum erat. nec ea benedictione, quae ad gignendam prolem pertinet, aliqua noua natura fabricabatur; sed quae facta erant per successionem conseruabantur. et ideo nec illud dictum est: et uidit deus quia bonum est; iam enim res ipsa placuerat, quae tantum seruanda erat in fetibus. nihil hic itaque repetitum est, nisi quod ait: et factum est sic; statimque subiectum de uespera et mane: quibus nominatis transacta opera de informi materia et specie quae inponitur significari dictum est. nisi forte aliquid melius atque sublimius occurrerit quaerentibus.

Et dixit deus: eiciat terra animam uiuam secundum suum genus: quadrupedum et serpentium et bestiarum terrae secundum genus et pecora secundum genus. et factum est sic. cum dictum fuerit „animam“, cur additum sit „uiuam“ et quid sit „secundum genus“ et de solita conclusione qua dicitur: et factum est sic, sicut superius tractatum est, considerata et accipienda sunt. cum autem in latina lingua nomine bestiarum omne inrationale animal generaliter significetur, hic tamen distinguendae sunt species, ut quadrupedes accipiamus omnia iumenta, serpentes omnia repentia, bestias uel feras omnia quadrupedia indomita, pecora uero quadrupedia, quae non operando adiuuant, sed dant aliquem fructum pascentibus.

16. Et fecit deus bestias terrae secundum genus et pecora secundum genus et omnia serpentina terrae secundum genus. haec iteratio quod dictum est: et fecit deus, cum iam dictum esset: et factum est sic, secundum

1 Gen. 1, 23 14 Gen. 1. 24 27 Gen. 1, 25

2 dixerat *b* factum est *MLb* 3 sicuti *d* 4 superius *om.* *MLb*
5 noua] *nōa* *V* 6 successione *L* 10 statimque] statuique *V* 11 de
om. *TMLb* 18 occurrit *Vd* 15 serpentum *b* 17 et—genus *om.* *TMLb*
21 rationale *VT* 28 pecora] bestias *L*

superiorem regulam consideretur. sane hic pecorum nomine omnia puto significata esse quadrupedia, quae sub cura hominum uiuunt. et uidit deus quia bonum est: solite accipiendum.

5 Et dixit deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. et hic animaduertenda quaedam et coniunctio et discretio animantium. nam eodem die factum hominem dicit, quo bestias; sunt enim simul omnia terrena animantia. et tamen propter excellentiam rationis, secundum
10 quam ad imaginem dei et similitudinem efficitur homo, separatim de illo dicitur, postquam de ceteris terrenis animantibus solite conclusum est dicendo: et uidit deus quia bonum est.

Considerandum etiam illud, quod in ceteris dixit deus: fiat. et factum est; hic autem dixit deus: faciamus, ut
15 hoc quoque modo uoluerit spiritus sanctus humanae naturae insinuare praestantiam. cui autem nunc dictum est: faciamus, nisi cui dicebatur in ceteris: fiat? omnia enim per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil. sed quid putamus aliter dictum esse: fiat, nisi ut ipse faceret iussu
20 patris, et aliter: faciamus, nisi ut ambo pariter facerent? an omnia quae facit pater, per filium facit et ideo nunc „faciamus“ dictum est, ut ipsi homini, propter quem scriptura ipsa facta est, ita in se ipso demonstraretur ea quae filius dicente patre facit etiam ipsum patrem facere, ut quod in
25 ceteris dicebatur: fiat. et factum est, hic exponatur non separatim fuisse dictionem et separatim effectiorem sed utrumque simul, cum hic dicitur: faciamus?

Et dixit deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. omnis imago est similis ei, cuius

5 Gen. 1, 26 17 Ioh. 1, 3

1 superiorem] puriorē (1 priorē in mg. m. 2) T priorem ML 3 solite] solite accipi V 7 coniunctio V 8 dicit om. MLb 9 excellantiam L 11 ante postquam inserunt cui VT 12 solide ML 13 dixit] non dixit bā 14 fiat—deus om. MLbd 16 insinuand' L 17 nisi om. V 24 facere] faceret V quod om. V 28 faciamus hominem om. V 29 similis est TMLbd

imago est; nec tamen omne, quod simile est alicui, etiam imago est eius. sicut in speculo et pictura quia imagines sunt, etiam similes sunt, tamen, si alter ex altero natus non est, nullus eorum imago alterius dici potest. imago enim tunc est, cum de aliquo exprimitur. cur ergo, cum dictum esset: 5
ad imaginem, additum est: et similitudinem, quasi possit esse imago dissimilis? sufficeret ergo ad imaginem dicere. an aliud est simile, aliud similitudo, sicut aliud est castus, aliud castitas, aliud fortis, aliud fortitudo, ut, quemadmodum quaecumque sunt fortia fortitudine sunt fortia et quaecumque 10
sunt casta castitate sunt casta, ita et quaecumque similia sunt similitudine sint similia? non autem imago nostra satis proprie dicitur similitudo nostra esse, cum tamen proprie dicatur similis nobis esse, ut ibi sit ea similitudo, qua similia sunt quaecumque similia, ubi est et castitas, qua casta sunt 15
quaecumque sunt casta. castitas autem nullius participatione casta est, sed eius participatione sunt casta quaecumque casta sunt. quae utique in deo est, ubi est etiam illa sapientia, quae non participando sapiens est, sed cuius participatione sapiens est anima quaecumque sapiens est. quapropter etiam 20
similitudo dei, per quam facta sunt omnia, proprie dicitur similitudo, quia non participatione alicuius similitudinis similis est, sed ipsa est prima similitudo, cuius participatione similia sunt, quaecumque per illam fecit deus.

Expositio ergo fortasse est, cum additum esset: ad simili- 25
tudinem, cum iam dictum esset: ad imaginem, ut ostenderetur eam, quae imago dicta est, non ita esse similem deo, quasi alicuius similitudinis participantem, sed hanc ipsam

2 eius] ius V et] uel Lb 3 similes sint VT 4 alterius om. L
6 et—uers. 8 simile om. L 8 post castus add. et T 9 est casti-
tas L 11 prius sunt om. TMLb ita et scripsi: ita TMLbd et V
sunt similia Lbd 12 sint] sunt TML 19 sapiens] sapientia V sed
cuius om. V; sed—anima om. L 21 per] pter V quem M 23 prius
est om. L alterum est om. ML 25 est om. L cum] quod d
est Ld ad—dictum om. M; ad—esset om. Lb similitudinem—ad
om. VT 27 similem esse MLbd

esse similitudinem, cuius participarent omnia, quae dicuntur esse similia. sicut ibi est et castitas, cuius participatione castae sunt animae, et sapientia, cuius participatione sapientes sunt animae, et pulchritudo, cuius participatione pulchra sunt
 5 quaecumque sunt pulchra. si enim tantum similitudinem diceret, non significaret ab ipso esse genitam; si autem tantummodo imaginem diceret, significaret quidem ab ipso genitam, sed non significaret ita similem, ut non tantum similis sed ipsa similitudo esset. ut autem nihil castius ipsa castitate
 10 et nihil sapientius ipsa sapientia et nihil pulchrius ipsa pulchritudine, ita nihil similius ipsa similitudine dici aut cogitari aut esse omnino potest. unde intellegitur ita patri esse similem similitudinem suam, ut eius naturam plenissime perfectissimeque inpleat.

15 Quantum autem ad speciem rebus inponendam ualeat dei similitudo, per quam facta sunt omnia, quamquam humanas cogitationes altissime superet, licet tamen utcumque arbitrari, si consideremus omnem naturam, siue quae sentientibus siue quae ratiocinantibus occurrerit, similibus inter se partibus
 20 seruare uniuersitatis effigiem. nam ex sapientia dei sapientes uocantur animae rationales et ulterius hoc nomen non porrigitur; nam neque ulla pecora et multo minus arbores aut ignem uel aerem uel aquam uel terram sapientem possumus dicere, quamquam per ipsam dei sapientiam sint etiam omnia haec
 25 in quantum sunt. at uero similes inter se et lapides dicimus et animalia et homines et angelos. iam uero in singulis rebus et terram, eo quod similes inter se habeat partes suas, fieri, ut terra sit, et aquam qualibet quaque parte similem esse ceteris partibus nec aliter aquam esse potuisse, et quantum-
 30 libet aeris, si cetero esset dissimile, nullo pacto aerem esse

1 cui V 2 ibi] ipsa Vd 5 quaec. pul. sunt TMLbd 7 ab ipso quidem MLbd 9 castita L 10 et *init. om.* L 17 utrumque MLb 19 occurrit Vd 20 uniuersitatis] unitatis MLbd 21 porritur ML 22 *cum uoce et finit. cod. T* 25 at] aut V et *om.* MLb 28 ut] in V aquam] eaquam V libet V quaque] que V quoque d partem V

potuisse, et ignis lucisue particulam, eo quod non sit dissimilis reliquis partibus, fieri, ut sit quod est: ita de unoquoque lapidum uel arborum uel corpore cuiuslibet animantis discerni et intellegi potest, quod non solum cum aliis sui generis rebus, sed in se ipsis singulis non essent, nisi partes inter se similes haberent. et tanto est pulchrius corpus, quanto similibus inter se suis partibus constat. iam porro animarum non solum aliarum cum aliis amicitia similibus moribus confit, sed etiam in unaquaque anima similes actiones atque uirtutes, sine quibus constantia esse non potest, beatam uitam indicant. similia uero haec omnia, non autem ipsam similitudinem possumus dicere. quapropter, si rebus inter se similibus uniuersitas constat, ut singulae sint quidquid sunt et omnes ipsam uniuersitatem compleant, quam deus et condidit et gubernat, per similitudinem eius profecto, qui condidit omnia, supereminentem atque incommutabilem et incontaminabilem talia facta sunt, ut similibus inter se partibus pulchra sint, ad ipsam tamen similitudinem omnia non facta sint, sed sola substantia rationalis: quare omnia per ipsam, sed ad ipsam non omnia.

Rationalis itaque substantia et per ipsam facta est et ad ipsam; non enim est ulla natura interposita, quandoquidem mens humana — quod non sentit, nisi cum purissima et beatissima est — nulli cohaeret nisi ipsi ueritati, quae similitudo et imago patris et sapientia dicitur. recte igitur secundum hoc, quod interius et principale hominis est, id est secundum mentem accipitur: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. ex illo enim, quod in homine principatum tenet, quod eum disiungit a beluis, totus

1 lucisue] lucis sue *VML* lucis suę *b* 2 est] non est *MLb* 4 et] uel *Lb* 6 pulchrius est *L* 7 partibus suis *MLbd* 8 similibus] qua similibus *V* 13 singulae (in *in ras. m. 1*) *V* 15 qui] qua *MLb* 16 supereminenter *b* incommutabiliter *b*; incommutabilem et *om. M* et incontaminabilem *om. V* incontaminabiliter *b* 18 omnia non *in ras. m. 2* *V* sunt *V* 19 ad omnię ipsam *L* 20 omnia] nisi anima *bd* sed Rationalis: Itaque *sqq. cum anima coniungit b* 23 cum] eum *ML*

est homo aestimandus. cetera in eo, quamquam in suo genere pulchra sint, tamen cum pecoribus communia sunt ac per hoc in homine parui pendenda. nisi forte quod ad intuendum caelum figura humani corporis erecta est, ualet etiam aliquid, 5 ut corpus ipsum ad similitudinem dei factum credatur, ut, quemadmodum a patre illa similitudo non auertitur, ita corpus humanum a caelo non sit auersum, sicut aliorum corpora animalium auersa sunt, quia prona in aluum prosternuntur. sed tamen hoc non omni modo accipiendum est; nam corpus 10 nostrum a caelo plurimum differt; in illa uero similitudine, quae filius est, non potest quidquam esse dissimile illi, cui similis est, quoniam similia quaecumque alia sunt inter se etiam dissimilia ex aliqua parte sunt: ipsa uero similitudo non est aliqua ex parte dissimilis. pater tantum pater est nec 15 filius aliud est quam filius, quia et cum dicitur similitudo patris, quamquam ostendat nullam interuenire dissimilitudinem, non tamen solus est pater, si habet similitudinem.

Et dixit deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. satis quidem quae superius dicta 20 sunt secundum id exponunt haec uerba scripturae, in quibus legimus dixisse deum: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, ut similitudo dei, ad quam factus est homo, ipsum dei uerbum, hoc est unigenitus filius accipi possit: non utique ut ipse sit eadem imago et simili- 25 tudo aequalis patri. est tamen et homo imago dei, sicut

14 *Retract. I 18 tom. XXXII p. 613 Migne:* inueni quippe eum usque ad haec uerba dictatum: pater tantum pater est — uers. 17 similitudinem. post haec repetiui uerba scripturae rursus considerata atque tractanda: „et dixit deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram“. quod autem ibi sequitur addendum putauit, cum eum retractarem. nec sic tamen perfecti, sed hoc quoque addito imperfectum reliqui. 18 Gen. 1, 26

1 quamquam] quantum *L* 3 pendenda sunt *L* 4 aliquid etiam *MLbd* 6 illa similitudo *om. V* 9 hoc *om. L* omni modo] omnino *MLb* 11 illi *ex ille m. 1 M* 14 tantum *scripsi secutus Retractiones:* tamen *lib.* 16 dissimilitudinem (dis *s. l. m. 1 V* 17 si habet] sed habet *L* sed *M* 24 potest *V* eundem *V* 25 est] et *V*

apertissime ostendit apostolus dicens: uir quidem non debet uelare caput, cum sit imago et gloria dei. sed haec imago ad imaginem dei facta non est aequalis et coaeterna illi, cuius imago est; nec esset, etiamsi numquam omnino peccasset. ille autem sensus est potius in his diuinis uerbis eligendus, ut ideo dictum intellegamus non singulariter sed pluraliter: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, quia non ad solius patris aut solius filii uel solius spiritus sancti, sed ad ipsius trinitatis imaginem factus est homo. quae trinitas ita est trinitas, ut unus deus sit, ita est unus deus, ut trinitas sit. non enim ait filio loquens: faciamus hominem ad imaginem tuam, aut: ad imaginem meam, sed pluraliter ait: ad imaginem et similitudinem nostram: a qua pluralitate spiritum sanctum separare quis audeat? quae pluralitas quoniam non tres dii, sed unus est deus, ideo intellegendum est postea scripturam singulariter intulisse atque dixisse: et fecit deus hominem ad imaginem dei, ut non sic accipiatur tamquam deus pater ad imaginem dei, hoc est filii sui: alioquin quomodo est uerum, quod dictum est: ad imaginem nostram, si ad filii solius imaginem factus est homo? ac per hoc quia uerum est, quod ait deus: ad imaginem nostram, ita dictum est: fecit deus hominem ad imaginem dei, tamquam diceretur ad imaginem suam, quod est ipsa trinitas.

Nonnulli autem putant ideo non repetitam similitudinem neque dictum: et fecit deus hominem ad imaginem et similitudinem dei, quia tunc tantummodo ad imaginem factus est, similitudo autem illi postea seruabatur in resurrectione mortuorum: quasi possit esse imago aliqua, in qua similitudo non


1 I Cor. 11, 7

2 sed—dei *om. M* 5 hiis *ML* 6 eligendis *b* ut non *L* ut non *b* non *post* ideo *posit. d* 9 uel] aut *Lbd* 11 filius *V* 14 a *om. b* 16 non singulariter *ML* 17 dei] et similitudinem suam *V* 19 uerum est *MLbd* 22 dictum dictum *L* 25 ideo ideo *L* 27 qui *ML* factus est *om. ML* 28 resurrectionem *M* resurrectionem *L*

sit. si enim omnino similis non est, procul dubio nec imago est. uerum tamen ut non sola ratione id agere uideamur, et auctoritas apostoli Iacobi adhibenda est, qui cum de lingua hominis loqueretur ait: in ipsa benedicimus deum et in
 5 ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem dei facti sunt.

4 Iac. 3, 9

2 uerumtamen *ML* 3 Iacobi apostoli *MLbd* adhibenda est
om. V 5 qui *om. M* 6 Explicit Aurelii Augustini liber cuius titulus
 est de Genesi ad litteram imperfectus *fol. 239 V* Explicit liber de
 genesi ad litteram imperfectus *fol. 31 M*



III.

S. Aureli Augustini

locutionum in Heptateuchum libri VII.

- C** = codex Corbeiensis nunc Parisinus 12168 saec. VIII—VIII quattuor
prios libros continens.
- N** = codex Nouariensis LXXXII saeculi X.
- L** = codex Laudianus 130 saeculi X.
- S** = codex Sessorianus XXIII saec. X.
- b** = editio prin. Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
- d** = editio Benedictinorum a S. Mauro a. 1689 sqq.

III.
LOCUTIONUM IN HEPTATEUCHUM
LIBRI SEPTEM.

LIBER PRIMUS. LOCUTIONES DE GENESI.

5 Locutiones scripturarum, quae uidentur secundum proprietates, quae idiomata graece uocantur, linguae hebraicae uel graecae.

I. Et diuidant inter medium diei et inter medium noctis.

10 II. Uolatilia uolantia super terram secundum firmamentum caeli. quaeritur, quomodo accipiendum sit: secundum firmamentum. sic etiam: faciamus hominem secundum imaginem et secundum similitudinem: quod multi latini codices habent „ad imaginem et similitudinem.“

15 III. Inplete terram et dominamini eius. latina enim locutio est: dominamini ei.

III. Et homo non erat operari terram: quod latini codices habent: qui operaretur terram.

V. Plantauit deus paradysum secundum orientem: 20 quod latini habent „ad orientem“.

VI. Quod habent multi latini codices: et lignum sciendi bonum et malum, uel: lignum scientiae boni et mali, uel: lignum sciendi boni et mali et si

8 Gen. 1, 14 10 Ib. 1, 20. 26 15 Ib. 1, 28 17 Ib. 2, 5
19 Ib 2, 8 21 Ib. 2, 9

2 Explicunt capitula locutionū in genesi. incipit liber locutionū in genesi feliciter fol. 37^b C explicit questiones exodi. incipit locutiones de genesi fol. 53 N incipit liber locutionum sancti augustini in geneleos fol. 3 L explicit retractatio locutionum incipit liber locutionū collectarū ex libro geneleos fol. 1 S 5 proprietatis C 6 & diomata N; supra idiomata scriptum est in S 1. propria lingua hebraeicae S hebreice N 7 post graecae add. S hae sunt 8 diuidam C diuident b 10 terra L 12 firmamentum caeli b 16 eius S 19 paradysum C paradysum S 20 abent N 21 habent om. b 22 scientiae] sciendi C 23 uel—mali om. C

quae sunt aliae uarietates de hac re interpretum, graecus habet: et lignum ad sciendum cognoscibile boni et mali: quod nescio utrum locutionis sit et non magis certum sensum aliquem insinuet.

VII. Quod habent latini codices: ex omni ligno, quod est in paradiso, escae edes, non paradiso escae distinguendum est, sed escae edes; nam „esca edes“ dici admittit latina locutio, quoniam pro datiuo casu graeco ablatiuum uel quem appellant septimum in huius modi locutionibus solent ponere. aut certe ordo uerborum est: ex omni ligno escae.

VIII. Serpens erat prudentissimus omnium bestiarum, quod multi latini habent; φρονιμώτατος enim in graeco scriptum est, non σοφώτατος.

VIII. Quod scriptum est de Adam et Eua: aperti sunt oculi eorum, cum absurde credatur eos in paradiso caecos uel oculis clausis prius oberrasse, locutionis est, qua etiam de Agar scriptum est: aperuit oculos suos et uidit puteum — neque enim clausis oculis prius sedebat — et quod in fractione panis aperti sunt oculi eorum, qui cognouerunt dominum post resurrectionem; neque enim per uiam cum illo clausis oculis ambulabant.

X. Quod habent multi codices: et inimicitiam ponam inter te et inter mulierem, graeci habent: in medio tui

5 Gen. 2, 16 11 Ib. 3, 1 14 Ib. 3, 7 17 Ib. 21, 19 19 cf. Luc. 24, 31 22 Gen. 3, 15

1 hac (h s. l. m. 1) C ac N interpres (tum eras.) S 6 imparadiso S paradiso (bis) C post non add. in d 7 esca (a s. l. m. 1) C ammittit C¹NL admittit C²S¹ 8 quoniam] que b 10 aut —escae om. CN 12 multi om. CN habent sophrotatos b φρονιμώτατος] sophrotatus C sofrotatos NLS om. bd enim om. bd ingreco (n s. l. add. m. 2) C greco N 13 est] est φρονιμώτατος d est sophrotatos b non σοφώτατος om. b sophotatus C sofotatos NLS σοφώτατος d 14 eua C¹ eua S 15 eos om. N imparadiso S paradiso C caecos (o ex u) C 16 oculis (i ex o) C clausos (a s. l. m. 1) C aberrasse CN 18 prius oculis bd 20 com C¹ 22 post codices add. quia audisti b et om. Cd inimicitiam (pr. ci s. l. m. 1) C 23 alt. inter addidi; cf. de Genesi ad litteram pag 333, 23

et in medio mulieris: quod locutionis est; nam tantundem ualet quantum cum dicitur: inter te et inter mulierem. hoc et in eo, quod sequitur: in medio seminis tui et in medio seminis eius.

5 XI. Quod habent multi latini codices: quia audisti uocem mulieris tuae et edisti de ligno, de quo praeceperam tibi de eo solo non edere, graeci habent: edisti de ligno, de quo praeceperam tibi eo solo non edere ex eo; alii autem interpretes graeci habent: manducaſti uel: edisti,
10 ut ita ſit ſenſus ſecundum ipſos: quia audisti uocem mulieris tuae et edisti de ligno de quo praeceperam tibi eo solo non edere, ex eo edisti.

XII. Et adposuit parere fratrem eius Abel. locutio est frequens in scripturis: adposuit dicere.

15 XIII. Et factum est, dum essent in campo, insurrexit Cain super Abel et occidit eum: locutio est; nam etsi non haberet „et factum est“, posset integer sensus esse: et cum essent in campo.

XIII. Quod scriptum est in quibusdam latinis codicibus:
20 et paenituit. et dixit deus: deleam hominem, quem feci, a facie terrae, in graeco inuenitur: διενόηθη, quod magis recogitauit quam paenituit significare perhibetur. quod uerbum etiam nonnulli latini codices habent.

XV. Quod habent latini codices plurimi: nidos facies in
25 arcam, cum latina locutio sit non „in arcam“ sed „in arca“, graeci nec „in arcam“ nec „in arca“ habent sed: nidos facies arcam, quod intellegitur, ut ipsa arca nidi essent.

5 Gen. 3, 17 13 Ib. 4, 2 15 Ib. 4, 8 20 Ib. 6, 6. 7
24 Ib. 6, 14

1 in medio *om. b* locutionis (is *ex es m. 1*) *C* 2 inter *post* et *addidi*
3 *init.* et] est *N* 5 latini *om. LSb* 7 non *s. l. m. 1 S* graece *C*¹
8 de *ante* quo *om. N* 9 graece *b* 16 cain *in ras. m. 1 C* est] est
frequens *b* 18 *esset CN* 20 *penituit N* deus] *dn̄s N* 21 inueni-
untur *C* διενόηθη] *dienatine C* *dienoede N* *dienode LS* διακοπε *b* 24 in
arca *LS*¹ 27 *essent (e fin. ex i) C*

XVI. Quod habent plerique codices: facies ostium arcae & latere, nonnulli habent: ex transuerso; sic enim uoluerunt interpretari, quod graece dicitur ἐκ πλαγίων.

XVII. Quod scriptum est: adhuc enim septem dies ego inducam diluuium aquae super terram, quod nonnulli latini codices habent, in graeco inuenitur: ego inducam pluuiam super terram. graeca locutio genetiuum casum habet, non accusatiuum, ut, si hoc in latinum exprimamus, ita dicatur: adhuc enim septem dierum inducam pluuiam super terram.

XVIII. Quod scriptum est: et fecit Noe omnia, quaecumque praecepit illi dominus deus, sic fecit, locutio est similis ei, quod in conditione creaturae, posteaquam dicitur: et sic est factum, additur: et fecit deus.

XVIII. Quod scriptum est: delebo omnem suscitati-
onem, non creationem dictam notandum est; ἀνάστασιν enim graece scriptum est. quod nomen etiam resurrectionis adsidue ponitur in scripturis graecis, cum posset ἐξανάστασις dici, ut suscitatio sit ἀνάστασις, resurrectio ἐξανάστασις. quo uerbo et apostolus usus est: si quo modo occurram in resurrectione

1 Gen. 6, 16 4 Ib. 7, 4 11 Ib. 7, 5; Retr. II 54 quod autem libro primo posui scriptum esse „et fecit Noe omnia uerba quaecumque praecepit illi dominus sic fecit“ eamque locutionem dixi esse similem ei quod in conditione creaturae posteaquam dicitur „et sic est factum“, additur „et fecit deus“, non omni modo simile hoc eidem mihi uidetur. denique ibi etiam sensus latet, hic sola locutio est 15 Gen. 7, 4
20 Phil. 3, 11

1 hostium *L* arcae *N* 3 grece *C* graecae *N* graecae *S* ecplagion *C*
ec plagion *LS* hec plagion *N* ἐκπλαγιου *b* 4 ego] et ego *b* 6 latini
om. b inueniuntur (un *exp. m. 1*) *C* 7 genetiui *b* *d* casum *om. b*
9 diebus *LSb* 12 dominus illi *b* deus *om. b* sic fecit *om. Graeci*
cod. 13 condicione *C* 14 additur, quod *CNLSb* *omittunt, addidi*
ex Retractionum lib. II 54 15 omnem] omnem carnē *C* 16 ana-
stasin *CLS* anastasin *N* 17 etiam *om. Sb* 18 exanastasis *CNLS*
19 suscitatio] resurrectio *C* surrectio *NL* ++surrectio *S* anastasis *CNLS*
exanastasis *CNLS* et *om. b* 20 occurramus *b* resurrec-
tionem *Nbd*

mortuorum; ibi enim graeci non ἀνάστασιν, sed ἐξανάστασιν habent.

XX. Quod scriptum est: et omnes bestiae secundum genus et omnia pecora secundum genus et omne re-
 5 pens, quod mouetur super terram, secundum genus et omne uolatile secundum genus intrarunt ad Noe in arcam, bina ab omni carne, in quo est spiritus uitae, non refertur „in quo“, nisi „genus“ subaudias, id est in quo genere; nam si „carne“ subaudiremus, „in qua“ fuerat
 10 dicendum: quod solus interpres Symmachus dixit.

XXI. Quod iterum est: et deleta est omnis suscitatio, notandum locutionis esse pro eo, ac si diceret: conditionem uel creaturam carnis.

XXII. Cum dixit: et deleta est omnis suscitatio, quae
 15 erat super faciem omnis terrae, ab homine usque ad pecudem et reptentium et uolatilium caeli, deinde addidit: et deleta sunt de terra, locutionem illam repetitionis qua familiariter utatur scriptura notandum est.

XXIII. Quod scriptum est: dimisit coruum uidere, si
 20 cessauit aqua; et exiens reuersus non est, donec siccauit aqua a terra, locutio est usitata in scripturis, quae iam nunc incipiat aduerti; non enim postea reuersus est, quia dictum est non reuersum donec siccauit aqua.

XXIII. Quod scriptum est: et extendit manum suam,
 25 accepit eam et induxit eam ad semet ipsum in arcam, locutio est, quam propterea hebraeam puto, quia et punicae linguae familiarissima est, in qua multa inuenimus hebraeis

3 Gen. 7, 14 11 Ib. 7, 23 14 Ib. 7, 23 19 Ib. 8, 6. 7 24 Ib. 8, 9. 11

1 graeci (i supra e m. 1) C grece NL graecae S anastasin CNLS exanastasin CNLS 2 habet NLS 3 et om. N 4 et omne—genus om. b 6 sec. cod. Alex 9 carne] carnem N in carne LS 10 symmachus C¹ simmachus N 11 est] dictum est N scriptum est b^d 12 locutiones C¹ condicionem C 14 a uoce cum unus cod. C et d nouam locut. incipit dixisset NLSb^d 15 omnis (i ex e m. 1) C 17 locutione illa CN post illam add. esse d 18 quam NLSb utitur b 23 siccaret LS 24 suam] αὐτοῦ cod. Alex. 25 et accepit LS 26 propterea] πρῆα S

uerbis consonantia; nam utique sufficeret: et extendit manum, etsi non adderet „suam“. tale est et quod paulo post dicit: habebat oliuae folia surculum in ore suo.

XXV. Et non adposuit reuerti ad eum amplius: locutio est familiarissima in scripturis. 5

XXVI. Quod scriptum est: et non adiciam adhuc male dicere super terram, simile est superiori: et non adposuit reuerti ad eum.

XXVII. Et non adiciam percutere omnem carnem uiuam, ipsa locutio est. 10

XXVIII. Et enim uestrum sanguinem animarum uestrarum, cum sufficeret aut „sanguinem uestrum“ aut „sanguinem animarum uestrarum“.

XXVIII. Hoc signum testamenti, quod ego pono inter medium meum et uestrum: quod est „inter me 15 et uos“.

XXX. Hic erat gigas uenator contra dominum deum. incertum est, utrum possit accipi „coram domino deo“, quia sic solet intellegi, quod graece dicitur *ἐναντιον*.

XXXI. Unde exiit inde Phylisthim, cum sufficeret: 20 unde exiit Phylistim.

XXXII. Et erat omnis terra labium unum: quod usitate nos dicimus „lingua una“.

XXXIII. Et erat omnis terra labium unum: notandum omnem terram appellatam omnes homines, qui tunc erant, 25 quamuis nondum in omni terra.

4 Gen. 8, 12 6 Ib. 8, 21 9 Ib. 8, 21 11 Ib. 9, 5 14 Ib. 9, 12 17 Ib. 10, 9 20 Ib. 10, 14 22 Ib. 11, 1 24 Ib. 11, 1

1 et om. N 2 et] etiam bd 3 oliue CL 5 in om. NLSb 6 ad-
diciam (d exp. m. 1) C om. b 8 eum ex eam m. 1 C 9 carnem
uiuam] terram b 11 sanguinem uestrum bd 12 uestrum—sanguinem
om. b 14 pono scripsi sec. LXX: ponam libri 17 gigans C¹NLS
19 sic] et sic LSd solet (e ex i) C enantion CN anantion LS
αναντιον b 20 inde] *ἐξ:ἔξ* cod. Alex. philistim N philisthim L
philistiim bd 21 exiit (t add. m. 1) C 22 erat b lauuiam C
23 dicemus N

XXXIII. Et facti sunt illis lateres pro lapide. graecus habet: et facti sunt illis lateres in lapidem. quod si latine diceretur, locutio minus intellexeretur.

XXXV. Uenite, aedificemus nobis ciuitatem et turrem, cuius caput erit usque ad caelum. secundum hyperbolen dictum est, si locutionis genus hic accipiendum est; si autem usque ad caelum proprie dictum accipitur, inter quaestiones consideretur.

XXXVI. Quod quidam latini codices habent: Sem filius Noe erat annorum centum cum genuit Arphaxat. graeci habent: Sem filius centum annorum cum genuit Arphaxat: ubi ellipsis est, quia deest „erat“. sed quod non habent „filius Noe“, sed „filius“ tantum, noua locutio est.

XXXVII. Et erat Sarra sterilis et non generabat, cum posset sufficere: et erat Sarra sterilis.

XXXVIII. Erit ergo, cum te uiderint Aegyptii, dicent, quia uxor illius haec: genere locutionis adiunctum est „quia“; nam sufficere potuit: uxor illius haec.

XXXVIII. Quod ait scriptura: factum est autem, statim ut intrauit Abram in Aegyptum, sufficeret: statim autem ut intrauit Abram in Aegyptum.

XL. Quid hoc fecisti mihi, quia non adnuntiasti mihi, quia uxor tua est? cum sufficeret: non adnuntiasti. et ipsum adnuntiasti more scripturarum dictum est; nam latini habent plerique: non dixisti.

1 Ib. 11, 3 4 Ib. 11, 4 9 Ib. 11, 10 14 Ib. 11, 30 16 Ib. 12, 12 19 Ib. 12, 14 22 Ib. 12, 18

1 illi *b* 2 abet (*semper fere h litt. om.*) *N* lapides *S* 4 turrim *bd*
 5 *sec. cod. Alex.* secundum (*dum add. s. l. m. 1*) *C* 6 yperbolen *C*
 yperbolē *LS* locutionis (*is ex es m. 1*) *C* 10 cum *om. b* arfaxat *b*
 Arphaxad *d* 11 *sec. cod. Alex.* arphaxad *N* arfaxat *b* 12 ellypsis *CLS*
 eclipsis *b* 13 noe—est *paene euanida C* noē *N* 14 sarra *L*
 sterelis *NS*¹ 15 sara (*sic ubique*) *bd* 16 Erit *om. N, sed spat.*
circa 5 litter. uacuum est et dicent *cod. Corb. in capitulis* 17 haec
s. l. m. 1 C 20 abram *Cbd*; *formis abram et abraham in cod. uari-*
antibus tamen ad cap. XVII 6 Gen. abram praeponomam 22 adnontiasi *C*¹

XXI. Ascendit autem Abram de Aegypto ipse et uxor eius et omnia eius et Lot cum eo in desertum, subauditur „ascenderunt“. nec tamen proprie dicitur ascendisse cum eo, quod habebat exanime, sicut aurum et argentum et omnis supellix; ac per hoc intellegitur hic locutio, quae 5 uocatur graece ζεύγμα κατ' ἑλλειψιν.

XLII. Et facta est rixa inter medium pastorum pecorum Abram et <inter medium pastorum> pecorum Lot: unde latini codices paene omnes non transtulerunt istam locutionem, sed ita loquuntur, ut consuetudo nostra habet. 10 et nobis deinceps eam notare non placuit; ipsa est enim per omnia in graeca scriptura, ubi tale aliquid dicitur.

XLIII. Quoniam homines fratres nos sumus, Abram dicit ad Lot: unde intellegitur morem esse scripturae ita loqui, ut fratres appellentur unius cognationis, etiamsi gradu 15 sanguinis differant, ut alter sit in superiore, alter in inferiore, sicut hoc loco; nam patruus eius erat Abram.

XLIIII. Factum est autem in regno Amarphal regis Sennar. secundum nostrae locutionis consuetudinem sic incipere sufficeret: in regno autem Amarphal. ergo quod ait 20 scriptura: factum est autem, more suo locuta est.

XLV. Quarto decimo autem anno Godollogomor et reges qui cum eo, subauditur „erant“: unde a quibusdam latinis etiam additum est.

1 Ib. 13, 1 7 Ib. 13, 7 13 Ib. 13, 8 18 Gen. 14, 1
22 Ib. 14, 5

1 ascendit *d* 2 loth *NLSbd* desertom *C*¹ 4 habeat *C* ex-
amine *b* et ante argentum *om. N* 6 zeumaca. tellypsin *C* zeumacat
ellipsin *N* zeumacatellypsin *LS* zeugmatica eclipsis *b* 8 inter medium
pastorum *addidi sec. LXX* 9 loth *NLSbd* 10 locuntur *CN* loquun-
tur *S*¹ 12 tale aliquid: tale dicitur *b* 13 *sec. cod. Alex.* 14 dicit]
dixit *bd* loth *NLSbd* ita] etita (*i postea insertum*) *C* 16 in *fin. om. C*
17 eius *om. LS* 18 (*et* 20) amarfal *CNLS* amraphel *b* 19 Sennaar *d*
20 inciperet *N* autem *om. LS* 22 godallogomor *C*¹ godolla-
gomor *N* thodorlaomor *b* Chodollogomor *d* 23 ο: βασιλεις ο: μετ αυτου
cod. Alex.

XLVI. Et Correos qui in montibus Seir, subauditur „erant“.

XLVII. Adueniens autem eorum qui euaserunt quidam nuntiauit Abram transfluuiali — ipse autem habitabat ad quercum Mambre — Amoris fratris Excol et fratris Aunan qui erant coniurati Abram: obscurum hyperbaton. ordo est enim: adueniens eorum qui euaserunt quidam Amoris fratris Excol et fratris Aunan, qui erant coniurati, nuntiauit Abram transfluuiali; ipse autem habitabat ad quercum. hoc hyperbaton obscurius fit etiam per ellipsin; cum enim dictum esset: quidam Amoris fratris Excol et fratris Aunan, non dictum est, quid fratris, sed intellegitur „filius“: sicut dicitur Iacobus Alphaei, quamuis non dicatur filius, nihil aliud intellegitur; et multae sunt tales locutiones scripturarum, ubi filius tacetur et intellegitur.

XLVIII. Quod habent quidam latini codices: et dixit Abram ad regem Sodomorum: extendam manum meam ad deum altissimum, qui creauit caelum et terram. si a sparto usque ad corrigiam calciamenti, fefellit interpretes, quod graecus habet $\sigma\alpha\rho\tau\iota\omicron\nu$, quod latine filum intellegitur, et ista scripturarum locutio est.

XLVIII. Extendam manum meam ad deum altissimum, qui creauit caelum et terram, si accipiam de omnibus tuis: si enim pro eo dixit: extendam manum meam ad deum altissimum, ac si diceret „iuro“, non est

1 Ib. 14, 6 3 Ib. 14, 13 16 Ib. 14, 22. 23 22 Ib. 14, 22. 23

1 chorreos *N* choreos *b* Chorraeos *d* 4 abitabat *N* 5 mambre *CLS*
 emor *b* Amorrhis *d* eschol *bd* 6 aunam *Nb* yperbaton *CNLS*
 hiperbaton *b* 7 eorum quidam qui *b* quidam *om. b* amorrhis *Ld*
 emor *b* 8 excol (*x supra s pos. m. 1*) *C* eschol *Lbd* 9 abitabat *N*
 10 yperbaton *CNLS* hiperbaton *b* ellypsin *CLS* eclipsin *b* 11 emor *b*
 Amorrhis *d* Excol et fratris *om. bd* excol *C¹* 12 sicut] sicut
 cum *d* 13 alphaei *Cd* 17 extendo *CNd* 18 $\pi\rho\sigma\ \tau\omicron\nu\ \theta\epsilon\omicron\nu$ *cod. Alex.*
 19 asporto *LS* calceamenti *d* 20 interpretes *scripsi*: interpretis *C¹*
 interpretem *C²NLSbd* spartion *CNLS* $\sigma\alpha\rho\tau\omicron\nu$ *b* 21 et] ut *S¹bd*
 est] sit *bd* 22 extendo *CNLSd* deum] *dnm N* 24 extendo *CNd*

in latino usitata locutio, nisi ita dicatur: extendo manum meam ad deum altissimum me non accipere de omnibus tuis.

L. Sciendo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra: locutio quidem scripturarum est usitatissima; sed graeci habent: sciens scies, quod paene tantundem est. 5

LI. Et dedit eam Abram uiro suo ipsi uxorem: plus habet „ipsi“.

LII. Cum autem uidit se conceptum habere, spreta sum coram illa. graeci habent hoc loco participium, quod latina lingua non habet, hoc est ἰδοῦσα; sed tamquam si 10 diceretur: uidens autem se conceptum habere, spreta sum coram illa, quasi soloecismus sonat. sic etiam per illud participium, quod dictum est ἰδοῦσα, pro quo nos diximus: uidens.

LIII. Quod latini habent: augeam te nimis ualde, graeci habent: ualde ualde. 15

LIIII. Et dabo tibi et semini tuo post te terram, in qua habitas, omnem terram Chanaan in possessionem aeternam. uidendum, utrum locutio sit, quod dixit aeternam — graeci habent αἰώνιον — et quod ait: et semini tuo post te; ibi enim uoluit intellegi quod dixerat: tibi. 20

LV. Tu autem testamentum meum conseruabis, <tu> et semen tuum post te in progenies suas: conseruabis pro „conserua“; promissium pro imperatio modo posuit.

LVI. Et puer octo dierum circumcidetur <uestrum>

3 Ib. 15, 18 6 Ib. 16, 3 8 Ib. 16, 5 14 Ib. 17, 6 16 Ib. 17, 8 21 Gen. 17, 9 24 Ib. 17, 12

1 in om. C latinus C 2 meom C¹ 3 quia] quod S 5 tantundem bā 6 καὶ εἰς αὐτὸν cod. Alex. 8 uidisset b 9 spta S¹ 10 abet CN
 εἰδοῦσα CNb idusa LS 11 diceretur LS 12 soloecismus CN solicismus LS¹ illum LS 13 quod om. C ἰδοῦσα] ἰδοῦσα εἰδοῦσα C
 idusa εἰδοῦσα LS εἰδοῦσα εἰδοῦσα b dicimus bā 14 habent om. b
 16 Et om. N post te] poste N 17 canaan C 18 dicit bā
 19 ΕΩΝΙΟΝ C aeonion N eonio LS et ante quod om. C 21 tu addidi ex Aug. de Ciuit. dei t. II 166, 26 ed. Dombart 22 post te] poste N in ex m S 23 imperatio ex imperatio m. 1 C 24 uestrum addidi ex Aug. de Ciuit. dei t. II 169, 3 ed. Dombart; οἰκον cod. Alex.

omne masculinum: pro „omnis masculus“, quasi posset circumcidi nisi masculus.

LVII. Et procidit Abraham in faciem et dixit in animo suo dicens: si mihi centum annos habenti nascetur, et si Sarra annorum nonaginta pariet! admirantis esse istam locutionem, non dubitantis dubitandum non est.

LVIII. Abraham autem erat annorum nonaginta no- uem, cum circumcisis est carnem praeputii sui. non dixit: carne aut in carne.

LVIII. Et in boues adcurrit Abraham. non dixit: ad boues.

LX. Abraham autem et Sarra seniores progressi in diebus: quod graeci habent „progressi dierum“.

LXI. Dixit autem dominus: clamor Sodomorum et Gomorrhae inpletus est, et delicta eorum magna ualde. clamorem scriptura solet ponere pro tanta inpudentia et libertate iniquitatis, ut nec uerecundia nec timore abscondatur.

LXII. Et dixit, quia non perdam, si inuenero ibi quadraginta quinque: superfluum uidetur „quia“, et ideo in codicibus nonnullis latinis non legitur.

LXIII. Numquid, domine, si loquar: subauditur „irasceris“ aut aliquid huius modi.

LXIII. Cum euerteret dominus ciuitates in quibus habitabat in eis.

LXV. In omni loco ubi intrauerimus ibi.

3 Ib. 17, 17 8 Ib. 17, 24 11 Ib. 18, 7 18 Ib. 18, 11
15 Ib. 18, 20 20 Ib. 18, 28 23 Ib. 18, 30 25 Ib. 19, 29
27 Ib. 20, 13

1 omnē CN omnes masculos LS possit C 3 sec. cod. Alex.
procedit N abraam C 5 nascitur N; fortasse: nascetur filius, cf.
Dombart II 178, 14 8 δε γν cod. Alex. 9 cum om. L 11 accurrit Sb
18 sarra LS sara bd 15 sec. cod. Alex. 16 gomurre C gomorre N
gomorrae S gomurrae L 17 tantam C 20 sec. cod. Alex. 21 XLV S
uideretur N 25 κρητων cod. Alex. 26 habitabant LS

LXVI. Et aperuit deus oculos eius, et uidit puteum aquae uiuae. locutio est; non enim clausis oculis erat. unde iam in principio libri locuti sumus, ubi scriptum est: et aperti sunt oculi eorum.

LXVII. Et terra quam inhabitasti in ea. 5

LXVIII. Et disposerunt ambo testamentum. uel testati sunt ambo; amat scriptura testamenti nomine pactum appellare.

LXVIII. Accipe filium tuum dilectum: illa locutione dictum est „accipe“, qua etiam ad Agar de filio eius. 10

LXX. Et respiciens Abraham oculis, cum sufficeret „respiciens“.

LXXI. Per me ipsum iurau: nisi benedicens benedicam te. ac si diceret: per me ipsum iurau, quod benedicens benedicam te, aut nullo uerbo addito simpliciter: per me ipsum iurau: benedicens benedicam te. 15

LXXII. Et multiplicans multiplicabo semen tuum. cum sufficere posset „multiplicabo“.

LXXIII. Et nuntiatum est Abrahae dicentes, cum consuetudo loquendi habeat: nuntiauerunt Abrahae dicentes. 20
aut: nuntiatum est a dicentibus.

LXXIII. Et surrexit Abraham a mortuo suo: non dixit „a mortua sua“. et iterum de eadem: et sepeliam. inquit, mortuum meum: quod non neutro quasi corpus mortuum, sed masculino genere dictum graeca scriptura demonstrat. 25

1 lb. 21, 19 3 Loc. IX 5 lb. 21, 23 6 lb. 21, 27 9 lb. 22, 2
11 lb. 22, 4 13 lb. 22, 16. 17 17 lb. 22, 17 19 lb. 22, 20
22 lb. 23, 3. 4

1 oculus *C*¹ puteumtaq: (t *exp. m. 1*) *C* 2 enim] cum *b* 3 libri
b *ex p*) *C* 5 quam (m *s. l. m. 1*) *C* in qua *LSb* qua *N* inabi-
tasti *N* 11 *sec. cod. Alex.* sufficeret (e *fin. ex i*) *C* 13 (et 14)
memetipsum *bd* 14 iurau] iura *C* quod—te *om. C* 15 addito]
audito *b* 16 memetipsum *d* 19 est *om. b* abrahe *N* 22 abra-
ham *S* 23 a mortua *om. N*; sed spatium sufficiens uacuum est 25 mas-
culo *S*¹

LXXV. Et adiurabo te per dominum deum caeli et deum terrae. graeci non habent „per“, sed: adiurabo te dominum deum caeli.

LXXVI. Cum quibus ego habito in eis.

5 LXXVII. Ne quando noluerit mulie ire mecum: mulierem feminam appellare proprium est illius linguae.

LXXVIII. In terram de qua existi inde.

LXXVIII. Adtende tibi, ne reuoces filium meum illuc: his uerbis solet comminatio declarari.

10 LXXX. Et posuit puer manum suam sub femore Abrahae et iurauit ei de uerbo hoc. ergo locutio est, qua dixerat Abraham: adiuro te, ac si dixisset: iura mihi; non autem solemus sic loqui. sed obseruandum est, utrum sint in scripturis aliae similes locutiones; nam et quod dixit Abraham:
15 si noluerit mulier uenire tecum, purus eris a iuramento hoc, manifestauit ita se dixisse: adiuro te, tamquam diceret: iura mihi.

LXXXI. Quod scriptum est de Rebecca: uirgo autem erat speciosa facie ualde; uirgo erat, uir non cognouerat eam, ista repetitio commendationem uirginitatis insinuat. sed cur additum sit: uir non cognouerat eam, nisi locutionis sit, mirum, si possit ita accipi, ut uirgo nomen sit aetatis, non integritatis. graeci autem non habent „cognouerat“, sed „cognouit“: quod uidetur inconsequens.

25 LXXXII. Adorauit domino: quod nobis usitatum est dicere „adorauit dominum“.

LXXXIII. Quoniam non dereliquit iustitiam et ueri-

1 Gen. 24, 3 4 Ib. 24, 3 5 Ib. 24, 5 7 Ib. 24, 5 8 Ib. 24, 6
10 Ib. 24, 9. 3. 8 18 Ib. 24, 16 25 Ib. 24, 26 27 Ib. 24, 27

2 per om. N iuro b adiuro CNLS te om. d 3 dominum] per dnm C 7 existis C 8 tibi] te tibi b reuoces S¹ 9 declinare S¹
10 manum suam legitur post Abrahae in C 12 adiuro te om. b 14 similes (e ex i) C similiae (s fn. add.) S et om. LSbd 15 „si (nieras.) S sec. cod. Alex. 19 facie om. LSbd 20 commendationem] come C 21 quur N 22 ut] ita ut b 27 magis respondet cod. Alex derelinquid C derelinquid S¹

tatem a domino meo, id est iustitiam et ueritatem, quae est a domino meo, ac si diceret: quam fecit dominus meus.

LXXXIIII. Et currens puella nuntiauit in domum matris suae: quasi non ipsa esset et patris domus.

LXXXV. Et aquam lauere pedibus ipsius et pedibus uirorum qui cum eo erant.

LXXXVI. Dominus cui placui ante ipsum ipse mittet angelum suum tecum; quasi non sufficeret „cui placui“. an poterat ei placere nisi ante ipsum?

LXXXVII. Si tu prosperas uiam meam quam ego nunc ingredior in eam.

LXXXVIII. Cum uerba sua narraret seruus Abrahae, quae dixit accessurus ad fontem, ita narrauit: et erit uirgo, cui ego dixerō: da mihi bibere pusillum aquae de hydria tua, et dicet mihi: et tu bibe, et camelis tuis hauriam. haec mulier est quam parauit dominus famulo suo Isaac. quibus uerbis satis euidenter expressum est etiam mulieres appellatas locutione hebraica, quae uirgines essent.

LXXXVIII. Et benedixi dominum deum domini mei Abraham. honorificentiae locutio est et familiarissima scripturis, sicut deus Heliae.

XC. Renuntiate mihi, ut redeam in dextram aut sinistram. per dextram prosperitatem, per sinistram aduersitatem significauit; id est dextram, si concesserint, sinistram, si non concesserint; nam utique ea uia rediturus fuerat qua uenerat. quam locutionem scripturarum

3 Ib. 24, 28 5 Ib. 24, 32 7 Ib. 24, 40 10 Ib. 24, 42
13 Ib. 24, 43. 44 19 Ib. 24, 48 22 Ib. 24, 49

1 a domino] que est a domino C 2 dicit C¹ 4 ipsa non N
esset ipsa b et om. C 7 mittit C¹N 8 sufficerit C¹ 10 sec.
cod. Alex. quam] qua bd om. C 12 narrat b 13 sec. cod. Alex.
14 aq: C¹ ydria CN 15 auriam C¹N 16 haec est mulier L 18 appel-
latus S¹ hebraica CN 19 benedixit C 20 familiaris N 22 renun-
tia.te S in om. NLSb dexteram b aut] uel b 23 dexteram b
scilicet prosperitatem b 24 dexteram b 25 consenserint N

etiam cetera earum loca indicabunt, quia dextra nominatur in omnibus bonis, sinistra in malis, siue felicitas et infelicitas siue iustitia et iniustitia et aliquando dextra in aeternis, sinistra in temporalibus.

5 XCI. Haec sunt nomina filiorum Ismahel secundum nomina generationum eorum: tamquam dixisset, secundum quae nomina generationes eorum appellatae sunt.

XCII. Accepit Rebeccam filiam Batuel Syri de Mesopotamia, sororem Laban Syri, sibi in uxorem, cum
10 posset dici tantummodo „uxorem“, aut „sibi uxorem“.

XCIH. Et ei erant gemini in utero eius, cum posset non addi, quod dictum est eius.

XCIH. Creuerunt autem iuuenes. est talis locutio et apud auctores saeculares, sicuti est: et scuta latentia con-
15 dunt, id est condendo latentia faciunt. sic et hic „creuerunt iuuenes“, cum infantes essent, intellegitur: crescendo facti sunt iuuenes.

XCV. Iacob ad Esau: uende mihi hodie primogenita tua mihi; sic enim habent codices graeci.

20 XCVI. Uidentes uidimus, quia est dominus tecum.

XCVII. Et disponemus tecum testamentum. amant scripturae pro pacto ponere testamentum, id est διαθήκην. quod latini habent: et disponemus tecum testamentum, ne facias nobisum malum, tamquam diceretur, ut paci-
25 scaris non facere nobiscum malum.

XCVIII. Et uocauit filium suum senioresem Esau et dixit: hoc loco senioris nomen non significat aetatem grauem, sed ex comparatione maiorem.

5 Gen. 25, 13 8 Ib. 25, 20 11 Ib. 25, 24 18 Ib. 25, 27
14 Uergil. Aen. III 237 18 Gen. 25, 31 20 Ib. 26, 28 21 Ib. 26,
28. 29 26 Ib. 27, 1

1 eorum *b* 3 dextera *b* 5 Ismahel] ihl *CLb* ismael *Sd* 6 eorum
om. C 7 generatio *C* 8 *sec. cod. Alex.* rebecca *S* batuhel *N*
bathuel *bd* 9 haban *N* in] sic *om. cod. Alex.* 11 possit *C* 15 latistia *b*
16 quum *C* 20 est] ἦν *cod. Graeci* tecum *om. C* 22 diatecen *CN*
diathecen *LS* διαθήκην *b* 24 malum] malum hoc *L* paciscaris *C*

XCVIII. Nunc ergo sume uas tuum pharetramque et arcum: non dixit uasa, sed uas. quod autem intellegi uoluit, non adparet, nisi forte locutio est, ut uas pharetram uoluerit intellegi et exponendo quid dixerit uas adiunxerit: pharetramque et arcum, tamquam dixerit: sume uas tuum et pharetram, uelut si diceret: sume uas tuum, id est pharetram, deinde aliud „et arcum“, quod non ad illud uas pertineret, quod est pharetra. aut certe pharetram et arcum uas uoluit appellare, singularem ponens numerum pro plurali, tamquam si diceret: accipe uestem tuam, quo nomine intellegeremus plures uestes, sicut intellegimus militem pro militibus, et multa sunt alia.

C. Exi in campum et uenare mihi uenationem.

CI. Et uade ad oues et sume mihi <inde> duos haedos teneros et bonos. nomine ouium utriusque pecoris genus significauit, quod in eisdem pascuis simul erant.

CII. Et det tibi benedictionem patris tui Abraham: Isaac dicit filio suo de auo eius patre suo.

CIII. Et exiit in Mesopotamiam Syriae: quasi Mesopotamia dicatur nisi Syriae; quamuis hoc Septuaginta non habere perhibeantur „Syriae“, sed cum asterisco scriptum est.

CIIII. Deus ad Iacob: non te derelinquam, donec

1 Ib. 27, 3 13 Ib. 27, 3 14 Ib. 27, 9 17 Ib. 28, 4 19 Ib. 28, 5 23 Ib. 28, 15

1 ergo] ergo ego C bas N faretram C faretramque NLS
 2 non dixit non dixit N 3 apparet C ut] et N per uas b
 faretram CNLS 4 et om. N adiunxit b 5 faretramque CNLS
 uas] bas N 6 faretram CNLS ueluti NLS uel b summe (pr.
 m exp. m. 1) C bas N id est] et C 7 ad illud om. C illud]
 aliud LS 8 est om. C pharetram C pharetra NLS aut certe
 pharetram s. l. add. m. 1 C 11 sicuti Nd 12 alia] talia NLSbd
 13 campo N 14 inde addidi sec. Quaest. de Genesi quaest. CXVII 5
 19 Et om. b siriae N, om. cod. Graeci mesopotamiã (~ supra a
 eras.) S 20 hoc lín. perducta del. assignatur. S 21 perhibebantur S
 perhibentur b asterisco. C asteriscos LS¹ 23 ante Deus add. ait N
 derelinquam te bd

faciam omnia, quae tecum locutus sum, quasi dimissurus eum, cum fecerit; non utique, sed locutio est.

CV. Et surrexit Iacob de somno suo et dixit quia est dominus in loco hoc, ego autem ignorabam: plenus
5 sensus est, etsi non habeat „quia“.

CVI. Est dominus in loco hoc. ac si deceret: est hic demonstratio domini; non enim dominus in loco est.

CVII. Iacob interrogans quod ait: nostis Laban filium Nachor? cum esset filius Batuel, intellegendum est nobiliorem
10 fuisse Nachor et merito dignitatis eius factum esse, ut de ipso interrogaret. filium autem dici et aui et proavi et ultra maioris alicuius eum, qui ex illo propagatur, usitatissimae locutionis est. hinc est, quod et Isaac patrem filii sui appellavit Abraham, sicut paulo ante commemoravi.

15 CVIII. Adhuc est dies multa, nondum est hora congregandi pecora.

CVIII. Et dedit illi Ballan ancillam suam ipsi uxorem: plenum esset, etsi ipsi non adderetur.

CX. Si inveni gratiam ante te, auguratus essem;
20 benedixit enim me deus in introitu tuo. non uidetur consequens, quia hic dicendum fuit: si inuenissem gratiam ante te, auguratus essem; nunc autem „si inveni“ ordo est. id est: si inveni gratiam ante te, permitte me augurari; ita enim dixit: auguratus essem, tamquam diceret: o si auguratus essem! id est ad bonum augurium te in domo mea
25 haberem.

CXI. Exaudiet me iustitia mea in die crastino: id est exaudiri me faciet.

3 Gen. 28, 16 8 Ib. 29, 5 15 Ib. 29, 7 17 Ib. 30, 4 19 Ib. 30, 27 27 Ib. 30, 38

2 eum om. CNbd 3 Et addidi sec. Quaest. in Gen. quaest. LXXXIII 8 labā b 9 nachor (h s. l.) S batuhel N bathuel bd 10 nachor (h s. l.) S 11 dicit C et ante proavi om. C et ante ultra om. LSb 12 usitatissima elocutionis N 17 Ballan] laban Cb ballam LNd 20 in om. C 21 quia] qui b 23 id est om. Cbd 27 Exaudiet] Et exaudiet CNLSd 28 exaudire LS

CXII. Et uidit Iacob faciem Laban, et ecce non erat ad eum sicut hesternana et nudustertiana die: familiarissima in scripturis locutio; hesternana et nudustertiana die pro tempore praeterito posuit.

CXIII. Et uidi oculis meis in somno, cum clausi sint 5 in somno oculi corporis.

CXIII. Ego sum deus, qui adparui tibi in loco dei, locutio est. an deus in loco dei sic accipiendum est, quomodo: pluit dominus a domino, filius a patre?

CXV. Respondens autem Iacob dixit ad Laban: dixi 10 enim: ne forte auferas filias tuas a me et omnia mea.

CXVI. Intrauit autem Laban et inscrutatus est in domo Liae: aduertendum est, quomodo dicatur domus uxoris, cum in itinere comprehensi sunt a Laban; nisi forte consuetudo scripturarum domum dicit pro cubiculo uel tentorio, 15 quomodo etiam ancillarum domos dicit.

CXVII. Iacob dicit ad Laban: quia scrutatus es omnia uasa domus meae: nunc unam domum dicit, cuius membra erant domus uxoribus eius et concubinarum, ut intellegatur domos appellatas, cum essent cubicula aut tentoria, quos 20 etiam papillones uocant.

CXVIII. Nisi deus patris mei Abraham et timor Isaac esset mihi: patrem suum appellat auum suum, sicut ei dixerat Isaac pater eius.

CXVIII. Misit autem Iacob nuntios ante se ad Esau 25 fratrem suum in terram Seir in regionem Edom et mandauit illis dicens: sic dicetis domino meo Esau:

1 Ib. 31, 2 5 Ib. 31, 10 7 Ib. 31, 13 9 Ib. 19, 24 10 Ib. 31, 31 12 Ib. 31, 33 17 Ib. 31, 37 22 Ib. 31, 42 25 Ib. 32, 3—5

2 hexsterna (x s. l.) L hexsterna (h s. l.) S nudustertiana CN
3 locutio om. N haesterna N nudustertiana CNS¹ 4 ponitur C¹
7 aparui C¹ apparuit d 10 sec. cod. Alex. labā b 12 scrutatus NLSb
14 sint LNSbd 15 dicit domum bd 16 domus S 17 es om. b
18 domum] domū S 19 uxoris b 20 domus NLS 21 papillones S
23 esset] aduisset Ld affuisset Sb 25 nuntius N 26 terra b
regione N

sic dicit puer tuus Iacob: cum Laban habitavi et demoratus sum usque modo; et facti sunt mihi boues et asini et oves et pueri et puellae; et misi nuntiari domino meo Esau. non dixit: misi nuntiari tibi.

5 CXX. Si interrogauerit te Esau dicens: cuius es? et quo uadis? et cuius haec quae antecedunt te? et dices: pueri tui Iacob: plenum esset et integrum, etiam „et“ si non haberet.

CXXI. Munera misit domino meo Esau, et ecce ipse 10 post nos. dicendum autem fuerat usitata locutione: munera misi domino meo tibi, aut: munera misit domino suo tibi.

CXXII. Surrexit autem eadem nocte et accepit duas uxores et duas ancillas. hic distinguuntur ab uxoribus, quas prius uxores scriptura dixerat.

15 CXXIII. Et accepit duas uxores et duas ancillas: notandum est, quemadmodum dicatur consuetudine scripturarum „accepit“; non enim eas tunc duxit aut tunc a socero accepit.

CXXIII. Quod habent latini codices: et oves et boues 20 fetantur, graeci habent: fetantur super me. quod ea significatione dictum est, ut intellegatur „super sollicitudinem uel curam meam“, quomodo solemus loqui, cum dicimus super caput nostrum esse aliquid, cuius maximam curam gerimus.

CXXV. Et filii Iacob uenerunt de campo et, cum 25 audissent, conpuncti sunt uiri, et triste erat illis ualde, quod turpe fecerat in Israhel, quod dormisset

5 Gen. 32, 17 9 Ib. 32, 18 12 Ib. 32, 22 19 Ib. 33, 13
24 Ib. 34, 7

1 abitaui *N* 3 et ante asini *om. N* 6 ante cedunt *C* et dices] *xai εραϊς cod. Alex.* 8 si et *NLSbd* 10 munera misi *scripsi*: munera misit *N om. CLSbd* 11 munera misit *praebetur post* suo tibi *in LS, om. CNbd* 12 uxores duas *bd* 13 et—uxores *om. b* distinguuntur *NLS* 14 dixerat (*rat s. l.*) *C* 17 tunc eas *NLSbd* duxit (*u ex i*) *S* 20 fetantur (*n s. l. m. l*) *C* fetantur (*bis*) *S* fetant *N* graeci—fetantur *om. N* super me] *ἐπ' ἐμῆ cod. Graeci* 24 et *om. C¹* 26 israhel *NSbd*

cum filia Iacob; et non sic erit. difficile talis locutio reperitur in scripturis non inducta persona loquentium scriptorem uerba eorum interposuisse; non enim ait: et dixerunt, sed hoc tacito uerba dixit eorum. nam qui alii dicere poterunt: et non sic erit, nisi qui grauiter indignati uindictam ⁵ moliebantur?

CXXVI. Notandum quod Emmor loquens de Dina ad Iacob et filios eius, filiam uestram dicit; non dicit filiam tuam, sororem istorum.

CXXVII. In hoc similes erimus uobis et habitabimus ¹⁰ in uobis, id est inter uos.

CXXVIII. Adpositus enim erat filiae Iacob, id est amabat eam.

CXXVIII. Et filium eius Sychem interfecerunt in ore gladii: ac si diceret „gladio“. ¹⁵

CXXX. Quae abstulerunt filii Iacob de ciuitate Sicimorum Salem, cum eam expugnauissent, sic enumerantur: oues eorum et boues eorum et asinos eorum, quaecumque erant in ciuitate et quaecumque erant in campo tulerunt. et omnia corpora eorum <et omnem supellectilem eorum et uxores eorum> captiuauerunt et diripuerunt quaecumque erant in ciuitate et quaecumque erant in domibus. inter haec omnia non satis intellegitur quid dixit: et corpora eorum; neque enim suspicandum est, quod corpora abstulerunt peremptorum, sed rerum intellegenda sunt, quae corporaliter possidentur, ut eorum sit ²⁰ ²⁵

8 Ib. 34, 8 10 Ib. 34, 15. 16 12 Ib. 34, 19 14 Ib. 34, 26
17 Ib. 34, 28. 29

1 erit difficile. Talis (*sic. coniunct.*) b 4 nam qui] nū (ū *in ras.*)
quid (d *in ras.*) S 5 nisi qui] nisi quia S uindicta C¹ 6 moliebantur S
7 emmor (e *ex* i) C emor b 8 dicit uestram bā 10 hac b
abitabimus N 12 filia N 14 sichem bā 16 sycimorum N sycimorum LS
sichimorum bā 17 ea NS¹ expugnassent bā enumeratur C
19 erat b in—quaecumque s. l. m. 1 C erant om. C
20 et omnem supellectilem— uxores eorum *addidi, quia in sequentibus eorum*
mentio fit 25 abstulerint LS peremptorum d 26 possidentur (e *ex* u) S

executio, quod sequitur: et supellectilem et cetera, sicut in iure dicitur traditio corporum. quamquam Graeci *σωμάτια* seruos appellant usitatissima locutione; sed, quia non *σωμάτια*, sed *σώματα* hic dictum est, non est temere confirmandum
 5 seruos significatos; fieri tamen potest, ut hoc magis sit.

CXXXI. Cum gentem Edom, id est Idumaeorum, commemoret scriptura et qui in ea regnassent, postea dicit: haec nomina principum Esau secundum loca eorum in regionibus eorum et in gentibus eorum, gentes appel-
 10 lans unius gentis propter familiarum multiplicatas generationes, cum etiam ipse Edom uocaretur: unde et gens, quam pro-
 ptergavit, cognominata est, cuius utique pater fuit.

CXXXII. Cum audisset autem Ruben, liberauit eum de manibus eorum et dixit: non feriamus eum in
 15 anima. non ergo liberauit eum et inde hoc dixit; sed hoc dicendo eum liberauit. prius ergo dixit: liberauit eum, et deinde breui recapitulatione quomodo eum liberauit insinuat.

CXXXIII. Non feriamus eum in anima. hoc loco nomine animae uitam corporis animati significat per efficientem id,
 20 quod efficitur. secundum hoc uideri potest etiam ad diabolum dictum de Iob: animam eius ne tangas, id est ne occidas eum. nam secundum illam significationem, qua natura animae commemoratur, illud a domino dicitur: nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt oc-
 25 cidere.

7 Gen. 36, 40 13 Ib. 37, 21 18 Ib. 37, 21 21 Iob. 2, 6
 23 Matth. 10, 28

1 exsecutio *S* superlectilem *LS* supellectilem *N* 2 iurae *S* turae *N*
 quamquam] quam *C* somatia *CNLS* ζωμαδια *b* 3 appellant *NS*
 somatia *CNLS* ζωμαδια *b* 4 somata *CNIS* ζωματα *b* 6 idume-
 orum *NS* commemoraret *NLSb* 7 et *om.* *NLS* 10 gentes *C¹N*
 ante propter *repetuntur uerba* appellans unius gentis in *N* multi-
 plicatis *C¹* 11 edom *om.* *S¹* 14 eum *om.* *b* 15 animam *d* inde]
 deinde (*n s. l.*) *N* 17 liberauerit *NLSbd* 18 animam *d* 20 uidere *N*
 21 dictum] dictum est *b* dictum esse *d* iob אַיִמָּא (*exp.* animā *m. 1*) *C*
cod. Graeci differunt tamgas *N*

CXXXIII. Quod Iudas dicit: manus autem nostrae non sint super eum, hoc est, quod dici a nobis solet „manus ei non inferamus“.

CXXXV. Quoniam frater noster et caro nostra est: non aliud, sed bis hoc idem dictum est tamquam exponendo, 5 quid sit frater noster, id est caro nostra, quod ex eadem carne fuerant procreati.

CXXXVI. Occiderunt haedum caprarum. sic solet loqui scriptura, quemadmodum in psalmo: sicut agni ouium, quasi possit esse aut haedus nisi caprarum aut agni nisi 10 ouium.

CXXXVII. Et nuntiatum est Thamar nurui eius dicentes; dicendum autem fuit „nuntiauerunt dicentes“.

CXXXVIII. Et depositis uestimentis uiduitatis suae a se. quid minus esset, si non adderetur a se? 15

CXXXVIII. Et non adposuit amplius scire eam: pro eo, quod est misceri ei.

CXL. Et inuenit Ioseph gratiam in conspectu domini sui. haec locutio nulli est ignota in scripturis.

CXLI. Et nesciebat quae circa eum erant nihil. 20 Graecis usitata est uulgo locutio, apud nos recta non est: sed „nesciebat aliquid“ dicimus.

CXLII. Praeter panem, quem ipse edebat. per panem utique omnia intellegi uoluit ad uictum eius pertinentia. unde pro cotidiano uictu panis solus positus intellegitur in oratione 25 dominica.

1 Gen. 37, 27 4 Ib. 37, 27 8 Ib. 37, 31 9 Ps. 113, 4
12 Gen. 38, 13 14 Ib. 38, 14 16 Ib. 38, 26 18 Ib. 39, 4 20 Ib.
39, 6 23 Ib. 39, 6 25 cf. Matth. 6, 14

2 solent *N* 3 feramus *CS* 7 fuerunt *C* 8 hedum *LS* caprarum *C*
10 caprarum *C* agnus *LSb* 12 nurui eius Thamar *Lbd* tamar *C*
nuri *C* 14 suae *om. b* 17 miscere *C* 19 ignorata *N* conscriptu-
ris (crip in ras.) *N* 20 nihil *om. b* 21 Graecis] grecis *L* apud
Graecos *bd* usitatum *C* 24 uictum] uitam *C* 25 cotidiano *S*
26 dominica *C*

CXLIII. Et misit uxor domini eius oculos suos in Ioseph: solet et apud nos uulgo esse usitata locutio pro eo, quod est „amauit eum“.

CXLIII. Et ait: dormi mecum. et ista usitata est locutio pro eo, quod est „concumbe mecum“.

CXLV. Et dedit carceris custos carcerem per manus Ioseph: pro eo, quod est „in manus Ioseph“, per quod significat „in potestatem“.

CXLVI. Et dixerunt: somnium uidimus, et non est, qui interpretetur illud. cum somnium suum unusquisque uidisset, non dixerunt „somnia uidimus“, sed somnium uidimus.

CXLVII. Tres fundi tres dies sunt, non dixit „tres dies significant“. et multum haec locutio notanda est, ubi aliqua significantia earum rerum, quas significant, nomine appellantur: inde est quod ait apostolus: petra autem erat Christus; non ait „petra significabat Christum“.

CXLVIII. Et dabis calicem Pharaoni in manu eius, cum plenum esset, etiam si non adderetur in manu eius.

CXLVIII. Et auferet Pharao caput tuum abs te: plenum esset, etiam si non haberet abs te.

CL. Et manducabunt aues caeli carnes tuas abs te: similis superiori locutio.

CLI. Et factum est post biennium dierum: quid minus esset, si non haberet: dierum?

CLII. Surrexit autem Pharao, et erat somnium. amant scripturae sic loqui de somniis, cum fuerit euigilatum, tamquam reddita homini ueritate uigilantium tunc illud adpareat somnium, quod cum uideretur quasi ueritas fuit.

1 Gen. 39, 7 4 Ib. 39, 12 6 Ib. 39, 22 9 Ib. 40, 8 13 Ib. 40, 12 16 I Cor. 10, 4 18 Gen. 40, 13 20 Ib. 40, 19 22 Ib. 40, 19 24 Ib. 41, 1 26 Ib. 41, 7

4 locutio est *S* 6 manus *C* manu *L* 7 est *om.* *b* 8 in *ex m S* potestate *CLSbd* 13 tris (*ter*) *LS*¹ 14 significauit *b* 15 nomina *C* nomē *b* 18 manum *bd* 19 esset *C* adderetur (*prim. d exp. m. 1*) *C* manum *bd* 20 pharo *S* 22 celi *C* 23 locutioni *bd*; *cf. Loc. de Ex. LXXII* 25 est *C* 27 animant (*ni exp. m. 1*) *C* 29 quasi *om.* *b*

CLIII. Peccatum meum recorder hodie. Pharao iratus fuit pueris suis et posuit nos in carcere: illi loquebatur tamquam de altero.

CLIII. Et uidimus somnium ambo nocte una, ego et ille: quasi non sufficeret, quod „ambo“ dixerat. deinde ⁵ et hic „uidimus somnium“ dicit, non „uidimus somnia“, tamquam unum ambo uidissent.

CLV. Factum est autem, sicut comparauit nobis, ita et contigit. „factum est autem“; sic solet scriptura ponere. nam plenum esset: sicut enim comparauit nobis, ita ¹⁰ et contigit.

CLVI. Quales numquam uidi tales in tota terra Aegypti turpiores: dici autem posset more nostro „quibus numquam uidi turpiores“ aut „quales numquam uidi“ aut „numquam uidi tales“. ¹⁵

CLVII. Exurgens autem dormiui. exurgens ait pro „expergiscens“.

CLVIII. Quanta deus facit, ostendit Pharaoni: cum illi loqueretur, tamquam de altero dicit.

CLVIII. Et consumet fames terram: pro „hominibus“ ²⁰ qui sunt in terra“.

CLX. Nunc ergo prouide hominem prudentem et intellegentem et constitue eum super terram Aegypti; et faciat Pharao et constituat locorum principes super terram. quasi alius sit, cui dixit: prouide ²⁵ hominem prudentem, et alius, de quo dicit: constituat Pharao.

1 Gen. 41, 9. 10 4 Ib. 41, 11 8 Ib. 41, 13 12 Ib. 41, 19
16 Ib. 41, 21 18 Ib. 41, 25 20 Ib. 41, 30 22 Ib. 41, 33. 34

1 hodie (h s. l.) S 3 ille b 5 quasi N 6 post non uerba uidimus
somnia dicit *repetita exp. m. 1 C* 7 uno S 8 comparauit L com-
parauit (a eras.) S 9 contigit C¹ 10 enim] autem N comparauit
(a eras.) S 11 contigit C 16 exurgens (*supra x eras. est s*) S
dormiuit b 20 consumit C hominibus] homines d omnibus b
21 terrā N 22 prouide *scripsi iuxta uers. 25: uide libri* 23 constitu
ad C constituere (a eras.) S 26 dixit LSbd

CLXI. Et congregetur triticum sub manu Pharaonis; id est „sub potestate“.

CLXII. Tamen thronum praecedam tui ego. sic se habent uerba in graeco, quae dixit Pharaon ad Ioseph. sed „praecedam tui“ usitata est apud Graecos locutio, apud nos autem dicitur „praecedam te“; illud uero „praecedam te thronum“ nec apud Graecos usitata perhibetur, sed „praecedam te throno“, id est honore sedis, quod intellegitur „praecedam te regno“; hoc enim illi et postea dicit.

CLXIII. Ego Pharaon, sine te nemo extollet manum suam super omnem terram Aegypti. tamquam diceret: „ego sum rex, tu autem princeps uel praepositus Aegypti“. Pharaon quippe non hominis nomen est, sed regiae potestatis.

CLXIII. Uidens autem Iacob, quia est uenditio in Aegypto, dixit filiis suis: quare segnes estis? ecce audiui, quod est uenditio in Aegypto: notandum, quia id, quod audisse se dicit, uidisse eum scriptura dixerat.

CLXV. Emite nobis pusillas escas, ut uiuamus et non moriamur. unum horum sufficeret: aut ut uiuamus aut „ut non moriamur“.

CLXVI. Pacati sumus; non sunt pueri tui exploratores. quasi de aliis dixerint: non sunt pueri tu exploratores, cum possent dicere „non sumus“; honorificentiae autem more maxime ita loquebantur.

CLXVII. Duodecim sumus pueri tui fratres in terra

1 Gen. 41, 35 3 Ib. 41, 40 10 Ib. 41, 44 14 Ib. 42, 1. 2
19 Ib. 42, 2 22 Ib. 42, 11 26 Ib. 42, 13

1 Et om. b 6 dicitur N 7 throno N peribentur (n exp. m. 1) C
8 thronū C 9 postea] potest ea C dici C dixit N 10 extollit C
13 potestatis (i supra e) N 14 uidentes N quia] que C 17 audisse
ex uidisse m. 2 S se om. C 19 Emite] emit C emitte Nbd nobis]
te nobis C pusillum N 20 unum horum] Unde harum b ut om. Cd
21 ut om. Cd 22 pacati ex p&cati m. 1 C 23 quasi—exploratores
om. b dixerit LS^a 25 more autem N

Chanaan, cum posterius dicant, quod unus eorum non sit, ipsum scilicet Ioseph non esse existimantes, id est perisse. hac locutione dictum est etiam illud: hi filii Iacob, qui facti sunt ei in Mesopotamia, cum ibi non fuerit natus Benjamin. quod autem dixerunt: sumus in terra Chanaan, cum eo tempore, quo loquebantur, in Aegypto essent, „sumus“ dictum est pro „habitamus“; inde enim uenerant ilico redituri ibi commorantes.

CLXVIII. Hoc est, quod dixi uobis dicens, quod exploratores estis: quid deesset, etiam si non adderet: 10 dicens?

CLXVIII. Ipsi uero ite et ducite emptionem tritici uestri. ducite pro eo, quod est „ferte“; quia enim ducuntur iumenta, in quibus fertur, etiam hoc duci dictum est.

CLXX. Nonne locutus sum uobis dicens: ne nocetis puero, et non exaudistis me? notandum exauditionem non eam solam dici, quam exaudit deus.

CLXXI. Ipsi autem ignorabant, quia audit Ioseph. audit pro „intellegit“; nam uoces audit utique aure etiam linguam qui non intellegit. repetitur illa locutio quando 20 narrat patri suo quid eis acciderit in Aegypto et quid dixerint ad Ioseph.

CLXXII. Duodecim sumus fratres, filii patris nostri; unus non est, pusillus autem cum patre nostro hodie in terra Chanaan. multa in his paucis 25 uerbis genera locutionum sunt: et illud, quod paulo ante

3 Gen. 35, 26 9 Ib. 42, 14 12 Ib. 42, 19 15 Ib. 42, 22
18 Ib. 42, 28 23 Ib. 42, 32

1 canaan *S*¹ canan *C* posterius] poterimus (*corr. m. 1*) *C* 2 perisse (*alt. s. m. 1 s. l.*) *C* periisse *d* 3 hii *S* 4 ei] et *C om. d* 5 canaan *CS*¹ chanam *N* 6 quod *C* 7 abitamus *N* illico (*pr. l exp. m. 1*) *C* illico *bd* 8 comorantes *C* commemorantes *N* 12 et *om. b* emptionem *C* emtionem *NLS*¹ *d* 13 est *om. b* 14 dicuntur *N* 16 exaudistis (*tis s. l. m. 1*) *C* 17 dici solam *LS* quam] qua *NS*² *bd* que *LS*¹ 20 linguam *post* intellegit *positum in LSbd* 21 narrauit *b* accederit *C* quit *C* 25 canaan *CS*¹ chanan *N* paucis] pacis *N*

memoravi „duodecim sumus“, cum ipsi dicant: unus non est, et: filii sumus patris nostri, quasi possent esse filii non patris sui. pusillus autem cum patre nostro hodie in terra Chanaan nec dixerunt „est“ aut aliquid
 5 huius modi. deinde notandum est, quod maxime necessarium uidetur propter euangelistarum narrationes, quomodo cum ea, quae dicta sunt, dicta esse narrantur, non omnino eodem modo repetuntur, cum tamen in diuersitate uerborum nihil sententiae depereat ueritatis. nam quod dixerunt dictum sibi
 10 esse a Ioseph: et in terra mercamini, non inuenitur ab illo dictum. sine mendacio autem dixerunt, quod ex uerbis, quae dixerat, in eius uoluntate cognouerunt; neque enim uerba sunt necessaria nisi ad expromendam et in audientium notitiam perferendam, quantum possumus, uoluntatem.

15 CLXXIII. Eterat uniuscuiusque alligatura argenti in sacco eorum: non dixit „in sacco eius“ aut „in saccis eorum“, sed quasi unus saccus omnium esset.

CLXXIII. Super me facta sunt omnia haec, id est: me miseria onerant.

20 CLXXV. Ait autem illi Iudas dicens: potuit plenum esse, etsi non haberet dicens.

CLXXVI. Interrogans interrogauit nos homo. adsidua est talis locutio in scripturis: interrogans interrogauit nos homo, aut „interrogando interrogauit“ et quae sunt similia.

25 CLXXVII. Mecum enim manducabunt homines panes meridie: numquid panes tantum? sed ab eo, quod excellit, et cetera est complexa locutio. mecum enim man-

10 Gen. 42, 34 15 Ib. 42, 35 18 Ib. 42, 36 20 Ib. 43, 2
 22 Ib. 43, 6 25 Ib. 43, 15

4 canaan *CS*¹ 5 eiusmodi *NL* 8 tamen *om. b* 9 ueritati *N*
 10 terram *NLS* ab illo *om. C* 12 cognouerant *NLSbd* 13 expri-
 mendam *b* et—notitiam *om. N* audientium *bd* 19 post miseria
lit. 3 litter. C onerat *C* 22 nos] me *C* 23 talis *om. b* inter-
 rogabit *C* 24 quae *scripsi*: qua *C* si qua *NLSbd* sunt *om. CNLbd*
 26 meridie panē *b* meridiaē *N* numquid—meridie *om. b* 27 com-
 plexa *s. l. m. 1 C* locutio] locucio quēdam *C*

ducabunt homines panes meridie: quod dicit meridie, prandium significat, quod fit medio die; hoc est enim merities.

CLXXVIII. Ut accipiat nos in seruos et asinos nostros. non utique subauditur „seruos“; nam quod latini 5 codices „seruos“ habent, in graecis παιδας legitur, quod nullo modo asini possunt esse. ergo asinos nostros tantummodo „accipiat“ subauditur.

CLXXVIII. Aperuimus saccos nostros, et hoc argentum uniuscuiusque in sacco suo: non addidit 10 „inuentum est“ aut „adparuit“ aut „erat“ aut aliquid eiusmodi.

CLXXX. Propitius uobis, nolite timere. in his uerbis, quibus dictum est: propitius uobis, duo uerba sunt, quae subaudiuntur, et „sit“ et „deus“. plenum est enim: propitius 15 sit uobis deus, quod omnino in graeco usitatissimum est.

CLXXXI. Saluus est puer tuus pater noster, adhuc uiuit. hic expressius ostenditur pueri nomine seruorum solere significari; non enim in illo sene posset hoc esse nomen aetatis.

CLXXXII. Non enim poterant Aegyptii manducare 20 cum Hebraeis panes; abominatio est enim Aegyptiis. illa locutio frequentatur, ut in panibus omnes escae intellegantur.

CLXXXIII. Magnificata facta est autem pars Benjamin prae partibus omnium quinquipliciter ad 25 illorum: iam quia dictum erat: prae partibus omnium, potuit non dici „ad illorum“.

4 Gen. 43, 17 9 Ib. 43, 20 12 Ib. 43, 22 16 Ib. 43, 27
20 Ib. 43, 31 24 Ib. 43, 33

1 panem *CLS* meridae *N* quod—meridie *s. l. m. 1 C* 2 medio die] medie die *N* meridae *LS* 4 accipias *bd* 6 pedas *CNLS* παιδας *b* 8 accipiat *scripsi*: accipias *CNLSd* non accipias *b* 10 uniuscuiusque *b* 11 aparuit *N* aut ante aliquid *om. C* huiusmodi *bd* 15 omnino *om. b* 17 pueri nomine] puer in homine *N* 20 enim *om. NLSb* 21 hebreis *CNS* abhominatio *L* 25 pre *L* quincupliciter *d* quin"quippelicit *N*

CLXXXIII. Inueniens autem eos dixit <eis> secundum uerba haec. potuit dicere: dixit eis uerba haec. an forte non locutionis genus est, sed interest etiam sententiae? aliud est enim ipsa uerba dicere, aliud secundum ipsa, ut, 5 quaecumque alia dicta fuerint, eadem sententia teneatur, quae illis uerbis comprehensa est; hoc est „secundum ipsa“ etiamsi non ipsa. sed quia sequitur illis respondentibus: ut quid loquitur dominus secundum uerba haec? qui utique dicere debuerunt usitato more „ut quid loquitur dominus 10 uerba haec“? constat esse locutionis genus.

CLXXXV. Absit a pueris tuis facere secundum uerbum hoc. potuerunt dicere: absit a nobis. sed illa honorificentia est usitata in scripturis sic dicere, tamquam de aliis; pueris autem pro „seruis“ dictum est.

15 CLXXXVI. Et nos autem erimus serui domino nostro. etiam hic graeci παῖδες habent, hoc est „pueri“, quod tam adsidue scriptura pro seruis ponit, ut difficile inueniatur non isto nomine appellare seruos.

CLXXXVII. Quomodo autem ascendam ad patrem, 20 cum puer non sit nobiscum? ut non uideam mala, quae inuenient patrem meum! magis consuetudo loquendi exigebat dici: ut uideam mala, quae inuenient patrem meum, hoc est: quomodo ascendam, ut uideam? nouo itaque loquendi more id, quod dixit „quomodo“ pro eo dixit, ac si dixisset 25 „non“. sic enim usitatus ordo iste uerborum est: non ascendam ad patrem, cum puer non sit nobiscum, ut non uideam mala, quae inuenient patrem meum.

1 Gen. 44, 6. 7 11 Ib. 44, 7 15 Ib. 44, 9 19 Ib. 44, 34

1 eis *addidi ex sequenti uersu* 2 potuit (*t. fin. s. l. m. 1*) C 3 ante genus *eras*. genus S sententia φ N sapientię b 4 enim est Ld 6 in illis b 9 more] monere N 11 a om. N 12 absit C 13 in om. NLS 16 παῖδες graeci b παῖδες graeci d pedes CN pedas LS 17 ponit ut] ponitur C 18 non (no ex i) S 21 magis—meum om. b 22 interuenient C 24 quomodo om. LSbd pro eo dixit om. LSb 25 enim] et S istae N 26 post nobiscum *eras. est cū in S* ut s. l. m. 1 C

CLXXXVIII. Quando fleuit Ioseph, cum recognosceretur a fratribus suis, ait scriptura: audierunt autem omnes Aegyptii, et auditum est in domo Pharaonis. deinde sequitur quod narrabat: dixit autem Ioseph ad fratres suos. prius itaque dixit scriptura, quod postea factum est; 5 hoc enim famae celebritate accidit, ut omnibus Aegyptiis notum fieret; et postea reuersa est narratio ad id, quod dicebatur breui recapitulatione.

CLXXXVIII. Et diuulgata est uox in domo Pharaonis dicentes: uenerunt fratres Ioseph. dicentes 10 posuit pro „dicentium“; uox enim dicentium diuulgata est: uenerunt fratres Ioseph.

CXC. At ille respondit, quid est, dicens? ordo est: at ille respondit dicens: quid est?

CXCI. Deus ad Iacob dicit: et ego descendam tecum 15 in Aegyptum, et ego ascendere te faciam in finem. sic habent graeci, quod latini habent: et ego deducam te in finem.

CXCII. Iudam autem misit ante se ad Ioseph, ut ueniret sibi obuiam iuxta Heroum ciuitatem. nescio, 20 utrum Heroum nomen facile in scripturis reperiatur.

CXCIII. In uerbis Ioseph, quibus ait ad fratres suos: ascendens nuntiabo Pharaoni et dicam ei: fratres mei et domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, uenerunt ad me; uiri autem sunt pastores — 25 uiri enim pecorum nutritores erant — et iumenta et oues et omnia sua adduxerunt. quod interpositum est: uiri enim pecorum nutritores erant, ex persona

2 Gen. 45, 2. 3 9 Ib. 45, 16 13 Ib. 46, 2 15 Ib. 46. 4
19 Ib. 46, 28 23 Ib. 46, 31. 32

1 recognosceretur C 2 suis s. l. m. 1 C 4 ad] a N 5 scriptura
dixit NLSbd 6 fame CLb 7 fieret (e fn. s. l. m. 1) C 13 dicens]
λεγων cod. Alex. 14 at] ad C 15 dixit ad iacob b 17 ducam S¹
19 ad om. S¹ 20 ciuitatem—heroum om. N 24 canaan C 26 enim]
autem N

sua scriptor interposuit et redit ad uerba Ioseph adiungendo: et iumenta et omnia sua adduxerunt, ut ordo sit in uerbis Ioseph: uiri autem sunt pastores et iumenta et oues et omnia sua adduxerunt.

5 CXCIII. Dixit autem Pharao ad Iacob: quot anni dierum uitae tuae? subauditur „sunt“.

CXCV. Pusilli et mali fuerunt dies annorum uitae meae. pusillos pro „paucis“ positum est: neque enim uitae alicuius quam ceterorum dies possunt esse horarum spatio
10 breuiores. hoc autem Iacob ex comparatione dixit uitae maiorum suorum; nam utique centum triginta annos, quos ille iam agebat, nemo nunc uiuit.

CXCVI. Triticum secundum corpus, id est secundum numerum corporum; per corpus enim numerum corporum,
15 per numerum corporum numerum hominum significat.

CXCVII. Inualuerat autem fames ualde, et defecit terra Aegypti. „terram“ posuit pro hominibus, qui erant in terra.

CXCVIII. Uenerunt autem omnes Aegyptii ad Ioseph dicentes: da nobis panes. per panes triticum
20 significat locutione per id, quod efficitur, id quod efficit.

CXCVIII. Et facta est terra Pharaoni, non ait „Pharaonis“. amat sic loqui scriptura, sicut in psalmo dictum est: et custodiui legem tuam. haec facta est mihi,
25 quoniam iustificationes tuas exquisiui: de lege domini dixit: haec facta est mihi, id est in meam utilitatem.

5 Gen. 47, 8 7 Ib. 47, 9 13 Ib. 47, 12 16 Ib. 47, 13
19 Ib. 47, 15 22 Ib. 47, 20 24 Ps. 118, 5b. 56

1 post Ioseph sequitur Uiri b adiungendo sequitur post adduxerunt
in uersu 4 b 2 iumenta sua b in om. b 5 quot] quod CLNS⁴
7 mali] maligni NLSb 8 pusilli d 10 uite C 14 enim] etenim LSbd
14 numqumerum (mu exp. m. 1) C 15 per—corporum om. N 17 terra b
20 per panes] panes per LS⁴b 21 efficiatur C 24 mihi s. l. m. 1 C
25 quoniam] quia bd 26 domini] dei LNSbd

CC. Praeter terram sacerdotum tantum non possedit Ioseph. quasi dixisset „praeter terram sacerdotum tantum omnem terram possedit Ioseph“.

CCI. Et posuit illis Ioseph in praeceptum usque in hodiernum diem in terra Aegypti, ut praestent quintas Pharaoni. hinc intellegitur Pharaonis nomen potestatis fuisse regalis, quod dixit: usque in hodiernum diem. non enim illi, qui tunc fuit, praestare poterant Aegyptii usque ad illum diem, quo ista scribebantur, quando ille iam non uiuebat. 10

CCII. Et fuerunt dies Iacob annorum uitae eius: dies annorum saepe dicit scriptura, cum semel posset annos dicere.

CCIII. Quod scriptum est: nuntiatum est Ioseph, quia pater tuus turbatur, aliqui codices habent „uexatur“, 15 aliqui „aestuatur“ et aliud alii, sicut interpretari Latini poterunt, quod graece scriptum est ἐνοχλείται. ideo autem „turbatur“ adcommodatius dici uidetur, quia hoc dici solet de his, qui afflictatione corporis morte propinquante iactantur. et ex hoc etiam turba ὄχλος dicitur; est enim turba multitudo inordinata non sicut populus, quod δῆμος dicitur, nec sicut plebs, quod λαός dicitur, sed sicut ὄχλος, quod turba dicitur. 20

CCIII. Iacob benedicens nepotes suos filios Ioseph ait inter cetera: et inuocabitur in eis nomen meum et nomen 25 patrum meorum. unde notandum est non solum exauditi-

1 Gen. 47, 22 4 Ib. 47, 26 11 Ib. 47, 28 14 Ib. 48, 1
25 Ib. 48, 16

1 *sec. cod. Alex.* praeter (ter s. l. m. 1) C 5 ad hodiernum b
6 ἀποκεμπτον τω φαραω *cod. Alex.* 7 diem om. b 9 non iam b
12 possit C 16 aliqui om. S¹ 17 graecis C grece L enochlitę CN
enochlitę L enochlite S ενοχλιτε b 18 adcommodatius C acomodatius N
19 iis d afflictatio N afflictione b 20 oculos CN ochlos LS est]
& N 21 demos CN de moysi LS de δημος b 22 laus C laos NLS
oculus C oculos N ochlos LS 25 eis scripsi secutus capitula *cod. C:*
his libri 26 meorum s. l. C

onem, sed etiam inuocationem dici aliquando, quae non dei, sed hominum sit.

CCV. Hic enim primitiuus: minus habet „est“ secundum codices graecos.

5 CCVI. In benedictione Ioseph ait inter cetera Iacob: inde qui confortauit Israhel. mirum, si non subauditur „est“, ut plenum sit: inde est, qui confortauit Israhel.

CCVII. Quod scriptum est: dixit Ioseph seruis suis sepultoribus, ut sepelirent patrem eius, non inuenit
 10 latina lingua, quemadmodum appellaret ἐνταφιαστὰς; non enim ipsi sepeliunt, id est terrae mandant corpora mortuorum, quod non est graece ἐνταφιάσαι, sed θάψαι. illi ergo ἐνταφιασταὶ id agunt, quod exhibetur corporibus humanis uel condiendo uel siccando uel inuoluendo et alligando, in quo opere maxime
 15 Aegyptiorum cura praecellit. quod ergo dicit: etiam sepelientur, curauerunt intellegere debemus; et quod dicit: quadraginta dies sepulturae, ipsius curationis accipiendi sunt. sepultus enim ille non est, nisi ubi se mandauerat sepeliri.

CCVIII. Loquimini in aures Pharaonis: locutio est
 20 usitata in scripturis.

CCVIII. Et dixit Pharaon ad Ioseph: descende et sepeli patrem tuum. etiam si per potentes illos, per quos Ioseph mandauerat, Pharaon dixit, quod perferrent ad Ioseph, non utique dixit nisi ipsi Ioseph. unde illud est in euangelio,
 25 quod unus euangelistarum dicit centurionem uenisse ad dominum et dixisse illi: puer meus iacet in domo para-

3 Gen. 48, 18 5 Ib. 49, 24 8 Ib. 50, 2. 3 19 Ib. 50, 4
 21 Ib. 50, 6 26 Matth. 8, 6

1 que C 2 sint NL sint S 5 ait] phait N 6 israhel NSbd
 7 ut—est om. S¹ israhel NSbd 9 sepelientur N 10 lingua latina bd
 enthaphistas CN entaphistas LS ενθαφιαστας b 12 graecę CN grece L
 enthaphiase C entaphiase NLS ενθαφιασε b thapse CNLS θαρσε b
 enthaphiaste C entaphiastę NLS ενθαφιασε b 13 exhibitur (be corr.) C
 humanis b 14 sicando C opere (pr. e s. l. m. 1) C 17 accipiendę b
 19 faraonis C 20 in om. NLSb 22 per ante potentes s. l. C 23 perferent N 24 ante non legitur Unde illud in C euangelio C 26 iacet (e ex i) C paralyticus CN

lyticus; alius autem totum diligentius narrans amicos eum ad dominum misisse commemorat, qui hoc ei dicerent: in quibus amicis utique ipse uenit, cuius in eis uoluntas praesens fuit. unde est: qui uos recipit, me recipit; et qui me recipit, recipit eum qui me misit.

CCX. Planxerunt eum planctum magnum et ualidum. planxerunt planctum, non planxerunt planctu. locutio est in latina lingua non ignota, sicut dicitur: seruitutem seruiuit, militiam militauit et similia.

CCXI. Et redditione reddet nobis omnia mala, quae ostendimus ei. ex hac locutione ait et apostolus: Alexander aerarius multa mala mihi ostendit; ostendimus enim dictum est uel ostendit pro eo, quod est „fecimus“ uel „fecit“.

CCXII. Accipe iniquitatem seruorum dei patris tui. noua locutio est „accipe iniquitatem“ pro „ignosce“ aut „remitte“ aut „obliuiscere“. sed puto inde esse dictum „accipe“, ac si diceretur „aequo animo accipe“, hoc est noli indigne ferre.

CCXIII. Et uenientes ad eum dixerunt. non iterum uenerunt, sed quod dictum fuit iterum dictum est; solet hoc facere scriptura.

1 cf. Luc. 7, 3 4 Matth. 10, 40 6 Gen. 50, 10 10 Ib. 50, 15
12 II Tim. 4, 14 15 Gen 50, 17 20 Ib. 50, 18

2 misisse ad dominum *N* 5 recepit (*bis*) *N* 6 planctum
(n s. l. m. I) *C* ualedum *N* 7 planxerunt *om. C* 8 si-
cut—similia *om. C* seruitute *N* 10 redet *C* 11 ei] αὐτῶ *cod.*
Alex. et ex *C* 12 erarius *N* 14 fecit (t s. l. m. I) *S* 16 iniqui-
tatem *om. S*¹ ignosce *C*¹ ignoscae *N* 19 ferr.e (a *eras.*) *S*
21 fuit iterum dictum *om. N* post fuit uerba superiora iterum—fuit
repetita exp. sunt C 22 Expliciuat locutio^{nes} in libro genesis amen
fol. 49^b C Explicit explicite sunt locuciones genesis. incipiunt locuciones
exodi *fol. 60^b N* Expliciuat locuciones genesis. Incipiunt locuciones
exodi *L* Expliciuat locutio^{ne} genesis (*pr. s in ras.*) Incip^{it} locutio^{is} exodi
fol. 11 S

LIBER SECUNDUS. LOCUTIONES DE EXODO.

I. Et inualescebant ualde ualde.

II. Quid est, quod dictum est de obstetricibus: et fecerunt sibi domos, quoniam timuerunt deum? praedictum est enim: bene faciebat deus cum obstetricibus. et ad hoc uidetur pertinere, quod fecerunt sibi domos timendo deum, tamquam beneficia dei ad hoc eis profuerunt, ut facerent sibi domos. numquid antea non eas habuisse domos intelligendum est? an ad diuitias hoc uerbum pertinet uel potius ad aliquas rei familiaris idoneas facultates? huic enim simile uidetur, quod ait etiam Iacob post quattuordecim annos seruitutis suae socero suo uolenti eum adhuc apud se tenere: nunc ergo quando faciam et ego mihi domum? dixerat enim, quod creuerint pecora Laban sub illo, sicut et ipse Laban confessus fuerat dicens: benedixit me deus in introitu tuo. cum ergo dicit: quando faciam et ego mihi domum? subintellegitur „sicut et tu“. hoc enim uidetur ualere quod ait: et ego, ut ad ipsam domum faciendam uideatur pertinere, quod consequenter ad Laban merces ipsa statuenda proponitur.

III. Et omne femininum uiuificate illud: sic enim habent graeci; latini non habent „illud“.

III. Erat autem quidam de tribu Leui et sumsit sibi de filiabus Leui: intellegitur uxorem, quod quidam latini interpretes etiam addendum putauerunt; sequitur autem: et habuit eam, et concepit.

2 Exod. 1, 12 3 Ib. 1, 21 5 Ib. 1, 20 13 Gen. 30, 30
15 Ib. 30, 27. 30 21 Ex. 1, 22 23 Ib. 2, 1. 2

1 Incipiunt locutiones eiusdem fol. 97 C 2 Et—ualde om. N; sed spatium sufficiens uacuum rel. est inualiscunt C 3 et 5 obstetricibus N
6 fecerant L^mSb timendo C 7 dei om. b profuerint Nd 8 eas non S
10 rei (i s. l. m. 1) S 11 quattuordecim (t. eras.) S 12 apud] quod C
14 creuerunt b sicut] Sic b 16 introitv (v supra o m. 1) C
17 uidetur enim bd 19 ipsas L 22 graeci habent N 26 sec. cod. Alex.

V. Quid sit „tubin“ ideo difficile est nosse, quia nec graecus interpres ex hebraeo nec latinus ex graeco uertit hoc nomen; sed sic transtulit ut inuenit.

VI. Timuit autem Moyses et dixit: si sic diuulgatum est uerbum hoc... duo sunt in hac locutione adtendenda: primo, quia pendet sententia et sic dimissa est; deinde quia „uerbum“ pro facto posuit. 5

VII. Et respexit <deus> filios Israhel et innotuit illis: pro eo positum est: et innotuit, quod est: egit in his ea, quibus dei curam erga se intellegerent. 10

VIII. Uidens uidi uexationem populi mei qui est in Aegypto.

VIII. Et dixit Moyses ad deum: quis sum, quia ibo ad Pharaonem regem Aegypti et quia educam filios Israhel de terra Aegypti? dixit autem: quoniam 15 ero tecum: sic habet graecus; latinus autem „et quis ego“ dixit et non dixit: quia ibo et quia educam, sed: ut eam et educam. et quod in graeco habet: dixit autem quia ero tecum, intellegitur utique quod dixerit ad Moysen; totum autem hoc latinus addidit et ait: dixit autem deus 20 ad Moysen.

X. Deus dicit, quod dicat Moyses filiis Israhel: uisitans uisitauit uos et quaecumque contigerunt uobis in Aegypto; graecus habet: uisitatione uisitauit uos.

1 Ex. 2, 8 4 Ib. 2, 14 8 Ib. 2, 25 11 Ib. 3, 7 13 Ib. 3, 11. 12 22 Ib. 3, 16

1 thibin *d* tobhu *b* 2 conuertit *b* 3 sic *om. LSB* transtulit *C*
 4 moyses *C* moyses *L* si sic *om. b* 5 adtendenda *in ras. C* 8 respexit] *αἰσθεύ* *cod. Alex.* deus *add. sec. LXX* 9 et scripsi: ut *N om. CLSbd* est *add. cod. Trec: om. lib.* in his ea scripsi: ne his *LC*
 ea *N* in his *bd* ut hi *S* 10 quibus *erasum S* 11 uexationem] afflictionem *b* populi mei] populimi *C* 13 *sec. cod. Alex.* moyses *L*
 a dñm *C* quid *N* 14 aegyptiorum *C* quia] qui *LSb* 17 ante et non dixit *eras. est:* et non dixi *in cod. S* 18 et *om. S* educam] ducamus *b* 19 mosen (*y uocali om. semper fere*) *L* 20 autem *s. l. m. 1 S* 23 uisitauit *L, (t fin. eras.) S* contegerunt *C* 24 abet (*ita fere semper*) *N*

XI. Deus dicit ad Moysen de filiis Israhel: et audient uocem tuam. graecus habet: et exaudient uocem tuam, quia et exauditio dicitur hominis.

XII. Quod habet latinus: poscet mulier a uicina et ab inquilina sua uasa argentea et aurea et uestem, graecus habet: a cohabitatrice sua, hoc est συσκήνου, quod aliqui latini interpretati sunt: a concellaria sua.

XIII. Moyses dicit: quid? si non crediderint mihi neque exaudierint uocem meam: quod latinus „audierint“ interpretatus est.

XIII. Extende manum et adprehende caudam graecus habet; latinus autem „manum tuam et caudam eius“ interpretatus est.

XV. Et extendens manum adprehendit caudam, et facta est uirga in manu eius.

XVI. Et dixit illi: ut credant tibi, quoniam adparuit tibi dominus deus patrum ipsorum. graecus non habet: et dixit illi, sed continuo adiunxit: ut credant tibi, id est uerba dei post illud factum miraculum, tamquam adhuc loqueretur et modo sententiam uerborum impleuerit. nam ordo est uerborum: extende manum et adprehende caudam, ut credant tibi; sed interposita est facti narratio et postea redditum, ut credant tibi.

XVII. Quod latinus habet: et facta est manus eius leprosa tamquam nix, graecus non habet „leprosa“, sed tantum: facta est tamquam nix.

1 Ex. 3, 18 4 Ib. 3, 22 8 Ib. 4, 1 11 Ib. 4, 4 16 Ib. 4, 5
24 Ib. 4, 6

2 συσκήνου: *cod. Graeci* 3 et *om. b* 4 latinus] *græcus b sec. cod. Alex.* et ante ab *om. b* 6 habet *om. C* cohabitatrice *C* syscenu *C* siscenu *N* syncenu *LS* συσκήνου *b* 7 latini aliqui *Sbd* 8 non crediderint] no diderint (*lac. circa 8 litter.*) *N* 9 latini *LSb* 10 interpretati (i *fin. ex u* et *supra s uirgula add.*) *S* interpretati sunt *b* est *om. S* 14 adprehendat *C* 16 *sec. cod. Alex.* 17 tibi *om. b* non *s. l. m. 1 C* 18 et dixit illi *om. cod. Graeci* 20 impleuerat *C* 22 narrati *L* narratio (*o s. l. m. 1*) *S* 25 leprosa *om. cod. Graeci*; lebrosa (*bis*) *C*

XVIII. Quodsi non audierint uocem signi primi: graecus sic habet; latinus autem: uocem tuam signi primi. sic et sequitur: credent tibi in uoce signi sequentis.

XVIII. Et erit aqua quam sumes de flumine sanguis super aridam, uel potius: super aridum, id est super id, quod aridum est. quod latinus dixit: sanguis super terram.

XX. Moyses dicit: precor, domine, non sum eloquens ante hesternam et nudiustertianam diem. 10

XXI. Et uirgam hanc sumes in manum tuam, in qua facies in ea signa, cum dici posset: in qua facies signa aut certe: uirgam hanc sumes in manum tuam et facies in ea signa. nunc uero utrumque dictum est solita locutione scripturarum. 15

XXII. Post dies autem illos multos mortuus est rex Aegypti. dixit autem dominus ad Moysen in Madian: uade, perge in Aegyptum; mortui enim sunt omnes, qui quaerebant animam tuam. multa in his uerbis genera locutionum notanda sunt, primo: uade, perge in Aegyptum, tamquam non sufficeret tantum „uade“ uel tantum „perge“; deinde: mortui enim sunt omnes, qui quaerebant animam tuam, cum solum regem Aegypti scriptura dixerit mortuum et de solo antea dictum fuerit, quod Moysen quaerebat occidere. an ipse post alios inimicos ultimus 25

1 Ex. 4, 8 5 Ib. 4, 9 9 Ib. 4, 10 11 Ib. 4, 17 16 Ib. 4, 18, 19

2 signi primi *om. N*; *sed spatium ad 13 litter. uacuum* 3 sic et sequitur] sequitur: et sic *b* credent] redent *N* uocem *LS* 5 sanguinis sui per aridam *b* 6 aridum] aridam *b* 7 sanguis *in ras. S* 9 dixit *Lb* non sum eloquens] οὐκ εἰλόγος εἶμι *Origenis tom. XV p. 354; cod. Graeci apud. Tisch. οὐχ ἱκανός εἶμι* 10 hesternam] esternam *C* externam *LS* et] *καὶ cod. Alex.* nudiustertianam *CNLS*¹ 12 signa cum dici] signaculū dici *C* 16 illius *b* mortuus (*v supra o*) *N* 17 autem *om. S* 18 maziā *C* madiam *N* aegypto *C* sunt enim *CLSbd* 19 multam *NLS*¹ in *m. 2 in ras. S* 20 locutionē (*v supra e m. 1*) *C* 21 egypto *C* 22 enim *om. LSbd* 23 tuam *om. Cb* 25 inimicus *C*

mortuus est? quod si ita est, non locutio, sed sensus est. item: qui quaerebant animam tuam, non in malo tantum, sed etiam in bono dici solet in scripturis; nam sicut hic in malo dictum est etiam in Psalmis: confundantur et reue-
 5 reantur, qui quaerunt animam meam, in bono: perit fuga a me et non est qui requirat animam meam, nisi forte aliquid distare dicitur inter quaerentes et requirentes, ut illud in malo, hoc in bono intellegendum sit.

XXIII. Et dicebant ad populum dicentes: haec dicit
 10 Pharao: quam locutionem piguit latinum interpretari.

XXIII. Uideat deus uos et iudicet, quoniam execra-
 bilem fecistis odorem nostrum palam Pharaone et
 palam seruis eius, dare gladium in manus eius, ut
 occidat nos. sic enim habet graecus; latinus autem ait,
 15 quem pro optimo legebamus: ut daretis gladium in mani-
 bus eius: qui soloecismus nulla interpretationis necessitate
 factus est, quia in graeco non est.

XXV. <Et> statui testamentum meum ad illos, ita ut
 darem illis terram Chananaeorum et terram, quam
 20 incoluerunt, in qua et incoluerunt in ea. sic enim habet
 graecus, quod utique et in graeca lingua absurde uidetur
 sonare. et tamen Septuaginta interpretum auctoritas tanta est,
 quos ita loqui non piguit. quid? si enim et sensus hic latet?
 quodsi nullus est, ipsa locutio notanda est, ne alibi inuenta
 25 sensum impediatur uel aliquid quaerere, ubi quaerendum non
 est, compellat.

4 Ps. 39, 15 5 Ps. 141, 5 9 Ex. 5, 10 11 Ib. 5, 21
 18 Ib. 6, 4

1 mortuus (v *supra* o m. 1) C prim. est] fuerit b 4 etiam] sic etiam b
 5 periit LSbd 6 nisi] si N 7 dicatur (a in ras. m. 2) S 8 hoc
 in bono om. S 10 pharaonem C pinguit S interpretare LS 11 uos
 deus C 12 pharaonem C Pharaone et palam om. N 16 soly-
 cismus CN solicismus LS¹ solecismus S² interptationes S¹ 17 qui b
 18 Et addidi 19 cananeorum CN chananeorum LS 20 ea] eam N
 23 si om. CLSbd et] et si b 24 ipse C 25 quemrere N

XXVI. Quod habet latinus: exaudiui gemitum filiorum Israhel, quemadmodum Aegyptii adfligunt eos, graecus habet: καταδουλοῦνται αὐτούς, quod interpretari posset: in seruitutem redigunt eos; nam uno uerbo non potest.

XXVII. Et locutus est Moyses sic ad filios Israhel: 5 et non exaudierunt Moysen a defectione animi et ab operibus duris: exaudierunt ait, non „audierunt“.

XXVIII. Ego enim ineloquens sum, quod ait Moyses ad dominum, λόγος dixit graecus, non „inperitus“ quasi ἀμαθής uel ἀπαίδευτος. 10

XXVIII. Hi sunt Aaron et Moyses, quibus dixit eis deus, ut educant filios Israhel de terra Aegypti; sic enim habet graecus.

XXX. Ecce ego gracili uoce sum et quomodo exaudiet me Pharaos? notandum, quod exaudiet dixit, non 15 „audiet“.

XXXI. Fecit autem Moyses et Aaron, sicut praecepit illis dominus, ita fecerunt. quid deesset, si non diceretur: ita fecerunt?

XXXII. Si loquetur uobis Pharaos dicens: date nobis 20 signum aut portentum, et dices Aaron fratri tuo: sume uirgam. nonne locutionis nostrae consuetudo poscebat et quaedam eius integritas, ut ita diceretur: si loquetur uobis Pharaos dicens: date nobis signum aut portentum, dices Aaron

1 Ex. 6, 5 5 Ib. 6, 9 8 Ib. 6, 12 11 Ib. 6, 26 14 Ib. 6, 30
17 Ib. 7, 6 20 Ib. 7, 9

1 exaudiuit CNLS 2 adfligunt T: adfligent CLSb adfligerent Nd
3 καταδουλοῦνται αὐτούς scripsi: catadulinte autus C catadulunte aut us N
catadulune autus L catadulunae autus S καταδουλωτικίας b καταδουλοῦν-
ται: d posse (supra exp. sse superscr. m. 1 test) S 6 a defectione LS
ad effectiōē b [ab operibus] ad opera LS 7 dura S 8 Ego]
Ecce b 9 ad (d m. 2 add.) C alogus C alogos NLS ἀλογος b
10 amates C amathes NLS apedeutos CNLS ἀπειρος b 11 hii NL
eis om. CNLSb 12 deus om. C educam N 15 faraos C 18 illi LSb
20 loqueretur S 21 dicis C 22 uirga C nonne locutiouis] non
elocutionis Lb none lucutionis S

fratri tuo: sume uirgam? quid ergo ibi additum est „et“, nisi aliqua proprietate locutionis hebraicae? nam neque graeca esse perhibetur.

XXXIII. Non mihi uidentur satis commode interpretati
 5 latini σοφιστὰς Pharaonis, ut dicerent: sapientes; σοφοί enim sapientes dicuntur. potuit autem latinus interpres sophistas dicere, quoniam non est, quemadmodum id latine dicatur. et ideo isto uerbo iam utimur pro latino, sicut philosophiam dicimus non solum graece uerum etiam latine; sophistas
 10 appellarunt latinarum litterarum eloquentissimi auctores.

XXXIII. Et absorbit uirga Aaron uirgas illorum: ac si diceret: draco Aaron.

XXXV. Quod dictum est de Pharaone: ecce ipse exit ad aquam, graecus habet „super aquam“.

15 XXXVI. Dimitte populum meum, ut seruiat mihi in deserto. et ecce non exaudisti usque adhuc. quotiens dicitur: exaudisti, cum homini dicatur!

XXXVII. Fecerunt autem similiter et incantatores Aegyptiorum ueneficiis suis. et induratum est cor
 20 Pharaonis et non exaudiuit eos, sicut dixit dominus: quia in usu scripturae est „exaudiuit“, cum etiam de homine loquitur.

XXXVIII. Dimitte populum meum, ut mihi seruiant, non ut seruiat: qui loquendi modus non fere inuenitur nisi ubi

5 Ib. 7, 11 11 Ib. 7, 12 13 Ib. 7, 15 15 Ib. 7, 16 18 Ib. 7, 22 23 Ib. 8, 1

2 locuciones C¹ 4 comodo C commodae N 5 sofystas in mg. C sophistas NLS σοφιστης b σοφοί] σοφ C sophoe N sophistē LSb 6 potuit autem] potuit enim LSbd sofistas C σοφιστης b 8 pro et ideo lacuna circa 8 litter. in N utuntur b filosofiam C 9 sophistae (ae ex as) S sofistae C sophistes b 10 appellarunt] appellantur L autem appellantur Sb 13 exit] exiit LSbd exiet cod. Lugdunensis; sed cf. Aug. in Psalmos p. 1759 Migne: Sic dictus est Pharaon exisse super aquam 16 quoties d 17 dicitur N 18 et similiter b 19 beneficiis LS¹ 20 faraonis C 23 seruiant (seruiat b) mihi libri; sed cf. pag. 550, 5 24 ut] de N

res ipsa singularis pluribus constat. populus enim singulari nomine dicitur, sed constat ex multis. sic etiam est: omnis terra adoret te, quia omnis terra dictum est pro „hominibus, qui sunt in terra“.

XXXVIII. Ecce ego ferio omnes fines tuos ranis; sic enim habet graecus elegantissima locutione, ut ranae ipsae plaga intellegatur, qua feritur terra Aegypti.

XXXX. Et eructuabit flumen ranas; et ascendentes intrabunt in domos tuas et in promptuaria cubiculorum tuorum et super lectos tuos et in domos seruorum tuorum et populi tui et in consparsiis tuis et in clibanis tuis; et super te et super populum tuum et super seruos tuos ascendent ranae. notandum quod „in domos“ et cetera cum dixisset accusatiuum casum tenuit „et super lectos“ et cetera ubi dixit super similiter accusatiuum seruauit, in consparsiis autem et in clibanis ad ablatiuum se transtulit; nam et graecus mutauit praepositionem, quam non mutat latinus. ille enim habet: *εἰς τοὺς οἴκους* in domos, in consparsiis autem *ἐν τοῖς φεραμασίν*: ubi mirum, si non etiam sensus est, non locutio, ut in consparsiis et in clibanis exortas ranas forsitan uelit intellegi non extrinsecus ascendisse uel inruisse et, quia eas fluuium eructaturum praedicat, inde implere omnia.

XXXXI. Et extendit Aaron manum super aquas Aegypti et eduxit ranas; et educta est rana et operuit

2 Ps. 65, 4 5 Ex. 8, 2 8 Ib. 8, 3. 4 24 Ib. 8, 6

1 constant C 2 est etiam NLSb 3 est om. C 8 eructabit N
eructauit LS¹ 9 impromptuaria S proutuaria C promptaria N
10 et ante super om. LSbd 11 consparsiis bd 12 clybanis C cli-
uanis S¹ 13 ascendunt L 14 cum] quam LS¹ 15 lectum C accusa-
tium similiter bd 16 consparsiis bd 17 transtulit C propositi-
onem NLS 18 εἰς τοὺς οἴκους cod. Alex. d: istus oecus CNLS
εἰς τοὺς οἴκους b 19 consparsiis bd en tois feramus in C¹ entis firamasin N
en tois firamasin LS φεραμασίν b 20 consparsiis bd 21 extortas LS
22 eructatiui b 23 implere C¹ impleri LSb 24 aqua L aqua Sb

terram: repetitio a plurali ad singularem numerum triaecta est; nam utique „rana“ pro multitudine ranarum positum est. nescio quo autem modo per loquendi consuetudinem inbutis sensibus hominum saepe plus uidetur quod singulariter quam quod pluraliter dicitur; nam plus accipitur cum dicitur uerbi causa: est illic miles quam sunt illic milites, et: est illic piscis quam sunt illic pisces.

XXXXII. Et colligebant eas acervos acervos: haec repetitio multitudinem acervorum significat et scripturis est familiaris.

XXXXIII. Quod habent latini: extende manu uirgam tuam et percute terra, non percute terram, graecus habet: aggerem terrae; si tamen hoc uerbo recte interpretatur, quod dictum est: τὸ χῶμα τῆς γῆς.

XXXXIII. Fecerunt autem similiter et incantatores ueneficiis suis, ut educerent scinifes, et non poterant. notandum est „fecerunt“ dictum pro eo, quod est: conati sunt facere. nam utique si fecerunt similiter, procul dubio eduxerunt scinifes; sed quia sequitur: ut educerent, et non poterant, non ergo similiter fecerunt, sed similiter facere conati sunt. aut si forte et ipsi, quamuis ueneficiis agerent, eadem tamen agendi specie uirgam extendebant, quod scriptura non expressit, ad hoc referendum est: fecerunt similiter.

XXXXV. Et in terram super quam sunt super eam.

XXXXVI. Et gloriosam faciam in die illo terram Gessem, in qua populus meus inest super eam.

8 Ib. 8, 14 10 Ib. 8, 16 14 Ib. 8, 18 23 Ib. 8, 21 24 Ib. 8, 22

1 triaecta] proiecta *b* 2 multitudinem (*m exp. m. 1*) *C* 5 accipitur *C*¹ 6 miles] milies *L* mil.es (*i eras.*) *S* illuc *C* istic *b* milites] miles *LS*¹ et *om. LSbd* 8 eas *om. LSb* alterum acervos] arcerus *LS*¹ *om. N* repetio *C* 9 est scripturis *b* 10 manum *LSb* uirgam *om. b* 11 terra] terram *NL* 12 aggerem] sed aggerem *N* 13 to choma tes ges *C* to chimates ges *N* to churma tes ges *LS* τὸ αἶθονινα τῆς γῆς 15 beneficiis *LS*¹ senifes *N* scyniphes *b* cyniphes *d* 18 scyniphes *b* cyniphes *d* 20 quamuis *om. b* beneficiis *LS*¹ 21 uirga *L* 22 ad—similiter *om. b* 24 illa (*supra a add. o*) *C, L* 25 gessē *CN* gesen *LS*¹ gessen *bd*

XXXXVII. Et dixit Moyses: ego exeam a te et orabo ad deum, et exhibit cynomia a Pharaone et a seruis eius: quasi alteri diceret et „exeam a te“ et de altero Pharaone subsequeretur, a quo esset exitura cynomia.

XXXXVIII. Dimitte populum meum, ut mihi seruiant. 5

XXXXVIII. Ecce ego pluam hanc horam crastina die grandinem multam <ualde>. grando autem multa ualde ualde.

L. Et desinent uoces et grando. notandum est scripturam „uoces“ solere appellare tonitrua, quas uoces dei 10 etiam Pharaon superius appellauit dicens: orate pro me ad dominum, ut desinat fieri uoces dei, ubi et illa locutio est, quod non dixit: desinant fieri uoces.

LI. Ut narretis in aures filiis uestris et filiis filiorum uestrorum quaecumque inlusi Aegyptiis. 15 notandum, quemadmodum dicatur „inlusi“, ne forte ita sit dictum: draco hic, quem finxisti ad inludendum ei, et illud in Iob: hoc est initium figmenti domini, quod fecit ad inludendum ab angelis eius.

LII. Ecce ego induco hanc horam crastino die locustam multam. ecce quemadmodum superius dixit ranam, ubi diximus plerumque plus intellegi, cum aliquid huius modi singulariter dicitur, quam si pluraliter diceretur. manifestum est enim plus sonare „locustam multam“, quam si diceret: locustas multas. 25

1 Ib. 8, 29 5 Ib. 9, 1 6 Ib. 9, 18, 24 9 Ex. 9, 29, 28
14 Ib. 10, 2 17 Ps. 103, 26 18 Iobi 40, 14 20 Ex. 10, 4

1 a te om. C¹ 2 ad s. l. m. 1 C om. LSb dnm N exiit C
cynomyia bđ pharone C faraone N 3 prius et om. N 4 sub-
sequeretur (re s. l. m. 1) C cynomya C cynomia NLS cynomyia bđ
5 demitte C¹ seruiat b 6 hanc] hac NLS om. b oram C
hora LSb crastinam Cd 7 diem CLd om. Sb ualde addidi sec. LXX
grando] grande C 8 φοδρα φοδρα cod. Alex. 9 scriptura LS 10 apel-
lare C tronitrua C 11 superius om. N 12 desinat scripsi: desinant
lib. 13 non om. bđ 14 auribus LSb 15 aegyptis C 18 illut C
figmentū C figment L 20 hac Nb oram C hora Nb lucustam NS
24 quamquam S quamquam L si s. l. S 25 lucustas NLS¹

LIII. Qui autem et qui sunt qui ibunt? cotidie dicimus consuetudine familiariore: quam qui et qui ibunt?

LIIII. Non est relictum uiride nihil in lignis. dicendum fuit more locutionis nostrae: non est relictum uiride
5 aliquid in lignis.

LV. Pharao ad Moysen: peccavi ante dominum deum uestrum et in uobis; suscipite ergo delictum meum. hac locutione et ad Ioseph usi sunt fratres eius, ubi dixerunt: accipe iniquitatem seruorum dei patris tui.

10 LVI. Quod latini habent: et nemo uidit fratrem suum tribus diebus, graecus habet: et non uidit nemo fratrem suum; notandum etiam fratrem hominis quemlibet hominem dici.

LVII. Pharao dicit ad Moysen et Aaron: ite et seruite
15 domino deo uestro; praeter oues et boues relinquit; sic enim habet graecus. ualde inusitata locutio est, nisi post distinctionem inferatur: „relinquite“ et subaudiatur „ista“, ut sit sensus: ite praeter oues et boues et relinquit ista; solet enim talis ellipsis fieri crebro in locutionibus scriptu-
20 rarum.

LVIII. Et non relinquemus unguam: quasi abductis pecoribus posset unguia remanere; quid est enim aliud: non relinquemus unguam nisi „nec unguam relinquemus?“

LVIII. Pharao ad Moysen: adtende tibi ultra adponere

1 Ib. 10, 8 3 Ib. 10. 15 6 Ib. 10. 16. 17 9 Gen. 50, 17
10 Ex. 10, 23 14 Ib. 10, 24 21 Ib. 10, 26 24 Ib. 10, 28

1 ibunt (b *eras.*) C 2 consuedine C quam *om.* LS ibunt
(b *eras.*) C 3 lignis] linguis N 7 dilectum S¹ 8 hac (c. s. l. m.
1) C 9 patris] et patris C 10 uidet C 11 uidet C 14 dixit b
15 deo *om.* N uestro] nostro C sic *distinxi*; nam *Augustinus in*
errorem inductus est uoce praeter = κλην 16 ualde] uade LS in-
usitate C¹ 17 inferatur] feratur LS subinferatur b ista] ita C
19 talis *om.* b ellipsis LS eclipsis b 21 relinquimus CNb un-
gulam] unguam b 22 aliut C 23 relinquimus Sb nec] hinc C
relinquimus CS relinquamus b 24 atende C opponere LS

uidere faciem meam: pro eo, quod est: adtende tibi. ne ultra uideas faciem meam.

LX. Et petat unusquisque a proximo et mulier a proxima uasa argentea et aurea et uestem: notandum Aegyptios Hebraeis proximos dictos.

LXI. Et erit clamor magnus per omnem terram Aegypti, qualis non fuit <talis> et talis non adhuc adponetur. in filiis autem Israhel non mutiet canis lingua sua ab homine usque ad pecus. elegantissima locutio est; per canem quippe extremum significauit uel hominum uel pecorum ita commendans, quanta in Hebraeis quies futura esset Aegyptiis acerba orbitate clamantibus.

LXII. Accipiant singuli ouem per domos patriarum, quas dicat patrias, non facile est intellegere: utrum ciuitates, in quibus conmanebant, an potius numerosas familias a cuiusque uelut paternitate propagatas; hoc enim magis in graeco significari perhibetur.

LXIII. Si autem pauci sint qui in domo, ita ut non sint idonei ad ouem — id est ut ipsa paucitas non sit idonea ad ouem consumendam — adsumet secum uicinum proximum suum, hoc est ipsa domus adsumet uicinum. hominem proximum pro homine posuit, singularem autem pro plurali — non enim unum sed quot sufficiunt. cum de oue consumenda scriptura loqueretur, secundum numerum, inquit, animarum unusquisque quod sufficiat sibi — animas pro hominibus, a parte totum.

3 Ib. 11, 2 6 Ib. 11, 6. 7 13 Ex. 12, 3 18 Ib. 12, 4

3 unusque *Sb* proximo] proximo suo *Cbd* παρα της πλησιον
cod. Alex. 5 proximus *C* 6 omnem] totam *LS* 7 talis post fuit
addidi; cf. *Loc. in Gen. CLVI pag. 530, 12* 8 apponitur *C* mutiet]
 muti et *b* 9 ad *om. LS* 10 est] esset *N* 11 commendauit *b*
 12 acerua *CLS* 13 patriarum] tribuum apud *Cyprianum III 1 pag. 80*
ed. Hartel 17 significari (i *fin. ex e m. 1*) *C* 18 qui in domo] ο: εν
 τη οικια *cod. Alex.* 19 sint in *ras. C* ipso *C* 20 assumunt *S*
 21 domos *C* homini *C* 22 homine] hominem *LS*¹ 23 unum *om. S*¹ singulare *N*
 23 unum *om. S*¹ quot] quod *CL* consumenda (n *fin. s. l.*) *C*
 25 quod] quot *b* sibi *om. LSbd*

LXIII. Sument a sanguine et ponent super duos postes et super limen in domibus, in quibus manducabunt illas in eis. cum dixerit: in quibus, dixit etiam. „in eis“ more usitatissimo; sed „manducabunt illas“ quaeritur quas et intellegitur carnes. hoc enim sequitur: et manducabunt carnes hac nocte assatas igni: quod habent latini codices: qui manducabunt carnem, graeci autem habent κρέα, id est carnes, sed genere neutro, ideo in graeco est: in domibus, in quibus manducabunt illa in eis. est uero ista locutio, ut prius diceret illas, quam praediceret quid in consequentibus intellegeretur quas dixerit, similis ei locutioni, quam de filio Moysi exposuimus, cum eum uellet angelus occidere, et exemplum adhibuimus de psalmo: fundamenta eius in montibus sanctis; diligit dominus portas Sion: cuius enim fundamenta non intellegimus nisi ex consequentibus; sic et hic „in quibus manducabunt illas in eis“, id est in quibus domibus manducabunt illas, intellegitur carnes, de quibus consequenter loquitur.

LXV. Sumetis autem uobis fasciculum hyssopi et tinguetis ex sanguine qui est iuxta ostium et linietis super limen et super ambos postes de sanguine. etiam hic „fasciculum hyssopi“ plures utique fasciculos significat, sicut rana plures ranas et locusta

1 Ib. 12, 7. 8 12 Quaest. de Exodo XI 14 Ps. 86, 1. 2 20 Ex. 12, 22

1 a] de b 3 quibus] qua CNLS 4 moreositatissimo C¹ 5 et om. C
 6 hac] ac CN 8 autem om. N κρέα scripti: crea C grea N creas LS
 κρέας bā carnes scripti: carnem libri 9 graeco (co m. 1 s. l) C est
 om. C illa S¹ 10 uere N ista] illa bā quam] quas b
 11 intellegerentur C¹ 12 moyse C 13 adhibuimus C 14 dilig& C¹
 17 manducabant L 18 sequentur L 20 sumitis N fasciculum LS¹
 ysopi C ysophi N hysopi L hisopi Sb 21 tinguetis] ungetis N tin-
 guitis C iuxta] iusta N ostium LS¹ 22 linietis N lenietis. d
 23 faciculus Lbd ysopi C ysophi N hysopi L hisopi Sb 24 utique]
 itaque LS om. b fasciculos L¹ lucusta C lucustas N

plures locustas; tropus autem iste quando fit in rebus, quae a nobis non ita dici solent, obscuritatem facit.

LXVI. Et erit cum dicent ad uos filii uestri: quae est seruitus ista? et dicetis eis: immolatio pascha hoc domino: etiam si non haberet „et“, plenum 5 esset: dicetis eis.

LXVII. Et aduenientes fecerunt filii Israhel, sicut praecepit dominus Moysi et Aaron, ita fecerunt: non adderet: ita fecerunt, nisi mos esset scripturarum.

LXVIII. Et factum est in die illa eduxit dominus 10 filios Israhel de terra Aegypti.

LXVIII. Ait autem dominus ad Moysen dicens.

LXX. Omne adaperiens uuluam masculina. pluralem numerum intulit singulari, quia ipsum quod dictum est: omne adaperiens, non utique in uno, sed in multis 15 accipitur. similis est locutio: attendite, populus meus: tale est et quod paulo post sequitur: omne, quod adaperit uuluam de armentis et de pecoribus, quaecumque tibi nata erunt. omne quaecumque tibi nata erunt ipse modus est locutionis. 20

LXXI. Omne adaperiens uuluam asinae. graecus habet „asini“ modo illo locutionis — quod iam in Genesi notauimus — ubi masculinum pro feminino positum est de morte Sarrae dicente scriptura: surgens Abraham a mortuo, et: sepeliam mortuum meum, et talia ibi 25 saepe dicuntur de mortua.

3 Ib. 12, 26, 27 7 Ib. 12, 28 10 Ib. 12, 51 12 Ib. 13, 1
13 Ib. 13, 12 16 Ps. 77, 1 17 Ex. 13, 12 21 Ex. 13, 13
24 Gen. 23, 8, 4

1 plures locustas *om.* *N* plure locustas *b* istae *N* 2 faci& *C*
4 immolati& *b* 5 habere**t* (*n eras.*) *S* 6 dicitis *C* 7 filii isrl
fecerunt *b* 8 ita fecerunt *om.* *LSb* 9 non—fecerunt *om.* *CN* mos
esset] mores *C* esset *om.* *N* 12 autem] enim *b* 16 popule *bd*
17 et *in ras. m.* 2 *C* adaperit (*p ex d*) *N* aperit *d* 18 *alt.* de *om.* *b*
22 quod] quem *bd* 24 sarrae *CS*² 25 sepelliam *C* talia] alia *C*
sepe ibi *b*

LXXII. Propter hoc ego immolo domino omne quod aperit uulnam masculina: similis locutio superiori.

LXXIII. Et erit in signo super manum tuam, id est super opera tua: ubi magis sensus est forsitan quam
5 locutio.

LXXIII. Et excussit dominus Aegyptios in medium maris. graecus habet: et excussit dominus Aegyptios medium maris.

LXXV. Uidit autem Israhel manum magnam, quae
10 fecit dominus Aegyptiis.

LXXVI. Tunc cantauit Moyses et filii Israhel canticum hoc domino et dixerunt dicere; sic enim habet graecus: καὶ εἶπαν λέγειν.

LXXVII. Et non inueniebant aquam, ut biberent.
15 poterat non habere: ut biberent.

LXXVIII. Et murmurauit populus aduersus Moysen dicentes: non „dicens“ sed: dicentes; ex pluribus enim populus constat.

LXXVIII. Et uenerunt omnis synagoga filiorum
20 Israhel in heremo: non dixit „uenit“, quia synagoga ex pluribus constat.

LXXX. Murmurabant omnis synagoga filiorum Israhel aduersus Moysen et Aaron: eadem est et ista locutio.

25 LXXXI. Dixit autem dominus ad Moysen: ecce

1 Ex. 13, 15 3 Ib. 13, 16 6 Ib. 14, 27 9 Ib. 14, 31 11 Ib.
15, 1 14 Ib. 15, 22 16 Ib. 15, 24 19 Ib. 16, 1 22 Ib. 16, 2
25 Ib. 16, 4

1 ego] ergo *LS* 3 Et *om. CNLSb* in signo *s. l. m. 2 ut uidetur C*
signum *d* 4 omnia opera *b* forsitam *C* 8 medium] *μεσον cod.*
Graeci 9 que *C* 11 filiis *N* 12 *κρητω cod. Alex.* 18 καὶ εἶπαν
λέγοντες cod. Vat. καὶ εἶπαν τῷ λέγειν cod. Alex. *ce ipan legin C*
ca- *eipanlegim N ce ipan legin LS λεγαν λεγειν b* 16 murmurauit (*ra*
s. l. m. 1) C 17 dices *L* 19 sinagoga *CNLS* 20 eremum *d*
sinagoga *CNLS* 23 et ista] ista *Cd* 25 autem *om. S*

ego pluam uobis panes de caelo: manna pluiturus panes promisit. locutio est, qua panis pro alimento ponitur; amat autem scriptura pluraliter magis panes quam singulariter dicere.

LXXXII. Mane uidebitis, inquit, gloriam <domini>, dum exaudiet murmurationem uestram super deum, id est quia murmuratis super deum: quod tantum ualet, ac si diceret: aduersus deum. deinde notandum nouo modo hic exauditionem dictam non precantium sed murmurantium, cum reprehendat utique scriptura murmurationem. tamquam hoc dixerit, quod cognouerit deus murmurationem eorum, et ipsam dei cognitionem dixit exauditionem.

LXXXIII. Accedite ante deum; exaudiuit enim murmur uestrum: iterum exauditionem non precum significat et petitionum sed etiam murmur malorum; hoc et postea dicit deus: exaudiui murmur filiorum Israhel.

LXXXIII. Et ecce in facie heremi minutum tamquam coriandrum. cum totiens deus dicat: faciem terrae sicut hic: faciem heremi, mirum est, unde homines ita errent, cum faciem audierint, ut aliquid tale opinentur, qualis hominis facies est uel alicuius animantis.

LXXXV. Secundum numerum animarum uestrarum; unusquisque cum conmanentibus uobiscum colligite. quam saepe scriptura animas homines appellat — a parte totum — non facile autem carnes pro hominibus, sed carnem, sicuti est: non timebo, quid mihi faciat caro, quod apertius in eodem psalmo ait: quid mihi

4 Ib. 16, 7 12 Ib. 16, 9. 12 16 Ib. 16, 14 21 Ib. 16. 16
25 Ps. 55, 5. 12

1 panem CNLS; cf. *Quaest. de Exodo quaest. LVIII* celo C
mannam S mannam CL pluiturus] pluit uobis N 3 magis om. N
panem CNLS 4 domini *addidi sec. LXX* κρητων 6 quia om. b
murmuratis C 7 deceret C¹ 9 reprehendat (re s. l. m. 1) C 12 accedite (pr. e ex i) C, (di s. l. m. 1) S 13 murmur C 14 murmuris d
15 exaudiuit CNLS murmur C¹ 17 colliandrum S 18 homines—
errent om. N; sed spatium sufficiens rel. 19 tale aliquid b 22 uobiscum scripsi: uobis libri 23 hominis C 25 faciat mihi Sb

faciet homo. non tamen diceret: secundum numerum car-
nium uestrarum, sicut dixit: secundum numerum ani-
marum uestrarum.

LXXXVI. Et collegerunt illud mane mane: quo-
modo puteos puteos, aceruos aceruos, sic dictum est: mane
mane.

LXXXVII. Nullus uestrum egrediatur unusquisque
de loco suo die septimo: quod interpositum est: unus-
quisque, potuit et non dici.

LXXXVIII. Non erat autem populo aqua bibere, id
est ad bibendum.

LXXXVIII. Et maledicebat populus ad Moysen: id
est maledictis agebat Moysen, hoc est maledicebant illi; nam
hoc in consequentibus ipse dixit: quid maledicitis mihi?

LXXXX. Et murmurabat populus ad Moysen di-
centes.

LXXXXI. Et uirgam, in qua percussisti flumen,
accipe in manu tua. in qua percussisti dixit pro eo,
quod dicimus „de qua percussisti“, et est ista locutio creber-
rima in scripturis.

LXXXXII. Et sumpsit Iothor socer Moysi holo-
caustomata et sacrificia deo: sumpsit pro eo, quod
est obtulit. an forte sensus est, non locutio, ut ea sumpsisse
intellegatur, quae Moyses obtulisset, quamquam Moyses non
legatur superius sacrificasse nec Aaron nec quisquam
Hebraeorum, qui educti sunt de terra Aegypti, sed tantum

4 Ex. 16, 21 7 Ib. 16, 29 10 Ib. 17, 1 12 Ib. 17, 2
15 Ib. 17, 3 17 Ib. 17, 5 21 Ib. 18, 12

1 faciat *LS* tamen] autem *LSbd* 4 colligerunt *NS* quomodo—
mane *om. b* 5 puteus *prius C* 7 *sec. cod. Alex.* quisque *b* 8 loco]
loquo *C* quisque *b* 13 agerat *N* agebant *LSb* 14 maledictis *N*
15 murmurabat *C* murmurauit *d* 17 uirga *N* quā *C* percussisti *N*
19 dicemus *N* et *s. l. m. 1 C* - est ista] estis *N* ista] ita *b*
alocutio *N* 21 sumpsit *LSb* iothor *NLSd* iethor uel iethro *b*
olocaustomata *C* 22 sumpsit *NLSb* 23 obtulit *C* 24 que *C*
obtulisse *LSb* 26 hebreorum (*rum s. l. m. 1 C*)

superius scriptum est, quod altare constituerit Moyses et appellauerit illud: dominus meum refugium? istum autem Iotor legimus sacerdotem fuisse Madiam, id est gentis Madiam. mirum est autem, si eius aduentu coepit sacrificare Moyses et non potius ipse Iotor, qui iam sacerdos erat. 5

LXXXXIII. Graue tibi uerbum hoc. subauditur „est“.

LXXXXIII. Et demonstrabis illis uias, in quibus ambulabunt in eis.

LXXXXV. Uerbum autem graue referebant super Moysen; sic enim habet graecus, quod latini interpretati 10 sunt: ad Moysen. illa sane locutione ipsa etiam cura significatur, qua dictum est: super Moysen, uelut onus ei significaretur inpositum. uerbum autem graue dictum est pro quaestione graui. unde sequitur: omne autem uerbum leue iudicabant ipsi. 15

LXXXXVI. Quod graecus habet: ἐπωνομάζω, supernominauero aut adnominauero expressius dicitur: quod usitatus „cognominauero“ nonnulli interpretati sunt. sed non habet necessariam significationem cognominauero; propinquius autem dicitur cognominauero quam nominauero. 20 nam et hoc aliqui interpretes dixerunt.

LXXXXVII. Et ueniam ad te et benedicam te. cum superius pluraliter loqueretur, facietis et immolabitis. dicit: ueniam ad te, tamquam ipsi Israhel, id est populo.

LXXXXVIII. Et hae iustificationes, quas adpones 25

2 Ib. 17, 15 6 Ib. 18, 18 7 Ib. 18, 20 9 Ib. 18, 26
16 Ib. 20, 24 22 Ib. 20, 24 25 Ib. 21, 1. 2

2 illut C 3 iothor NLSbd iethor b madiã (m s. l. m. 1) C
madian bd gentes C 4 maziã C madian bd eius] ad eius b
aduentum Nb cepit C 5 et] ut C iothor NLSd iethor b
sacerdus C 8 ἀμφιῶν ἀβυλάβαν C 9 sec. cod. Alex. grauiue d
11 illa saue] illas ane (s add. m. 2) C sanæ S ipse C 12 qua]
quia LSb honus C 13 significetur LSb grauae S om. b 15 leue
uerbum b iudicabant scripsi sec. LXX: indicabunt libri 16 epono-
mason CNLS ἐπωνομαζων b 18 interpati S¹ 20 propinquius—cogno-
minauero om. C 25 haec Nb om. C quam S¹ adpones scripsi:
pones CNLS¹d ponas b

coram illis. si emeris seruum Hebraeum et cetera. notanda locutio, quemadmodum, cum illud dictum est ad Moysen, hoc est, hae sunt iustificationes, quas adpones coram illis, tam ad ipsum populum cetera dicuntur
 5 quam ad Moysen: si emeris seruum Hebraeum. non enim hoc Moysi dictum est, sed, quod populo diceret, tantum ipsi populo dicebat.

LXXXXVIII. Pertundet ei dominus auriculam de subula et seruiet ei in sempiternum uel in aeternum, quod graecus habet: εἰς τὸν αἰῶνα. ecce quemadmodum scriptura multis locis dicit secundum hoc uerbum graecum „sempiternum“ uel „aeternum“, ubi non intellegitur illa aeternitas, secundum quam nobis aeterna promittitur uel secundum quam a contrario igne aeterno mali cremabuntur!
 15 neque enim seruus iste, qui uiuere in aeternum non posset, posset seruire in aeternum; sed intellegitur „aeternum“ dictum, cuius temporis finis non est. aut certe aliquid hoc sacramento significatur aeternum.

C. Dabo tibi locum, in quem fugiat ibi, qui occiderit.
 20

CI. Si quis percusserit seruum suum aut ancillam suam in uirga: quod est „de uirga“.

CII. Lapidibus lapidabitur taurus: quasi possit lapidari nisi lapidibus. differt aliquid ista locutio ab illa, qua
 25 diceret more scripturarum: lapidatione lapidabitur, sed tamen similis est.

8 Ex. 21, 6 19 Ib. 21, 13 21 Ib. 21, 20 23 Ib. 21, 28

2 est] sit *NLSbd* 3 he *C* hec *b* iustificationes (ca *s. l. m. 1*) *C*
 4 illis] ipsis *N* tam] iam *CLSbd* 5 quam] quasi *bd* si emeris
 seruum *om. N* 6 hoc] homini *N* Moysi] si *N* diceret *om. b*
 8 pertundit *C* pertunde *L* 9 ei *om. b* 10 iston eon *C* staneon *N*
 istonaena *LS* εναωννα *b* 12 sempit̄ sempiternum (*exp. m. 1*) *C*
 13 aeternitas illa *bd* promittuntur *bd* 14 aeterno *om. b* cremabantur *b*
 15 istae *N* possit *C* 16 posset *C* 19 ibi *om. C* 23 posset *NLSb*
 24 lapidare *S¹* et ante differt *add. s. l. m. 2 S* differat *LS* 25 lapi-
 datione *om. C* sed—est *om. N*; sed spatium aptum uacuum relinquitur

CIII. Si autem taurus cornipeta erat ante hesternam et nudustertianam: pro tempore praeterito posuit partem pro toto, quantumcumque illud fuisset, more scripturarum.

CIII. Si quis autem aperuerit lacum aut exciderit lacum et non operuerit eum et ceciderit illuc vitulus aut asinus, dominus laci reddet. et haec locutio a parte totum intellegenda est; non enim, si equus ceciderit in lacum aut ovis, ideo non reddet, quia hoc scriptum non est.

CV. Quod autem mortuum fuerit, ipsi erit, pro „ipsius erit“.

CVI. Si autem depauerit quis agrum aut uineam et admiserit pecus suum depascere agrum alium, id est „alienum“.

CVII. Si autem pignus acceperis uestem proximi, ante solis occasum reddes ei. genus pro specie posuit: sic enim dictum est, ac si de omni ueste pignus dederit, cum de illo specialiter se dicere ex consequentibus scriptura testetur, qui non habet nisi eam uestem, unde se nocte cooperiat.

VIII. <Et> ecce ego mitto angelum meum ante aciem tuam, ut seruet te in uia, ut inducat te in

1 Ib. 21, 29 5 Ib. 21, 33, 34 11 Ib. 21, 34 13 Ib. 22, 5
16 Ib. 22, 26 22 Ib. 23, 20, 21

1 Si] ut *N* cornipeta *C* cornupeta *LS²bd* hesternam] externam *LS*
2 et *om.* *N* nudustertianam *C* nudustertianam *LS¹ om.* *N* ante
pro *m.* 1 *exp.* pte *C* posuit] posito *C* 5 aperierit *b* 6 operierit *CL*
operuerit (u s. l.) *S* 7 reddit *C* 8 a parte (corr. *m.* 1) *C* aperte *LS¹*
aequus *NS* 9 ceciderit (ci ex ce) *N* oues *C* 11 ipsi]
ipsius *C* pro ipsius erit *om.* *C* 14 amiserit *C* amiserit *NLS*
16 acciperis *C* acciperit *N* proximi tui *b* 17 reddis *C* 18 omni]
onia *C* 20 habent *C* se *om.* *N* 21 cooperiatur *N* cooperat *b*
22 Et addidi *sec.* *LXX* 23 ut scripsi *sec.* *Quaest. in Ex. quaest.*
XCI: et libri

terram, quam paraui tibi. adtende tibi et exaudi eum. angelum suum iubet deus exaudiri a populo non utique petentem, sed iubentem.

CVIII. Et mittam uespas ante te et eiciet Amorreos: a plurali ad singularem numerum se conuertit. intelligitur autem: eiciet Amorreos uespa, sicut rana, sicut locusta, non quod una sit, sed quod per singularem pluralis numerus intelligitur.

CX. Per partes eiciam illos a te.

CXI. Non dispones illis et diis eorum pactum; et non consident in terra tua, ne peccare te faciant ad me: non dixit „in me“, idem tamen significat.

CXII. Respondit autem omnis populus uoce una dicentes.

CXIII. Et uiderunt locum ubi steterat ibi deus Israhel. ubi steterat posset sufficere, sed hebraicae dicuntur istae locutiones.

CXIII. Et inaurabis illa auro. similis est locutio „lapidibus lapidabitur“.

CXV. Cyathos in quibus immolabunt in eis.

CXVI. Duas bases columnae uni in ambas partes eius et duas bases columnae uni in ambas partes eius. ne de omnibus diceret, de duabus dicit more suo geminando, sicut puteos puteos, aceruos aceruos, generationes et generationes et similia.

4 Ex. 23, 28 9 Ib. 23, 30 10 Ib. 23, 32. 33 13 Ib. 24, 3
15 Ib. 24, 10 18 Ib. 25, 12 20 Ib. 25, 28 21 Ib. 26, 19

1 adtende tibi *scripsi*: ante ibi *C* ante te ibi *NL* ante te sibi (*t eras.*) *S* ante te ibi *bd*; *cf. Exodi quaest. XCI et contra Faustum XVI 19 p. 461 edit. meae* 2 exaudiri (*i fin. ex e m. 1*) *C* 4 et 6 amorreus *C* amorreos *N* amorreos *Lb* ammorreos *S* Amorrhaeos *d* 6 eiciet] ei & *N*; *cod. Graeci* ἐκβαλῶ et ἐκβαλεῖς 7 singularem numerum *b* 8 intelligatur *Cbd* 10 illos *C* dis *N* 11 ne] nec *b* 15 ibi] ubi *N* *saxt. cod. Alex.* deus] dñs dñs *b* 16 hebrejē *C* ebraicae *N* hebraice *LS* hebraice *d* 17 iste *CLS* 20 cyatos *CS*¹ 21 (et 22) uni] uiri *b* 23 ne] nec *b* 24 puteus puteus *C* aceruus aceruus *C*

CXVII. Et columnas inaurabis auro et inaurabis seras auro.

CXVIII. Et inaurabis ea aeramento: talis locutio est <qualis> „inaurabis auro“.

CXVIII. Extra uelum quod est super testamen- 3
tum. de lucerna accendenda cum diceret, hoc ait, id est
quod foris accenderetur, ubi est sanctum, non intra uelamen,
quod est super testamentum, hoc est sanctum sanctorum.
ergo super non sic ait, tamquam esset tectum uel camera uel
firmamentum caeli uel arcae cooperculum, sed etiam quod 10
uice parietis obpositum esset, super dixit: sicut dicimus
superiorem discumbere aut stare non utique alterum portari
ab altero.

CXX. Legitimum sempiternum in progenies ue- 15
stras: eo modo sempiternum, quo multa superius diximus.

CXXI. Et sumet Aaron nomina filiorum Israhel
super rationale iudicii super pectus introeunti
in sanctum. consequens erat, ut diceret: introiens in
sanctum, hoc est „sumet Aaron introiens“, quod aliqui
latini soloecismum uitantes interpretati sunt. sed quia et 20
graecus introeunti habet et latini aliqui consonant, locu-
tionem potius notandam credidi quam corrigendam.

CXXII. Et pones super rationale iudicii fimbrias
catenata. et hic latini nonnulli soloecismum cauentes
fimbrias catenatas interpretati sunt; graecus autem 25

1 Ex. 26, 29 3 Ib. 27, 6 5 Ib. 27, 21 14 Ib. 27, 21 16 Ib.
28, 23 23 Ib. 28, 24

2 serras *LS* 4 qualis *addidi: om. CNLSbd; cf. Loc. Num. XIII*
5 testamentum (v *supra* o *additum*) *N* 6 accendenda (*pr. n s. l. m. 1*) *C*
id est *om. N* 9 sic *om. C* est *CNLbd* 10 celi *C* ar-
chae *N* cooperculum *CNL* 14 legitimum (*E eras.*) *S* 15 ante eo
exp. est m. 1 eo modo sempiternum in progenies uestras *C* 16 sumit *C*
18 in sanctum] sanctuariū *b* sanctum *d* consequens—sanctum *om. LS*
20 solicismum *CN* solicismum *L* soloecysmum (*e s. l.*) *S* 22 notan-
dum *CLS* corrigendum *S* 24 catenate *N* catenatas (*s s. l.*) *S*
hic] hinc *NLS* nonnullis *N* solicismum *CLS*¹ solicismum *N*

habet: τοὺς κρωσσούς τὰ ἀλωσιδωτά. hanc solemus dicere absolutam locutionem, cum generi masculino uel feminino neutrum infertur, quemadmodum si dicamus: iustitiae terrenae non sunt stabilia.

5 CXXIII. Et Aaron cum coeperit fungi sacerdotio, audietur uox eius intranti in sanctum in conspectu domini et exeunti. uocem eius ex tintinabulis dixit, qui magis sonus est eius. intranti et exeunti pro „intrantis et exeuntis“ posuit datiuum pro genetiuo.

10 CXXIII. Et duos renes et adipem quae super eos, subauditur „est“, quod nonnulli interpretes addiderunt.

CXXV. Et separabis illud separatione.

CXXVI. Et cum accendet Aaron lucernas, sero incendet super illud. sero dixit pro „uespere“ et ideo
15 notanda locutio est; ὀψὲ quippe graecus habet. sero autem proprie non solet dici, nisi cum tempus transierit, quo fieri debuit, quod sero dicitur factum.

CXXVII. Si acceperis computationem filiorum Israhel in uisitatione eorum et dabunt singuli
20 redemptionem animae suae domino et non erit in eis ruina in uisitatione eorum et hoc est quod dabunt tibi. pendet ista locutio, quia interposita est coniunctio copulatiua: quae si non interponeretur, non penderet. tribus autem locis est posita, quorum undelibet detracta

5 Ex. 28, 35 (31) 10 Ib. 29, 13 12 Ib. 29, 26 13 Ib. 30, 8
18 Ib. 30, 12. 13

1 tus crosus alysidotan CN toycros . ustoli . sidoton LS τοῦ κρωσσῶς σιδηρον ὁ ἀλωσιδωτά d; edit. Graecae aliter coniungunt 3 iustitiae terrenae] iusti&terrenae C iustiae (ti s. l. er.) terna (re s. l. er; a ex e) S iusti eterne ὁ 5 ceperit C sacerdoti C 6 conspectum N 7 tintinabulis ὁδ 9 genetiuo CNS² 10 q: C 12 separauit SL separabit ὁ 14 uesperę L 15 obse CNLS ὀψὲ ὁ graecus habet om. N; sed spatium uacuum 16 propriae N solet] let C quod N 18 acceperit LS 19 uisitationem N 22 tibi om. cod. Graeci pendit C coniunctio C 24 undelibet (unde s. l. m. 1) C

plenam facit esse sententiam. rursum ubi dictum est: si acceperis computationem filiorum Israhel in uisitatione eorum, et dabunt singuli redemptionem animae suae domino; si enim non dixisset: et dabunt, sed tantummodo dixisset: dabunt, finiretur sententia nec penderet. ita enim diceretur: si acceperis computationem filiorum Israhel in uisitatione eorum, dabunt singuli redemptionem animae suae domino. si autem hic ponitur haec coniunctio, deorsum tollenda est, ut ita dicatur: si acceperis computationem filiorum Israhel in uisitatione eorum et dabunt singuli redemptionem animae suae domino et non erit in eis ruina in uisitatione eorum, hoc est quod dabunt. aut certe in medio, ubi dictum est: et non erit in eis ruina, si detrahas coniunctionem, non pende- bit sententia; erit enim sensus: si acceperis computationem filiorum Israhel in uisitatione eorum et dabunt singuli redemptionem animae suae domino, non erit in eis ruina. cum uero ubique posita est eadem coniunctio, pendere facit locutionem; ideo eam notandam putauimus.

CXXVIII. Consurrexit populus in Aaron et dixerunt ei. usitata locutio est, quia ex multis populus constat. deinde notandum totum pro parte positum. apostolus enim, sicut reuera erat, quosdam eorum dixit hoc fecisse, non totum populum, ubi ait: neque idolis seruiamus sicut quidam illorum.

22 Ex. 32, 1 26 I Cor. 10, 7

1 esse *om. b* esse sententiam] essentiam *LS^a* rursum *LSbd*
 2 computationem (*nem s. l. m. 1*) *C* 3 ipsorum *CNLSb* redemcione *C*
 5 fineretur *C* 6 ita enim diceretur *s. l. S* computatione *N* 7 filiorum—uisitatione *om. N* 8 redemcione *C* 9 coniunctio *C* 11 ipsorum *CNLSb* 12 redemcione *C* 14 eorum ubi *S* est *om. S*
 15 coniunctionem *C* 16 computationem *C* 17 ipsorum *NLSb* 19 ubique] utique *LS^b* coniunctio *C* 20 fecit *NLS* 22 dixerunt] *cod. Graeci tempore differunt*

CXXVIII. Surge et fac nobis deos, qui nos praecedant. sedenti loquebantur? an potius locutio est notanda, propter quod dicitur saepe: exsurge, domine, aut: surge, deus, iudica terram.

5 CXXX. Et nunc sine me et iratus ira, quomodo „morte morietur“; amat ita loqui scriptura.

CXXXI. Cui sunt aurea, demitte: non dixit quid aurea. unde latini interpretes dixerunt: qui habet aurum, demat.

CXXXII. Quis ad dominum? ueniat ad me.

10 CXXXIII. Fecerunt sibi deos aureos: de uno uitulo. pluralem ergo numerum pro singulari posuit. inde est et illud: hi di tui Israhel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. non sane locutiones istae reperiuntur, ubi pluralis pro singulari ponitur, nisi in eo rerum genere, in quo etiam
15 de pluribus fieri uel intellegi potest. non enim quia unus ille uitulus erat, ideo non et plures fieri poterant aut ideo non multis idolis similis fuerat. hac locutione dictum est latrones insultasse domino, cum hoc unum fecisse scriptura testetur, sed non solus fuerat latro. quin etiam cum ista
20 locutio fit per nomina propria, qualiter eam in scripturis factam nondum conperimus, plures illic intelleguntur, sicut Phaedras et Medeas quidam dixerunt, cum fuerit una Phaedra et una Medea; sed Phaedras et Medeas appellauerunt omnes similes Phaedrae et Medeae. ita non sine causa nec utcumque

1 Ex. 32, 1 3 Ps. 43, 27 Ps. 81, 8 5 Ex. 32, 10 7 lb. 32, 24 9 Ib. 32, 26 10 Ib. 32, 31 12 Ib. 32, 4 18 cf. Matth 27, 44 19 cf. Luc. 23, 39

3 saepe dicitur (dic&ur N) *NLSbd* 4 terra C 5 si ne d 6 ita.. (q: er.) C 7 τιμι *cod. Alex.* χροσια *cod. Graeci.* demitte NS¹ dimitte L 10 deos] ds C 11 et om. *LSb* 12 illat C dii *LSbd* **te (de *er. uidetur*) S 13 repperiuntur CN 14 genere genere I. 16 fin. ideo] ideo et N 19 testatur *LSb* quin etiam] quinto iam N 21 c&perimus C illic] sic b 22 fedras *CNLS* phedras b medeas C una] unus N fedra *CNLS* phedra b 23 medea C fedras *CLS* fedra N et Medeas] semper N medeas C medeas (r *eras.*) S 24 fedrae *CNLS* phedre b medeae (r *er.*) S utcumque] uicumque N

ac passim sicut ab inperitis uitiose fit, sed certo modo certisque regulis istae locutiones interponuntur.

CXXXIII. Uade, ascende hinc tu et populus tuus, quos eduxisti de terra Aegypti, non „quem“ eduxisti: quod ita usitatum est, ut rarius aliter dicatur. 5

CXXXV. Et dixit dominus: deponite stolas gloriarum uestrarum et cultum, et ostendam quae facturus sum tibi. a plurali ad singularem numerum locutionem terminauit, quia multi erant et populus erat, sicut eis dixerat: uos populus dura ceruice; non dixit „tu populus“, sed: uos 10 populus, cum uos numeri sit pluralis, populus autem numeri singularis.

CXXXVI. Si inueni gratiam in conspectu tuo, simul ambulet dominus meus nobiscum: tamquam de alio dicat. adsiduae sunt hae locutiones, sed cum dicitur ad 15 deum, putatur patri dici de filio. cum autem talia dicerentur ad Pharaonem et ad Ioseph et ad alios multis locis, genus locutionis intellegebatur.

CXXXVII. Ne quando ponas testamentum his, qui sedent super terram: ac si diceret „sedes habent“, quod est 20 „habitant“.

CXXXVIII. Et deos fusiles ne feceris tibi. locutio est a parte totum significans; non enim quia fusiles tantummodo nominauit, fieri sculptiles, ductiles fictilesque permisit uel ullum genus simulacrorum aut qualiumcumque factici- 25 orum deorum.

CXXXVIII. Omne adaperiens uuluam <mihi> mas-

3 Ex. 33, 1 6 Ib. 33, 5 13 Ib. 34, 9 19 Ib. 34, 15 22 Ib. 34, 17
27 Ib. 34, 19

2 iste L 4 aegypto C, (o corr. ex i m. prima) N nonç (o ex u) N
7 q: C 9 erat om. b eis om. LSb 10 et populus N dure L
dure S² ceruicis S²b 15 hae om. CN eloquutiones C elocutiones N
19 ponat NLSb iis d 20 sedet b 21 abitant N 22 deos (os s. l.
m. 1) C feceris (ce s. l. m. 1) C tibi] ibi b 23 fusilis (pr. s
ex g) C 25 qualicumque LS qlæctique b factitiorum d 27 mihi
addidi e u. sequ. masculinâ C masculinum N

culina. id est: omne adaperiens uuluam mihi erit ex his, quae sunt masculina.

CXXXX. Primitium subiugalis redimes oue. et hoc a parte totum est; neque enim si subiugale non sit iumentum quodlibet, cuius caro tamquam immunda respuitur, ideo non est redimendum aut alio quam oue redimendum.

CXXXXI. Non occides super fermentum sanguinem immolatorum meorum: locutio est utique „occides sanguinem“ pro eo, quod est: occidendo effundes.

10 CXXXXII. Et non dormiet usque in mane immolatio sollemnitatis paschae. dormiet dixit „manebit“; nam caro pecudis occisae et coctae quemadmodum dormiet? quod ergo dicitur: quare dormis, domine, hoc genere locutionis dicitur et intellegitur: quare cessas, id est non uindicas.

15 CXXXXIII. De quadraginta dierum ieiunio Moysi scriptura sic loquitur: panem non manducauit et aquam non bibit, a parte totum, id est a pane omnem cibum et aqua omnem potum significans.

CXXXXIII. Excide tibi duas tabulas <lapideas> sicut et primae, subauditur „fuerunt“: unde hoc uerbum nostri interpretes etiam addendum putauerunt, quoniam inusitata est in lingua latina talis ellipsis.

CXXXXV. Et ait Moyses ad omnem synagogam filiorum Israhel dicens: plenum esset, et si non haberet 25 dicens.

3 Ex. 34, 20 7 Ib. 34, 25 10 Ib. 34, 25 13 Ps. 43, 24
16 Ex. 34, 28 19 Ib. 34, 1 23 Ib. 35, 4

1 iis d 4 a parte] aperte L 7 occides (e ex i m. 1) C occidit N firmentum C 8 occidis N 9 occidendi CN 10 dormiet (t supra exp. s) N usque] usque usque C¹ om. b 11 sollemnitatis C solempnitatis N sollemnitatis LS¹ pasche C 12 pecudis N quemadmodum] quemadmodum LN quomodo bd 13 dormis] obdormis bd 16 manducabit N et om. N 17 id est a] a LS om. bd omne SN aquam LS omne N 19 lapideas addidi ex Quaest. de Exodo quaest. CLVIII in fine 21 putarunt N 22 ellipsis C ellypsis NL ellypsis S eclipsis b 23 ait] erat b sinagogam CNS 24 etsi] si N

CXXXXVI. Et adtulerunt unusquisque quod adferbat cor eorum. poterat usitatus dici: et adtulit unusquisque quod adferbat cor eius.

CXXXXVII. Et quibus uisum est animae eorum adtulerunt demtionem domino, non dixit: et sicut uisum est animae eorum. 5

CXXXXVIII. Et omnis cui inuentum est apud eum coria arietum rubricata, quod diceretur usitate: et omnes apud quos inuenta sunt coria arietum rubricata.

CXXXXVIII. Omnis adferens demtionem argentum et aes adtulerunt demtiones domino. usitatus diceretur: omnis adtulit quam omnis adtulerunt. 10

CL. Et apud quos inuenta sunt apud eos ligna inputribilia: apud eos more scripturarum additum est: nam sine hoc esset plena sententia. 15

CLI. Et omnis mulier sapiens mente manibus nere, quasi nere possit non manibus; et „sapiens nere“ elegans atque inusitata locutio est. deinde: omnis mulier adtulerunt more superiorum plurali concluditur singularis, quia „omnis mulier adtulit“ usitatus diceretur. 20

CLII. Et omnes mulieres quibus uisum est sensu suo in sapientia nerunt pilos caprinos. notandum sapientiam in his artibus saepe appellare scripturam, id est σοφίαν.

CLIII. Et compositiones et oleum unctionis et con- 25

1 Ex. 35, 21 4 Ib. 35, 21 7 Ib. 35, 23 10 Ib. 35, 24
13 Ib. 35, 24 16 Ib. 35, 25 21 Ib. 35, 26 25 Ib. 35, 28

1 afferret *Sb* 2 dicere *b* 4 *sec. cod. Alex.* 7 *initium sec. cod. Alex.* aput *CN* 8 rubricata *LS* et *om. LSbd* 9 aput *C*
rubicata *LS* 10 *sec. cod. Alex.* omnis *L¹ oms S* redemptionem *b*
11 dicere (*in fine uersus*) *C* 12 quam omnes *L* quam oms *S* 13 Et]
Et omnis *N* aput (*bis*) *C* 14 addictum *N* 15 nam] nunc *b ante*
sine *er. sine C* 16 et 17 neere *CNLS* 17 posset *NLSbd* 18 adque *C*
21 sensu suo *s. l. S* 22 sapientia sua (*sua semierasum*) *S* neerunt *CNLS*
caprinus *C* 23 scripturam (*tu s. l.*) *S* scripram *L* 24 sophian *CNLS*
sophiã *b*

positionem incensi: non compositiones aliquas extra debemus intellegere, sed, cum dictum esset: et compositiones, per coniunctionem copulatiuam non aliud adiunxit sed quod dixerat exposuit, ut sciremus, quas compositiones, et oleum, 5 inquit, unctionis et compositionem incensi. compositiones autem uocat, quia ex multis ista confecta sunt.

CLIII. Et omnis uir et mulier quorum adferebat sensus eorum, ut intrarent et facerent omne opus quodcumque praecepit dominus fieri illud per Moysen, 10 adtulerunt filii Israhel demtionem domino. ergo omnis uir et mulier intelleguntur filii Israhel. ceterae locutiones similes superioribus.

CLV. Facere aurum et argentum et aes: pro eo, quod est: facere ex auro et argento et aere; non enim aurum 15 faciēbant sed ex auro. tale est etiam quod paulo post dicit: et operari ligna, hoc est: ex lignis.

CLVI. Facere omnia opera sancti, textilia et uaria texere cocco et bysso, facere omne opus architectonicum uarietatis. ecce et in rebus textilibus architectonicum opus 20 appellat; mirum nisi propterea, quia tabernaculo fiebant, quod aedificii simile fuit et tamquam domus erigebatur. quid autem dicat: opera sancti, non euidenter adparet, utrum sancti sacerdotis, quoniam et de stola uel de stolis eius haec dicuntur, an sancti dei, in cuius cultum haec fiebant, an 25 opera sancti, sicut dicebatur sanctum et sanctum sanctorum.

7 Ex. 35, 29 13 Ib. 35, 32. 33 17 Ib. 35. 35

1 demus *LS*¹ 2 et *om. CN* 3 coniunctionem *C* aliud *C* adiunxit *N*
 4 cōpositiones *C* composit (*uacuum spatium 12 litter.*) *N* et oleum
om. N 5 cōpositionem *C* compositionem *LS* 6 ista] ita *LS*
 11 ceterae] certere *N* 12 similis *C* 14 aere] here *N* 15 tale est]
 deest *N* paulo] populo *N* 16 operari] erari *N* ligna] ligno *S*
 17 Facere] mire *N* uaria] idaria *C* 18 et cocco *N* faceret *N* arcitec-
 tonicum *N* 19 et *om. LSb* arcitectonicum *N* 20 tabernaculum fiebat *Cd*
 21 edificio *b* similis *Sb* domos *C* 22 dicata *N* 23 de stolis eius *om. N*;
sed spatium uacuum adest 24 an sancti dei *om. N* in cuius] uicinius *b*
 cultu *LSb* uultum *N* 25 sicut] aut *N* discernebantur *N*

CLVII. Umeralia continentia ex utrisque partibus eius: non dixit ex utrisque partibus eorum, quamuis illa umeralia, non umerale dixisset, sicut solet umerale dicere; ipsum enim appellauit pluraliter umeralia, sicut stolam et easdem stolas.

CLVIII. Et Eliab filius Achisamach de tribu Dan, qui architectonatus est textilia et consutilia et diuersicoloria texere de cocco et bysso. nouo more dicuntur architectonari textilia. etiam illud a parte totum intellegendum est, quod ait: texere cocco et bysso: ex his enim et cetera intellegimus, id est purpuram et hyacinthum.

CLVIII. Et fecerunt filii Israhel, sicut praecepit dominus Moysi, ita fecerunt: plenum esset, etiam si non adderetur: ita fecerunt.

CLX. Et fecit Moyses omnia, quae praecepit ei dominus, ita fecit: similiter, ut dictum est et filiis Israhel.

LIBER TERTIUS. LOCUTIONES DE LEUITICO.

I. Homo ex uobis si obtulerit dona domino a pecoribus, a bubus et ab ouibus offeretis, hoc est: si a pecoribus offeretis, a bubus, ab ouibus offeretis. ouium nomine etiam caprarum genus inclusit, sicut et in aliis locis solet.

1 Ex. 36, 11 (39, 4) 6 Ib. 37, 21 (38, 23) 12 Ib. 39, 11
15 Ib. 40, 14 18 Leu. 1, 2

1 (3, 4) humeralia *S²bd* 2 eius] *αυτου cod. Alex.* 4 umeralia] umeru *C* stola *C* stola *N* 6 eliabus *N* Achisamach] achias *C* acisamac *N* achisamech *b* 7 arcitectonatus *N* textiliae *N* 8 uersicoloria *N* 9 arcitectonari *N* textilia *N* 10 ait *om. N* coccum *N* et bysso] cum ipso *N* 11 intelleguntur *N* purporam *C* purpura *NS* ycenthum *C* hyaquentum *N* hyacinthum *L* hiacintum *S* 13 etiamsi] si *N* 15 q: *C* 16 et filiis] et filii *LSb* de filiis *d* Explicunt locutiones lib exodi feliciter Incipiunt questiones libri leuitici *fol. 106^a C* Explicunt locutiones exodi feliciter incipit locutiones libri leuitici *fol. 66^b N* Explicunt locutiones exodi Incipit liber locutionum leuitici *L fol. 18 S* Inde a libro III etiam *cod. Trecensis 197 uar. lectiones recepi.*

18 *πρωσφρησθι cod. Alex.* 19 et 20 bobus *Td* 20 offeretis *fin. om. T* 21 et *om. d*

II. Et confringes ea fragmenta, id est: confringendo facies ea fragmenta.

III. Et cognitum ei fuerit peccatum quod peccauit in eo. duo modi locutionis hic notandi sunt: et peccatum
5 peccauit et, quod addidit: in eo. in quo enim nisi in ipso, id est peccato?

III. Si autem anima peccauerit et audierit uocem iurationis et ipse testis fuerit aut uiderit aut conscius fuerit, si non nuntiauerit, et accipiet peccatum.
10 plus uidetur habere „et“; nam eo dempto integre sequitur: accipiet peccatum.

V. Si autem anima peccauerit et audierit uocem iurationis et ipse testis fuerit aut uiderit aut conscius fuerit, si non nuntiauerit. et positum est pro „id
15 est“; nam sic dici posset nostrae locutionis consuetudine: si autem anima peccauerit, id est audierit uocem iurationis et cetera.

VI. Aut tetigerit ab immunditia hominis, ab omni immunditia eius quam si tetigerit inquinetur, et
20 latuit eum, post hoc autem cognouerit et deliquerit, cum recto ordine dicendum esset: et deliquerit, post hoc autem cognouerit.

VII. Anima si latuerit eum obliuione et peccauerit nolens. non ait „si latuerit eam“, quoniam animam
25 pro homine ponit, sicut facit et in aliis, ubi animam prius dixit, quae generis feminini est, postea masculinum infert genus ad hominem referens. sed hic multo est haec locutio pressior, quoniam continuatim utrumque genus positum est, ut diceretur: anima si latuerit eum.

1 Leu. 2, 6 3 Ib. 4, 23 7 Ib. 5, 1 12 Ib. 5, 1 18 Ib. 5, 3
23 Ib. 5, 15

3 ei *eras. est T* 10 habere (h s. l. m. I) C dempto *corr. m. 1*
ex iunto C 14 si *addidi secutus locum superiorem; pro si praebet et T*
26 dicit *d*

haec locutio terruit interpretes latinos et noluerunt eam transferre, sed ita posuerunt: anima si qua latuerit et peccauerit non uolens, cum aliud sit utique, si anima lateat. aliud, si animam lateat; hoc autem scriptura dicit: si lateat eam, non, si ipsa lateat. in graeco autem alio inuenimus: anima si latuerit ea obliuione; sed etiam ipse in consequentibus masculinum intulit dicens: sacerdos exorabit pro eo, et dimittetur illi, quod ibi habet ἀὐτῶ. unde adparet scriptorem timuisse soloecismum nec tamen perseuerare potuisse in genere feminino uictum euidencia scripturae consequentis. 10

VIII. Ista holocaustosis super incensionem eius super altare totam noctem usque in mane, et ignis altaris ardebit super illud: potuit non habere „et“ atque ita dici: totam noctem usque in mane ignis altaris ardebit. sed addita ista coniunctio facit obscuritatem his, qui in talibus scripturarum locutionibus non adsuefacti sunt. 15

VIII. Ista lex sacrificii, quod offerent illud filii Aaron sacerdotes ante dominum: nihil deesset, si non haberet „illud“. 20

X. Sancta sanctorum est. sic habet et graecus; sed graeca locutio est, quam nostri quidam transferre nolentes dixerunt: sancta sanctorum sunt.

XI. Occident arietem qui pro delicto ante dominum. latini interpretes addiderunt „est“ et dixerunt: qui pro delicto est. quod graecus non habet. 25

XII. Et si uotum aut uoluntarium sacrificauerit donum suum, quacumque die obtulerit sacrificium, edetur crastina die. pro eo, quod est „postera die“: unde alii „altera die“ interpretati sunt. 30

7 Leu. 5, 16 12 Ib. 6, 9 18 Ib. 6, 14 21 Ib. 6, 17 24 Ib. 6, 32 (7, 2) 27 Ib. 7, 6 (16)

2 sed] et T 6 eā 8 auto C ante in ras. T 9 soloecismum C¹ 10 uinctum CT 12 isto T holocausto sis T 18 offerunt d 19 sacerdotes om. cod. Graeci 24 occidunt C 25 interpretes (e fin. ex i) C 27 initi. m respondet cod. Alex. 28 obstullerit C

XIII. Coquite carnes in atrio tabernaculi testimonii in loco sancto et ibi edetis eas et panes qui sunt in canistro consummationis, quomodo praeceptum est mihi dicens: Aaron et filii eius edent ea. hanc locutionem quidam transferre nolentes dixerunt: quomodo praecepit mihi dicens, quia hoc uidetur consequens, ille autem in nostrae locutionis consuetudine soloecismus est.

XIII. Et ad ostium tabernaculi testimonii sedebitis septem dies die et nocte. pro eo, quod est „habitatibus“.

XV. Et ait Moyses ad Aaron: accede ad altare et fac quod pro peccato tuo et holocaustum <tuum> et exora pro te et domo tua et fac dona populi et exora pro eis, quomodo praecepit dominus Moysi. non ait „quomodo praecepit dominus mihi“, sed ita locutus est quasi fuisset alter Moyses, cui dominus praecepit, et alter iste, qui hoc ad Aaron loquebatur.

XVI. Et locutus est dominus ad Aaron dicens: uinum et siceram non bibetis et cetera. quam locutionem domini ita concludit: omnia legitima, quae locutus est dominus ad eos per manum Moysi. cum dominus loqueretur, non ait: quae locutus sum ad eos per manum Moysi, sed ea locutione usus est, qua superius ipse Moyses.

XVII. Legitimum aeternum in progenies uestras distinguere inter medium mundorum et contaminatorum et cetera. notandum, quemadmodum dicat aeternum, quod utique non erit sine fine.

XVIII. Moyses loquens ad Aaron, Eleazar et Ithamar filios eius inter cetera etiam hoc ait: a sacrificiis salutarium filiorum Israhel. brachium ablationis et pectusculum

1 Leu. 8, 31 8 Ib. 8, 35 11 Ib. 9, 7 18 Leu. 10, 8. 9. 11
24 Leu. 10, 9. 10 29 Ib. 10, 14. 15

2 quę T 4 ea scripsi: eam CTbd 6 illud T 12 tuum addidi
sec. Quæst. in Leu. quæst. XXVII 14 precepit C 15 loquutus C
20 quæ] q: C 22 manu C 26 notandum (tan in fine uers. alia
manus add.) C

segregationis super hostias adipum offerent segregationem segregare ante dominum. et erit tibi et filiis tuis et filiabus tuis tecum legitimum aeternum, cum hoc totum finem fuisset habiturum.

XVIII. Cum de animantibus, quae in aquis sunt, praeciperet, quae sint eorum munda uel inmunda, in aquis, inquit, et in mari et in torrentibus. sed in mari latini codices habent, quia nimis insolens fuit pluralem numerum transferre de graeco et non dicere in mari, sed in maribus, maxime propter ambiguitatem, ne non maria, sed mares intel-
 5
 10
 15
 20
 25
 30
 35
 40
 45
 50
 55
 60
 65
 70
 75
 80
 85
 90
 95
 100
 105
 110
 115
 120
 125
 130
 135
 140
 145
 150
 155
 160
 165
 170
 175
 180
 185
 190
 195
 200
 205
 210
 215
 220
 225
 230
 235
 240
 245
 250
 255
 260
 265
 270
 275
 280
 285
 290
 295
 300
 305
 310
 315
 320
 325
 330
 335
 340
 345
 350
 355
 360
 365
 370
 375
 380
 385
 390
 395
 400
 405
 410
 415
 420
 425
 430
 435
 440
 445
 450
 455
 460
 465
 470
 475
 480
 485
 490
 495
 500
 505
 510
 515
 520
 525
 530
 535
 540
 545
 550
 555
 560
 565
 570
 575
 580
 585
 590
 595
 600
 605
 610
 615
 620
 625
 630
 635
 640
 645
 650
 655
 660
 665
 670
 675
 680
 685
 690
 695
 700
 705
 710
 715
 720
 725
 730
 735
 740
 745
 750
 755
 760
 765
 770
 775
 780
 785
 790
 795
 800
 805
 810
 815
 820
 825
 830
 835
 840
 845
 850
 855
 860
 865
 870
 875
 880
 885
 890
 895
 900
 905
 910
 915
 920
 925
 930
 935
 940
 945
 950
 955
 960
 965
 970
 975
 980
 985
 990
 995

XX. Sed haec edetis a repentibus uolatilibus, quae ambulant super quattuor, quae habent crura superiora pedum eius: non dixit „pedum suorum“.

6 Leu. 11, 9 16 Ps. 50, 16; 15, 4 24 Ps. 35, 9. 10 29 Leu. 11, 21

1 offerrent CT¹ 2 dominum scripsi sec. LXX: deum CTd 3 prius
 tuis om. CT 5 animantis C 6 sunt T 12 quod] sed d 14 nomina-
 tibo C¹ 15 sanguina CT 18 poset C 20 hyemales d 23 iste T
 30 super om. C¹ post quattuor add. s. l. m. 2 pedu eius C,T

XXI. Et eritis sancti, quoniam sanctus ego subauditur „sum“. unde plerique nostri interpretati sunt: quoniam sanctus sum ego.

XXII. Et locutus est dominus ad Moysen dicens. haec usitatissima locutio est et creberrima in scripturis: locutus est dicens. sed ea, quae sequitur, rarius reperitur et latini sermonis coartat inopiam. graecus enim habet: καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς λέγων, quod latine exprimi posset „et dices ad eos dicens“; minus autem offendit, si dicatur „et inquires
10 ad eos dicens“, et similius est graeco, quia et ille non dixit: λέξεῖς πρὸς αὐτοὺς λέγων, sed: ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς λέγων.

XXIII. Mulier, quaecumque semen receperit et pepererit masculum, et immunda erit septem dies. nostri plerique noluerunt transferre, sed ita dixerunt: mulier, quae
15 cumque semen receperit et pepererit masculum, immunda erit septem dies. illa ergo locutio, quoniam et graeco eloquio inusitata est, posset nec in graeco transferri; quia uero eam Graecos transferre non piguit, cur Latinos piguerit ignoro.

20 XXIII. Triginta et tres dies sedebit in sanguine mundo suo. similiter et de illa, quae feminam peperit, dictum est: sedebit in sanguine mundo suo, sed duplicatis eisdem diebus, id est sexaginta sex diebus. sedebit ergo dictum est „manebit“; non enim per tot dies de sella
25 ei surgere non licebat.

XXV. Homini si cui facta fuerit in cute corporis eius cicatrix signi lucida. notandum cicatricem dicere scripturam non uulneris, sed etiam solius coloris notam.

1 Leu. 11, 44 4 Ib. 12, 1 12 Ib. 12, 2 20 Ib. 12, 4. 5 26 Ib. 13, 2

2 ὅτι ἄγιός σιμῆ ἐγὼ *cod. Graeci* 7 ce eris prosautus///legon (legon *add. m. 2*) *C, T* 8 λέγων *om. cod. Graeci* 9 dicat *C*¹ 11 lexis autos legon sed eris autos legon *CT* 12 et *om. CT* peperit *CT* 15 semen *om. T* peperit *CT* 18 quur *C* 20 tres] sex *CT* 21 *cod. Graeci*: ἀκαθάρτη; aliqui autem codices Graeci non habent: in sanguine mundo suo, sed: in sanguine immundo suo *sic Augustinus in Quaest. in Leu. quaest. XL* 22 dictum (*c. s. l. m. 1*) *C*

XXVI. Et fuerit in cute coloris eius tactus leprae .
tactum dicit ipsam maculam. quod ipse homo lepra sit tactus.

XXVII. Et uidebit eum sacerdos et inquinabit eum:
pro eo, quod est „inquinatum pronuntiabit“.

XXVIII. Et pilus qui est in tactu conuertatur albus: 5
id est: conuertatur in album.

XXVIII. Et purgabit eum sacerdos: signum enim
est .purgatum pronuntiabit. sicut „inquinabit“. quod supra
dixit. inquinatum pronuntiabit.

XXX. Et uiderit eum sacerdos. et ecce commutata 10
est significatio in cute. et inquinabit illum sacerdos .
plus habet et: nam ea coniunctione detracta integer sensus
est hoc modo: si autem conuersa fuerit significatio in
cute, posteaquam uidit eum sacerdos, ut purget illum,
et uisus fuerit denuo sacerdoti, et uiderit eum sacer- 15
dos, et ecce commutata est significatio in cute. in-
quinabit illum sacerdos.

XXXI. Et tactus leprae si fuerit in homine, ueniet
ad sacerdotem; et uidebit sacerdos, et ecce cicatrix 20
alba in cute, et haec mutauit pilum album, et a sano 20
carnis uiuae in cicatrice . id est: mutauit pilum in album
colorem in cicatrice; mutauit autem a sano carnis uiuae, id
est. quia non talem pilum habet, quod sanum est in carne uiua.

XXXII. De leproso cum loqueretur, ait: et inmundus
inmundus uocabitur, quasi non satis esset semel dicere: in- 25
mundus uocabitur. quamquam nonnulli codices ita habeant, in
alio graeco ita inuenimus semel dictum: inmundus uocabitur.
item paulo post dicit: cum sit inmundus, inmundus

1 Leu. 13, 2 3 Ib. 13, 3 5 Ib. 13, 3 7 Ib. 13, 6 10 Ib.
13, 7. 8 18 Ib. 13, 9. 10 24 Ib. 13, 45. 46

17 illum] eum *T* 18 leprae] lepra est *CT* si *s. l. m. 1 C*
20 mutabit *C* 21 mutabit *CT* 22 cicatrice *scripsi*: cicatricem *CTd*
28 uinat *d* 24 *Hinc incipiunt cod. NLS et b* loqueretur] loqueretur
dfs b et *om. N* 26 habent *NLS¹* tamen in (*tamen s. l. add.*
m. 2) S *cod. Graeci: ἀκάθαρτος κελήσεται:* 27 dictum (*c s.*
l. m. 2) C

erit: quod in latinum de graeco non sicut positum est
 exprimi potuit. ait enim graecus: ἀκάθαρτος ὢν ἀκάθαρτος
 ἔσται; quasi diceret „imundus existens imundus erit“. sed
 non hoc est existens, quod graecus dixit ὢν, sed si dici posset
 5 „essens“ ab eo, quod est esse, non ab eo, quod est existere.

XXXIII. Et uestimento si fuerit in eo tactus leprae.
 potuit usitate ita dicere: et in uestimento si fuerit tactus
 leprae.

XXXIII. Aut in omni uase pelliceo in quocumque
 10 fuerit in eo tactus. poterat satis esse: in quocumque fue-
 rit tactus.

XXXV. Et ecce non commutauit tactus aspectum
 suum, id est colorem, in quo aspicitur. non enim aspectum,
 quo ipse aspicit; tactum quippe ipsam maculam dicit.

15 XXXVI. Et accipiens sacerdos de emina olei super-
 fundet in manum sacerdotis sinistram. non dixit „in
 manum suam sinistram“, cum utique in suam faciat.

XXXVII. Uiro, uiro cuiicumque fuerit fluor.

20 XXXVIII. Et homo cuiicumque exierit ex eo concu-
 bitus seminis.

XXXVIII. Et omne super quodcumque dormit super
 illud.

XXXX. Et omne super quod sederit super illud
 immundum erit.

25 XXXXI. Et emittet in manu hominis parati in here-

6 Leu. 13, 47 9 Ib. 13, 52 12 Ib. 13, 55 15 Ib. 14, 15
 18 Ib. 15, 2 19 Ib. 15, 16 21 Ib. 15, 20 23 Ib. 15, 20 25 Ib. 16, 21

2 ait (i ex u m. 2) S acatartos on acatartos este C acatartoyon-
 aptopetie N acathartos on achathartos este LS ἀκαθαρτος ον ἀκαθαρτος
 εσσε b 4 existens C dicit d ὢν] ON CL on NS ον b 5 esse
 om. b existere C 6 sec. cod. Alex. uestimento] uestimenta C
 in uestimento N lep C lepre N 7 usita et N ita om. C 9 Aut]
 Et S pellicio CN quocunque N 10 fuerat fin. LS 12 commutabit C
 13 quem bd 14 ipsam] isam N 15 hemina Nbd 16 sacerdos C¹
 17 utique in] utique in manum N faciet bd 19 cubitus N 21 quod-
 cumque C 23 omnes N

mum. id est: emittet in heremum in manu hominis ad hoc parati: de hirco emissario loquebatur, cum hoc diceret. notandum est autem, quomodo dicat scriptura in manu.

XXXXII. Homo, homo filiorum Israhel, id est: ex filiis Israhel. ista autem repetitio quemlibet hominem uidetur significare, id est: ille aut ille.

XXXXIII. Turpitudinem patris tui et turpitudinem matris tuae non reuelabis. hac locutione concubitum uetuit cum his personis.

XXXXIII. Turpitudinem fratris patris tui non reuelabis et ad uxorem eius non introibis; propinqua enim tua est. et posuit pro „id est“; hanc enim dicit turpitudinem fratris patris eius, id est turpitudinem patris. pudenda uxoris patris.

XXXXV. Et exhorruit terra eos, qui insident super eam. id est: sedes habent, quod est „habitans“.

XXXXVI. Et permetentibus uobis messem terrae uestrae non perficietis messem uestram agri tui permetere. hoc, quod a plurali coepit et ad singularem numerum terminauit, plerique latini interpretari noluerunt. sed dixerunt: agri uestri, ubi dictum est: agri tui, quasi Graecus hoc non posset dicere; magis ergo locutio notanda fuit quam emendanda.

XXXXVII. Quicumque acceperit sororem suam ex patre suo aut ex matre sua et uiderit turpitudinem eius et ipsa uiderit turpitudinem eius, <inproperium est; exterminabuntur in conspectu generis sui:> turpitudinem sororis suae reuelauit, peccatum [suum] accipient. peccatum posuit pro „poena peccati“.

4 Leu. 17, 3 7 Ib. 18, 7 10 Ib. 18, 14 15 Ib. 18, 25
17 Ib. 19, 9 23 Ib. 20, 17

2 emissorio *CNL* 3 manum *CL* 11 et *om. b* 12 dici *LS*¹
13 patris *om. N* patris] patrum eorum *N* 15 exorruit *N* 16 habitet *b* 18 tui] uestri *b* 20 terminabit *C* 21 grecus *LS* 22 possent *N*
emendanda *L*¹ 23 acciperit *LS*¹ 25 ipse *b* turbitudinem *C* inproperium—generis sui *addidi ex Quaestionum libro III. quaest. LXXV*
27 suum *inclusi* 28 posuit] pro posuit *N* poenae *N*¹

XXXXVIII. Et segregabitis uosmet ipsos inter medium pecorum mundorum et inter medium pecorum immundorum et inter medium uolucrum mundarum et immundarum. segregabitis uosmet ipsos, dixit, inter medium mundorum et immundorum, quoniam segregantur munda ab immundis uel a mundis immunda; noua est omnino locutio. aliud est enim „segregabis inter medium pecorum mundorum et inter medium pecorum immundorum“, sicut saepissime loqui solet, aliud est, quod modo ait: segregabitis uosmet ipsos, tamquam illa ab alterutris segregantes se ipsos segregent ab utrisque tamquam iudicando inter utraque.

XXXXVIII. Dic sacerdotibus filiis Aaron et dices ad eos: in animabus non inquinabuntur in gente eorum nisi in propinquo qui proximus est eis. in luctu dicit, qui debetur animabus defunctorum; ideo enim lugetur, quia excesserunt.

L. Et caluitium non rademini super mortuum et super carnes suas non secabunt sectiones. usitata esset locutio „carnes suas non secabunt sectionibus“.

LI. Mulierem fornicariam et profanam non accipient et mulierem eiectam a uiro suo, quoniam sanctus est domino deo suo. non dixit „quoniam sancti sunt“, sed tamquam de uno loqueretur, cum coeperit a plurali. deinde sequitur singulariter: sanctificabit eum; dona domini dei uestri iste offeret; sanctus est, quoniam sanctus ego dominus, qui sanctifico eos, rursus ad pluralem conclusit.

1 Leu. 20, 25 12 Ib. 21, 1. 2 17 Ib. 21, 5 20 Ib. 21, 7. 8

6 uel a mundis *om.* *N* spatio uacuo relicto omnino] omnium *b*
 9 post solet *add. m. 2 s. l.* scriptura et *S* quod] quo *LS¹* ait
s. l. m. 1 S 10 illa *om. b* alterutrum *b* segregantes se] segregan
 esse *C* 18 in animabus *om. b* 14 in ante propinquo *om. LSb*
 15 lugetur *b* 17 rademini caput (?); *cf. Loc. de Numeris XIII*
 18 sectiones] secationes *LSb* 21 a *om. LSb* 23 cum *om. C* ceperit *C*
 24 sanctificauit *NLSd* sanctificaui *b* αγιαζει *cod. Alex;* sed *cf. Quaest.*
in Leuit. quaest. LXXVIII

LII. Si autem sacerdos possederit animam emptam pecunia, hic edet de panibus eius. non dixit: haec edet. cum animam dixerit, quae generis est feminini; sed potius ad illud respexit, quod per animam significare uoluit, id est hominem.

LIII. Et filia hominis sacerdotis si fuerit uiro alienigenae, id est: si nupserit uiro alienigenae.

LIII. Et locutus est dominus ad Moysen dicens: uitulum aut ouem aut capram cum natum fuerit et erit septem dies sub matre sua. plus uidetur habere et secundum usitatissimas locutiones in scripturis quas latini plerique transferre noluerunt.

LV. Et sanctificabor in medio filiorum Israhel: quod est „sanctus habebor“. neque enim dominus etiam praeter filios Israhel non est sanctus. eo sensu dictum est et in oratione dominica: sanctificetur nomen tuum, id est sanctum habeatur ab hominibus.

LVI. Loquere ad filios Israhel et dices ad eos: sollemnia domini quae uocabitis uocata sancta ista sunt sollemnia mea. sex diebus facies opera. cum ad plures loquendum dixerit, tamquam ad unum postea loquitur.

LVII. Et numerabitis uobis a die crastino sabbati, quo obtulerit gremium superpositionis, septem septimanas integras numerabis. non dixit „numerabitis“, cum ad plures superius loqueretur.

LVIII. Et cum nominasset filius mulieris Israhelitis, nomen maledixit. cum hic non addiderit „dei-“.

1 Leu. 22, 11 6 Ib. 22, 12 8 Ib. 22, 26. 27 13 Ib. 22, 32
16 Matth. 6, 9 18 Leu. 23, 2. 3 22 Ib. 23, 15. 16 26 Ib. 24, 11

1 emptam *LSb* 2 pecuniam *LS* 6 sacerdotis hominis *b* 7 nubserit *L* alienigena *N* alienigene *L* 9 aut capram] ad capram *N*
10 diebus *N* 18 (et 20) sollemnia *S* sollemnia *bd* 19 q: *C* sunt ista *N* 20 sex diebus] sed diebus sex *b* facietis *L* facies (n. *er.*) *S*
22 a die] ad te *N* 23 qua *NLSbd* optulerit *CS* superpositiones *N*
septem] sementē *N* 26 filios *NLS*¹ mulieris *om.* *NLS* israhelitis *N*

manifestum et tamen nomen dei esse intellegendum, cui maledixit.

LVIII. Homo, homo si maledixerit deum suum peccatum accipiet. ecce ubi satis adparet locutionis esse, cum dicitur: homo, homo, tamquam dicat „homo ille aut ille“, hoc est quicumque homo, non, sicut quidam putauerunt: homo, homo ita dici, tamquam laudabiliter nuncupetur, ac si diceretur: homo, sed homo; id est: non qualiscumque uelut similis pecori, sed qui uere sit homo. quem sensum non esse uerum, sed locutionis hoc esse scripturarum aperte hic ostenditur, cum in eo dicitur, qui culpatur, non qui laudatur.

LX. Cum de seruis ageret, quos liceret habere Israhelitis, et erunt uobis, inquit, in possessione in aeternum, cum utique aeterni moriendo esse non possent uel domini uel serui. aeternum ergo dixit, ubi non est temporis praestitutus modus, quousque seruiant, sicut constitutus est eis, quos in remissione dimitti iubet libertati suae.

LXI. Si in praeceptis meis ambulaueritis et mandata mea obseruaueritis et feceritis ea, et dabo pluuiam uobis in tempore suo. superfluum est „et“ consuetudini locutionis nostrae, sed more scripturarum additum; sequebatur enim: dabo uobis.

LXII. Et si usque adhuc non oboedieritis mihi, et adponam castigare uos septies in peccatis uestris. etiam hic superfluum est „et“; sequebatur enim: adponam

3 Leu. 24, 15 14 Ib. 25, 46 19 Ib. 26, 3. 4 24 Ib. 28, 18

3 ἄνθρωπος *semel offer. cod. Graeci* 4 quū *C* 5 homo, homo *om. N*
 7 nuncupetur *N* 9 pecori *N* 13 serbis *C* 14 erunt (*n s. l. m. 1*) *C*
 inquit uobis *NLS* possessionem *bā* 15 moriendo (*en s. l. m. 1*) *C*
 uel—serui *om. N*; *spatium sufficiens uacuum* 16 prestitutus *CNL*
 praescitus *b* 20 obseruaueritis *C* eā *C* 22 locutionis (*s m. 1 s. l.*) *S*
 additur *N* 25 septies septies (*alt. septies s. l. m. 2*) *S*
 septiens *L*

castigare uos: quod autem ait „septies“, pro omni numero accipiendum est.

LIBER QUARTUS. LOCUTIONES DE NUMERIS.

I. Et uobiscum erunt unusquisque secundum tribum uniuscuiusque principum.

II. Filiis Symeon secundum propinquitates eorum, secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum, secundum numerum nominum eorum, secundum caput eorum, omnia masculina a uiginti annis et supra, omnis, qui procedit in uirtute, recognitio eorum. haec locutio, quod non dicit: filii Symeon uel ex filiis Symeon, sed filiis Symeon datiuo casu, et hoc seruat deinceps in ceteris tribubus, non est translata ab interpretibus latinis, quos inspicere potuimus. in sola autem tribu Ruben quae prima numerata est, non est ista locutio: non enim ait: filiis Ruben secundum propinquitates eorum, et cetera, sed ait: et fuerunt filii Ruben primogeniti Israhelis secundum propinquitates eorum, et deinde similiter ut in ceteris.

III. Et fecerunt filii Israhel secundum omnia, quae mandauit dominus Moysi et Aaron, ita fecerunt.

4 Num. 1, 4 6 Ib. 1, 22. 23. 20 20 Ib. 1, 54

1 castigare (ga s. l. m. 1) C septies ait b septiens L septie-s
septie-s (utrimque n eras.) S pro] septies pro b 2 Explicunt
loquciones leuitici Incipiunt q̄estiones fol. 136^b C Explicit locutiones
libri leuitici incipit q̄estiones leuitici fol. 67^b N Explicunt locutiones
leuitici Incipit liber locutionum numeri L Explicunt locutiones leuitici.
incip̄ liber locut̄ numeri fol. 20 S

3 Locutiones eiusdem libri numeri fol. 158^b C 4 ρολ̄γν LXX capud C
capud LNSbd 5 uniuscuiuscumque b 6 filii LS⁴b simeon SNbd
7 dumos C post domos add. eorum N 9 capud N¹ 11 filii]
filiis C simeon bd 12 simeon CNbd sed om. N simeon bd
13 serbat C tribus S 15 numerata ex nommata S non] et non N
17 filiis b primogeniti (i fin. sup. a m. 1) N 18 Israhelis]
eorum N

III. Sacerdotes qui uncti sunt quorum consummauerunt manus eorum sacerdotio fungi.

V. Et inponent super illud omnia uasa eius, quibus ministrant in ipsis.

5 VI. Et reddet cui deliquit ei. quidam locutionem istam transferre nolentes emendato ordine uerba transtulerunt dicentes: et reddet ei cui deliquit.

VII. Uir aut mulier quicumque fecerit ab omnibus peccatis humanis. non ait: quaecumque fecerit; sed locutio
10 est, ubi sexus masculinus pronomen uindicauit, quamuis posterius femininus sit positus, quae locutio usitata non est.

VIII. Uiri uiri si praeuaricata fuerit uxor eius: non solum quia geminauit nomen, ut diceret: uiri, uiri. sed etiam quia addidit „eius“. notanda locutio est.

15 VIII. Si superueniet illi spiritus zelandi, illa autem non fuerit inquinata, et adducet homo uxorem suam ad sacerdotem: superfluum est „et“, sed scripturis usitata locutio.

X. Erit aqua argutionis quae maledicatur haec. 20 hanc locutionem inusitatam fecit ordo uerborum; posset enim usitate ita dici: erit aqua argutionis haec quae maledicatur, aut: erit haec aqua argutionis quae maledicatur, uel si quid aliud usitata uerba ordinando dici potest.

XI. Innocens esto ab aqua argutionis quae maledicatur haec. in hac locutione non solus uerborum ordo inusitate sonat, sed etiam casus mutatus est; esset enim integrum et usitatum: innocens esto ab hac aqua argutionis

1 Num. 3, 3 3 Ib. 4, 14 5 Ib. 5, 7 8 Ib. 5, 6 12 Ib. 5, 12
15 Ib. 5, 14. 15 19 Ib. 5, 18 24 Ib. 5, 19

I uncti| juncti S consummauerunt N 3 secundum cod. Alex. 5 delinquit C deliquit LS¹ 6 transfere C transtulerunt C 7 delinquit C deliquit S¹ 8 uxor S 9 humanis (h s. l. m. 1) C 10 uindicauit b 11 quae| quem N 12 fuerint N 19 sec. cod. Alex. 20 possit C 22 aut—maledicatur om. b 23 aliud C 25 hac N haec in ras. m. 2) S ac locutione C 27 hac| ac N

quae maledicatur, aut: ab aqua argutionis hac, quae maledicatur.

XII. Et inflabitur uentrem pro „inflabitur uentre“. haec locutio et apud latinos auctores frequentatur; sed interpretes nostri qui eam transferre noluerunt dixerunt: et inflabitur uenter eius.

XIII. Uir uel mulier quicumque magne uouerit uotum, non dixit: quaecumque.

XIII. Et radetur caput suum, talis locutio est qualis superius: inflabitur uentrem.

XV. Sex uehicula tecta et duodecim boues, uehiculum a duobus principibus et uitulum a singulis. in hac locutione notandum putauit eosdem dictos uitulos, quos boues dixerat; sed hoc etiam graecum idioma esse perhibetur.

XVI. Princeps unus cotidie, princeps cotidie offerent dona sua, pro eo, ut diceret: singulis diebus singuli principes.

XVII. Uitulum unum pro bubus et hircum ex capris unum.

XVIII. Et non erit in filiis Israhel accedens filiorum Israhel ad sancta. uidetur potuisse sufficere: et non erit in filiis Israhel accedens ad sancta. aut certe: non erit filiorum Israhel accedens ad sancta.

XVIII. Et fecit Moyses et Aaron et omnis synagoga filiorum Israhel Leuitis; secundum quae praecepit dominus Moysi de Leuitis, ita fecerunt eis filii Israhel.

3 Num. 5, 27 7 Ib. 6, 2 9 Ib. 6, 9 11 Ib. 7, 3 15 Ib. 7, 11
17 Ib. 7, 15, 16 19 Ib. 8, 19 23 Ib. 8, 20

4 aput C 5 transferri C uoluerunt C 8 dixerit b 10 uentre N
11 tecta] testa b boues] uobes C¹ uobis N ueiculum N 13 locu-
tione (ne s. l. m. 1) C dictus C 14 boues] uobis N grecum LS
15 alt. princeps S¹ offerunt C 17 bobus bd 19 sec. cod. Alex.
et non erit et non erit C Israhel om. b accidens N filiorum
Israhel] των υτων ισραηλ. cod. Alex. 20 potuisse] posse d 23 sina-
goga CNS 24 leuitas C 25 lebitis N filiis b

XX. Et homo, homo quicumque mundus fuerit et in uiam longinquam non est et defuerit facere pascha, exterminabitur anima illa de populo suo . ergo homo, homo locutio est, ac si diceret: quicumque homo, ille uel ille.

5 XXI. Et cum ascendisset nubes a tabernaculo, et postea promouebant filii Israhel . poterat plenum esse: et cum ascendisset nubes a tabernaculo, promouebant filii Israhel.

XXII. Et promouebant ordo castrorum filiorum Iuda
10 primi.

XXIII. Et promouebunt filii Gerson et filii Merari. futuri temporis uerbum posuit, cum rem gestam praeteritam narret sicut in superioribus cum de nube loqueretur, ad cuius motum uel stationem castra promouebant uel consistebant,
15 atque ita deinceps in plurium promotionibus hoc uerbo utitur.

XXIII. Et dixit Moyses Hobet filio Raguel Madianitae genero Moysi, non ait: genero suo.

XXV. Et dixit ad eum: non ibo, sed ad terram meam et ad progeniem meam, subauditur „ibo“.

20 XXVI. Et promiscuus qui erat in eis concupiuerunt concupiscentiam . singularem posuit pro plurali, ut promiscuus diceret, non promiscui; et tamen pluralem reddidit. cum ait: concupiuerunt.

XXVII. Nunc autem anima nostra arida, nihil praeter
25 in manna oculi nostri . desunt uerba „est“ et „sunt“; ple-

1 Num. 9, 18 5 Ib. 9, 17 9 Ib. 10, 14 11 Ib. 10, 17 14 cf.
Ex. 12, 21. 22 16 Num. 10, 29 18 Ib. 10, 30 20 Ib. 11. 4
24 Ib. 11, 6

1 *cod. Graeci* ἄνθρωπος *semel ponunt* *ante alt.* homo *add.* et b
2 uia N 3 populo C 5 nubes LS¹ 6 ἀρχον *cod. Alex.* pro-
mouebunt C 7 nubes *om.* CNLS¹ 11 gessom N 12 posuit s. l.
m. 1 C quā C 13 narrat N 14 promouebunt C 15 plurimum S
16 hobeth S obeth bδ raguhel NS madianite N madianitae LS
17 *supra* genero *utroque loco add.* m. 2 ad cognato S 19 progeniam C
subauditor N¹ 20 ἐπιθυμῶσαν *cod. Alex.* concupierunt N 21 plura-
liter C 23 quum C concupierunt N

num quippe esset: anima nostra arida est, nihil praeter in manna sunt oculi nostri. nam quidam interpretes sic trans-tulerunt et addiderunt uerba, quae non sunt in graeco.

XXVIII. Et molebant illud in mola.

XXVIII. Sescenta milia peditum in quibus sum in eis. 5

XXX. Et abstulit de spiritu qui super ipsum. sub-auditor aut „erat“ aut „erit“. sed hanc locutionem. quae dicitur ellipsis, graeco eloquio familiarissimam et, quantum puto, etiam hebraeo latinis interpretes transferre piguit, cum et in latina lingua frequentetur quamuis minus quam in graeca. 10

XXXI. Et percussit dominus <populum> plagam magnam ualde: notanda fuit locutio: percussit plagam. non „percussit plaga“, quod est usitatum.

XXXII. Et homo Moyses lenis ualde. subauditor „erat“.

XXXIII. Et ira animationis domini super eos, sub- 15 auditor „facta est“.

XXXIII. Et ecce Maria leprosa sicut nix: et hic subauditor „facta est.“

XXXV. Et quae terra in qua isti insident super eam; et quae ciuitates in quibus isti habitant in ipsis. 20

XXXVI. Locum ipsum quem nominauerunt uallem Botrui. cum superius dixisset: uenerunt in uallem Botrui. dictum est ergo per anticipationem, non quia iam hoc uocabatur, quando uenerunt, sed cum scriberetur hic liber, iam uocabatur. 25

4 Num. 11, 8 5 Ib. 11, 21 6 Ib. 11, 25 11 Ib. 11, 33 14 Ib. 12, 3
15 Ib. 12, 9 17 Ib. 12, 10 19 Ib. 13, 20 21 Ib. 13, 25. 24

2 sic] ita *d* transtulerunt *C* 3 grego *N* 5 sexcenta *LSbd*
6 abstulit *C* 8 ellipsis *NLS* eclipsis *b* familiarissimam *S* 9 he-
breo *N* interpretis *C* interpres *N* pinguit *N* quā *C* 10 in *om.* *C*
latini *C* frequententur *b* grega *N* 11 populum *quod a libris*
abest addidi ad LXX plaga *C* 12 plaga *N* 13 non—plaga *om.* *N*
14 moyses *N* 15 iram *LS* 17 Et—est *om.* *b*; Et *om.* *LS* 18 est
om. *CNLS*¹ 22 botri *bd* botri *bd* 24 uocabitur (*sed supra i add.*
m. 1 a) *C* quā *C*

XXXVII. Quoniam fortior nobis est magis usitata esset locutio si non haberet: magis.

XXXVIII. Et protulerunt pauorem terrae quam explorauerunt eam.

5 XXXVIII. Terram quam transiuimus eam explorare, terra comedens qui habitant super eam est. dicendum autem fuit usitate: terram quam transiuimus explorare.

XXXX. Terra quam explorauimus eam bona est ualde ualde.

10 XXXXI. Et ait omnis synagoga lapidare eos in lapidibus. non dictum est: lapidibus, cum ipsum lapidare posset usitata locutione sufficere.

XXXXII. Et quousque non credunt mihi in omnibus signis quibus feci in ipsis? non ait: quae feci in ipsis.

15 XXXXIII. Puer autem meus Chaleb, quoniam spiritus alius in eo et adsecutus est me, et inducam eum in terram. usitatum esset, si non haberet: et.

XXXXIII. Et inducam eum in terram, in quam intrauit illuc. sufficeret usitata locutione: in quam intrauit.

20 XXXXV. Et ait dominus ad Moysen et Aaron dicens. hoc inlatum est, cum dominus et superius loqueretur. facit hoc saepe scriptura; cum aliquid aliud uult dicere, iterum inducit loquentem, qui iam loquebatur.

XXXXVI. Quotquot murmurauerunt super me. non 25 ait „de me“ aut „aduersus me“.

1 Num. 13. 32 3 Ib. 13. 33 5 Ib. 13. 33 8 Ib. 14. 7 10 Ib. 14, 10 13 Ib. 14, 11 15 Ib. 14, 24 18 Ib. 14, 24 20 Ib. 14, 26 24 Ib. 14, 29

1 magis *cum* usitata *coniungit* b 3 protulerunt C explorauerunt expoliauerunt b 5 transibimus C exploraret N 6 terram NL comedens C abitant N 7 terra* (m *eras.*) S terra d post transiuimus *add.* eam CNLSb 8 terram CNSb 10 synagoga CL 11 lapidibus (bus s. l. m. 1) C 12 possit C 15 caleb N caleph b 16 καὶ εἰσαζῶ *cod. Alex.* 17 et] ei N 18 Et *om.* C; Et—terram *om.* b terra C in quam—illuc *om.* C 19 sufficere N qua C post intrauit *add.* in quam intrauit illuc C 20 aaron (*alt. a. s. l. m. 1*) C 24 Quotquod (t *supra* d) N murmurauerunt C

XXXXVII. Et hereditate possidebunt terram, quam uos abscessistis ab ea. usitatum esset: a qua uos abscessistis; nunc uero et quam abscessistis dictum est nouo more et additum est „ab ea“, sicut scripturae loqui solent. sicut est: penitusque sonantes accessistis scopulos. id est: accessistis scopulos, non ait: ad scopulos; et: deuenere locos, non ait: ad locos. ita quam abscessistis. non ait: a qua abscessistis.

XXXXVIII. Ego dominus locutus sum: nisi ita fecero synagogae malignae isti. quaerendum est sane quid sit quod graece positum est ἢ μήν; nostri enim interpretes hoc paene ubique interpretati sunt „nisi“.

XXXXVIII. In terram in quam ego induco uos illuc. L. Si autem anima una peccauerit non sponte, offerret capram unam anniculam pro peccato. et exorabit sacerdos pro anima inuita et quae peccauerit nolenter ante dominum exorare pro eo; et remittetur ei. in hac sententia et illa locutio notanda erat, quod ait: et exorabit sacerdos et postea dixit: exorare — utrumque enim simul ita dici posset: exorabit exorare — et illa, quod a feminino genere incipiens ad masculinum clausit. cum enim dixisset: si anima una peccauerit, conclusit dicens: exorare pro

1 Num. 14, 31 5 Uerg. Aen. I 200 sq. 6 Uerg. VI 638 9 Num. 14, 35 13 Ib. 15, 18 14 Ib. 15, 27. 28

1 hereditate C quam] et quam b 2 abscessistis (s ante ti s. l. m. 1) C 3 post quam add. s. l. m. 2 uos S nouo] nobo C¹ et nouo b 4 additum N 5 poenitusquae N sonantis NLS accessistis C adcessistis N accessistis S discopulos N 6 copulos N non] et non N 7 locus C ita quam] itaque L ita S ita et quam bd non—abscessistis om. N 10 synagogae CL istę malignę b 11 graecae NS grece L sit LSB ἢ μήν] in en C in een NLS τῆν b 12 poenae N poene S post nisi addita sunt uerba sequ. in terrā b 13 terram (pr. r s. l. m. 1) C qua N ego post uos offert C 14 autem] δε cod. Alex. 16 qui C peccauerat NLSb 17 καὶ ἀπεθῆκεται αὐτῷ cod. Alex. 18 et ante exorabit om. CNL exorauit S¹ 19 utrumque C 20 et exorare N foeminino S 21 quā C

eo: ubi intellegitur „pro eo homine“. nam et quod adiunxit:
 et dimittetur ei, in latino quidem non adparet, quia hoc
 pronomen generis omnis est; sed in graeco masculinum
 elucet, ubi habet ἀδελφῷ, quod hic positum est „ei“. quod
 5 uero hic dictum est: pro anima inuita, intellegitur „quae
 inuita peccauerit, non quod nolit pro se offerri“. hoc enim
 etiam consequenter exposuit, cum ait: et quae peccauerit
 nolenter. et ideo inuita positum est, quia latine non
 potuit exprimi, quod graece dictum est: ἀκούσιως αἰσίου; non
 10 enim potuit dici „nolentata“ uel quid aliud ab eo quod
 nolens fecerit.

LI. Et anima quaecumque fecerit in manu super-
 biae, subauditur „peccatum“. notandum etiam quod ait: manu
 superbiae, manum ponens pro opere siue potestate.

15 LII. Morte moriatur homo; lapidate eum lapidibus
 omnis synagoga. et morte moriatur et lapidate la-
 pidibus et lapidate omnis synagoga locutiones sunt
 inusitatae nobis.

LIII. Et accipite singuli turibulum suum.

20 LIIII. Et descenderunt ipsi et omnia quae sunt eis.
 praesens posuit pro praeterito, sunt pro erant uel fuerunt.

LV. Et omnis Israhel qui in circuitu eorum fuge-
 runt a uoce eorum. subauditur „erat“; id est: omnis Israhel
 qui erat in circuitu eorum.

25 LVI. Quoniam sanctificauerunt turibula pecca-

12 Num. 15, 30 15 Ib. 15, 35 19 Ib. 16, 17 20 Ib. 16, 33
 22 Ib. 16, 34 25 Ib. 16, 37

1 et om. LSN adiunxit S 2 demittetur S 3 est—hic om. b
 grego N 4 elucet (a er.) S auto CNLS quod uero—u. 9
 dictum est in mg. infer. m. 1 S 5 quae] quam N 7 cum] ubi b
 peccauit NLSb 8 inuita om. b quia] quam N 9 expremi C
 acuriastis C acusiastises NLS ἀκούσιως αἰσίου b 10 potuit enim b
 nolentata C nolenta N 12 manu] man b 16 sinagoga CNL
 17 sinagoga NL 19 accepit & C thuribulum bd 20 eis] αἰσίοις
 cod. Alex. 21 fuerant N 22 fugierunt (i s. l. add. m. 2) S
 25 turribula C thuribula bd

torum horum in animabus suis. non dixit: quia sanctificauerunt turibula peccatores hi in animabus suis; sed quasi quaereretur, quorum turibula, pro eo, ut diceret „sua“, dixit: peccatorum horum. qui autem sanctificauerint, intellegendum reliquit, id est quia ipsi.

LVII. Et ecce germinauit uirga in domum Leui: latina consuetudo „in domo Leui“ exigeret dici.

LVIII. Et ego accepi fratres uestros Leuitas de medio foliorum Israhel dationem datam domino. haec locutio in latinum necessitate ita translata est; nam graecus habet: δόμα δεδομένον. quod si quisquam latine uelit exprimere, dicturus est: datum datum, quia et δόμα datum est — secundum quod dicit apostolus: non quia quaero datum, sed requiro fructum, quod in graeco δόμα scriptum est, et in Genesi: dedit Abraham data filiis suis, graecus habet: δόματα, et in euangelio: nostis bona data dare filiis uestris, δόματα est in graeco — et δεδομένον „datum“ est non nomen, sed participium. ac per hoc datum datum dici posset, tamquam datum quod datur, nisi ambiguitas uitanda esset. hanc ambiguitatem quidam nostri interpretes uitare conantes „donum datum“ dixerunt; sed donum graece δῶρον dicitur, non δόμα. unde hoc loco non recte diceretur, quia non sibi hoc donatum a filiis Israhel dicit deus, sed

6 Num. 17, 8 8 Ib. 18, 6 13 Phil. 4, 17 15 Gen. 25, 6
16 Matth. 7, 11

1 animabus] manibus b non—suis in mg. infer. m. 1 C 2 thuribula bd animabus] manibus b 3 turribula C thuribula bd 5 reliquid CNLS¹ 6 germinabit Cb domo C 10 necessitatē C translatum C 11 doma de doma non C domadedenon NLS δομα δεδομενον b uellit C 12 doma CNLS δομα b datum (a in ras. m. 2) S 13 quod dicit om. S apostolos C apostolum S q:ro C 14 req:ro C domus C doma NLS δομα bd 15 genesis C abraam N abram C gregus N 16 domata CNLS 17 domata CNLS δοματα b dedomo n C dedome non L dedomenon NS¹ 18 partisipium C datum datum datum dici C 20 interpretes post conates b 21 uitarem N graece] gregae N 22 doron CNLS doma CNLS loca C

pro primogenitis sibi debitis redditum: unde et quae redduntur et quae donantur data dici possunt. et ideo omne donum etiam datum est, non omne datum etiam donum est, quia non omne quod datur continuo etiam donatur.

- 5 LVIII. Omnis primitia olei et omnis primitia uini et tritici primitia eorum quaecumque dederint domino tibi dedi ea. non dixit: omnem primitium tibi dedi eum; sed, cum dixisset: omnis primitia et enumeraret de quibus rebus esset, intulit: tibi dedi ea. nec saltem: 10 tibi dedi eam, aut: tibi dedi eas, id est primitias; sed neutrum genus intulit, quod quidem fieri absoluta locutione etiam in latina lingua solet. neque hoc quod dictum est, primitia, latinum uidetur; primitiae quippe numeri tantum pluralis dici solent. sed si potuerunt interpretes nostri trans- 15 ferre quod in graeco inuenerunt: non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, et alio loco: uirum sanguinum et dolosum abominabitur dominus, cum sanguis in latina lingua numeri sit tantum singularis, cur etiam hic pigeret singularem numerum „primitia“, sicut 20 habet graecus, exprimere? aliqui tamen interpretes „primitias“ transtulerunt et per accusatiuum casum, ut dicerent: omnes primitias tibi dabo. ita utramque locutionem nobis inusitatam, quomodo in graeco inuenta est, transferre noluerunt

- LX. Loquere filiis Israhel, et accipiant ad te iu- 25 uencam rufam. pro eo, ac si diceret: adducant ad te, aut certe utrumque usitate diceretur: accipiant et adducant ad te iuencam rufam.

ō Num. 18, 12 15 Ps. 15, 4 16 Ps. 5, 7 24 Num. 19, 2

1 reditum *C* 3 *pr.* etiam] et iā *b* 5 primicia uini *C* 6 primitiae *N* dederat *b* 7 primitium *C* 8 omnes *C* primitiæ *C* numeraret *C* 9 rebus] rebus rebus *C om. b* intullit *C* eā *C* nec—eam *om. C* saltim *LS* 13 numero *S*² 14 plurali *NLS* potuerint *N*¹ 17 abominabitur *S* 18 quor *CN* 19 pigeret (t s. l. m. 1) *C* piget et *b* 20 gregus *N* 21 accusatiuum *C* 23 transferrae *N* 24 ad] a *NLS*¹*bd*; cf. *Quaest. in Num. quaest. XXXIII*

LXI. Et lauabit corpus suum aqua . hoc intellexeretur etiam si non haberet: aqua.

LXII. Et <re>ponet extra castra in locum mundum . non „in loco mundo“ dixit, quod latinae locutionis est.

LXIII. Omne uas apertum quaecumque non habent : alligaturam alligatam super ea.

LXIII. Et accepit Moyses uirgam quae ante dominum, subauditur: erat.

LXV. Quia non credidistis sanctificare me in conspectu filiorum Israhel, id est: sanctitatem meam declarare. secundum istam locutionem dictum est: et pro eis sanctifico me ipsum, et in oratione dominica: sanctificetur nomen tuum.

LXVI. Et incolae fuimus in Aegypto dies plures, pro annis multis.

LXVII. Et dixit ad eum Edom, hoc est: gens ipsa — non enim adhuc uiuebat Edom, qui erat Esau — sicut isti, qui nuntios miserunt, Israhel uocabantur, quod prius nomen unius hominis erat.

LXVIII. Et dicunt ei filii Israhel: iuxta montem transibimus; si autem de aqua tua biberimus ego et pecora mea, dabo pretium tibi. satis eleganter a plurali transit ad singularem numerum, tamquam Israhel diceret. cum dixisset: filii Israhel, et a uerbis coepisset numeri pluralis, quod est: transibimus et biberimus.

1 Num. 19, 7 3 Ib. 19, 9 5 Ib. 19, 15 7 Ib. 20, 9 9 Ib. 20, 12
11 Ioh. 17, 19 12 Matth. 6, 9 14 Num. 20. 15 16 Ib. 20, 18
20 Ib. 20, 19

1 lababit *C* lauauit *S* suum (*pr. u s. l. m. 1*) *C* 2 aquam *LSb*
3 reponet *scripsi*: ponet *libri*; *cf. Quaest. in Num. quaest. XXXIII*
locom *N*¹ 4 loco (*co s. l. m. 1*) *C* latine *CL* 6 adligaturā *C*
alligatam] alligam *LS*² 9 crededdistis (*d med. et tis s. l. m. 1*) *C*
credidisti *N* 14 Et incolae *om. b* 16 eum *om. b* 17 uiuebat *C*
isti] ipsi *NLSbd* 18 qui *om. d* nuntius *C* 19 hominis] nominis *L*
21 transiuimus *NLS*¹ biberibus *L* 24 filiis *CNLS*^b irahel *C om. b*
cepisset *CL* 25 transiuimus *LS*¹

LXVIII. Et uidit omnis synagoga, quia dimissus est Aaron. non facile hoc uerbum reperitur in scripturis dimissus pro eo, quod est mortuus; hoc et in euangelio est, ubi ait Symeon: nunc dimittis seruum tuum in pace. 5 uerum tamen ἀπολόεις habet in graeco, quod magis a resolutione quam a dimissione dictum sonat; non enim dixit: ἀφίεις, quod sine dubio est „dimittis“.

LXX. Et fleuerunt Aaron triginta dies omnis domus Israhel. non dixit: fleuit, nec dixit: tota uel uniuersa, sed: 10 omnis, quasi plures essent; sicuti est „omnis homo“, quod de omnibus dicitur, longe utique aliud quam totus homo, quod de uno dicitur. sed adsidue ponit scriptura omne pro toto.

LXXI. Et detrahebat populus ad deum et aduersus Moysen. non dixit: de deo, sed: ad deum. quamuis hanc 15 locutionem quidam transferre nolentes „detrahebant de deo“ transtulerunt.

LXXII. Ora ergo ad dominum ut auferat a nobis serpentem. sicut et in Exodo dictum est „ranam“ singularem pro plurali.

20 LXXIII. Et factum est quando momordit serpens hominem, et aspexit in aeneum serpentem, et uiuebat. non solum hoc habet ista locutio, quod uertit modum uerbi et ab specie perfecta praeteriti temporis ad imperfectam clausit, sed etiam quod plus habet: et.

1 Num. 20, 29 4 Luc. 2, 29 8 Num. 20, 29 13 Ib. 21, 5
17 Ib. 21, 7 18 cf. Ex. 8, 6 20 Num. 21, 9

1 sinagoga CNLS dimissus S 4 simeon Cbd 5 apocalypsis C
apolyis N apolysis LS ἀπολοεις b in resolutione C 7 ἀφίεις scripsi:
aps C aïs NLS αφίεις b αφίεις d dimittis om. N 10 omnes C
11 omnibus (bus s. l. m. l) S 13 detraebant N 15 transferrae N
detrahebat N 16 transtulerunt C 17 ergo om. d dominum]
deum Cbd 18 et om. NLSb rana C singulare d 19 pro om. C
20 εδακην cod. Alex. 21 aeneum Cb aeneum (ne s. l.) N 23 ab (b
s. l.) N a bd speciae N temporajis (al exp. m. l) C 24 et]
ei N om. C

LXXIII. Et eleuantes ex Obot castra conlocauerunt in Acalgai trans in heremo. hoc est: in ulteriore heremo.

LXXV. Et percussit asinam in uirga. non dixit „uirga“ sed: in uirga.

LXXVI. In maledictionem inimicorum meorum uocauisti te, et ecce benedixisti benedictionem non dixit „benedictione“, sed, tamquam diceret: ecce dixisti benedictionem.

LXXVII. Quaecumque miserit deus in os meum, hoc obseruabo loqui. non dixit: haec obseruabo.

LXXVIII. Ueni mecum adhuc in locum alium de quo non uidebis eum inde.

LXXVIII. Et ait dominus ad Moysen: accipe duces populi et ostenta eos domino contra solem, et auertetur ira animationis domini ab Israhel. cum dominus loqueretur, non dixit: et ostenta eos „mihi“, et auertetur ira „mea“ ab Israhel.

LXXX. Domus familiae est Madian. de muliere hoc dixit, quae cum adultero Israhelita percussa est. quibus uerbis, quantum puto, intellegi uoluit nobilem fuisse, ut diceret eam: domus familiae. sic iam uulgo ad insigne diuitiarum et pater familias et mater familias dicitur.

LXXXI. Et locutus est dominus ad Moysen et Eleazar sacerdotem dicens: accipe principium totius synagogae filiorum Israhel a XX annis et supra. notandum quid appellauerit principium, robur scilicet aetatis in populo.

1 Num. 21, 11 3 Ib. 22, 23 5 Ib. 23, 11 8 Ib. 23, 12
10 Ib. 23, 13 12 Ib. 25, 4 17 Ib. 25, 15 22 Ib. 26, 1. 2

1 *sec. cod. Alex.* elebantes *N* oboth *bđ* 2 acalgai *in ras. N*
achalgai *d* colgai *b* heremo *b* eremo *d* 3 asinam] arenam *C* 5 maledictionem *C* maledictione *S* 6 benedictionem *C* non dixit benedictione] (*sic s. l. add. m. 1*) *C* benedictionem *N* 7 dixisti] benedixisti *NLS* benedictionem *C* 15 auertatur *b* 17 mazian *NLS* 20 sic iam] regiam *C* sicut iam *bđ* insignę *L* insignem *N* 22 Eleazar] ad eleazar *NLSbđ* 23 totius *C* sinagoge *C* 24 uiginti *NLSbđ*
et supra *om. b*

LXXXII. Ut exaudiant eum filii Israhel, et: in ore eius exhibunt, et: in ore eius introibunt, id est: cum iusserit.

LXXXIII. Et fecit Moyses secundum quae praecepit illi dominus; et adsumens Iesum statuit eum ante Eleazarum sacerdotem et cetera ubi hoc notandum fuit, quia, cum iam dixisset: et fecit Moyses secundum quae praecepit illi dominus, eadem ipsa repetit.

LXXXIII. Et commendavit eum secundum quae praecepit dominus Moysi. non ait secundum quae praecepit „illi“ dominus.

LXXXV. Decimam decimam similaginis consparsam in oleo agno uni; id est: singulas decimas singulis agnis. quod enim ait: decimam decimam, significavit, quod repetendae sint decimae per agnos singulos.

LXXXVI. Et in mense primo quarta decima mensis huius dies festus, septem dies azyma edetis. notandum diem festum per plures dies celebrari et tamen diem festum dici, non dies festos ipsius festivitatis celebrationem, quot quot dies tenuerit.

LXXXVII. Et mense septimo una mensis. secundum hanc locutionem dictum est in Genesi: et facta est uespera et factum est mane dies unus; nam et ibi sicut hic graecus habet ἡμέρα μία. unde quidam hic interpretantes „prima die mensis“ necessariam locutionem praetermiserunt. quamvis a sententia uerborum non recesserint.

1 Ib. 27, 20. 21 4 Ib. 27, 22 9 Ib. 27, 23 12 Ib. 28, 13
16 Ib. 28, 16. 17 21 Ib. 29, 1 22 Gen. 1, 5

1 Ut] Et *S* 5 Iesum *om.* *N* ihesum *L* 7 secundum] secum *N*
8 ipse *b* 11 dominus] dominus Moysi *b* 12 symilaginis *C* conspsam *S*²*b*
13 agni *C* uni] uiri *b* id *om.* *N* 14 agnis] annis *b* 15 per]
quae *N* singulos agnos *d* singulos annos *b* agnus *C* singulus *C*
16 secundum *cod.* *Alex.* 17 azyma *CNLS* 18 celebrari (*i. fin. sup.*
e posit.) *N* 19 festos] festus *C* quodquod *C* 24 emera mia *CNL*
emera mia *S* ἡμέρα μία *b* interpretantes (*n. fin. s. l. m. 1*) *C*
26 recesserit *S*¹

LXXXVIII. Utulum unum ex bubus, arietem unum. non ait: ex ouibus, sicut illud „ex bubus“, cum et illud, si deesset, plenum esset.

LXXXVIII. Agnos anniculos sine uitio septem. hoc quod in agnis posuit, sine uitio, per omnia subauditur, et in uitulo scilicet et in ariete.

LXXXIX. Decima decima agno uni septem agnis, id est: singulas singulis.

LXXXXI. Exceptis uotis uestris et uoluntaria uestra et holocaustomata uestra et sacrificia uestra et libamina uestra et salutaria uestra. hanc locutionem, si uel graeca esset, non notarem. non enim ait: exceptis uotis uestris et uoluntariis uestris et cetera, ut coeperat, sed neque: excepta uota uestra, ut ab ipso uelut soloecismo inciperet, sed. cum prius recte usitata locutione dixisset: exceptis uotis uestris, ea deinde adiunxit per alium casum, ubi subaudiri non possit „exceptis“, sed „excepta“: quod non admittit nec graeca nec latina locutio.

LXXXXII. Homo, homo quicumque uouerit uotum domino, pro eo. quod est: omnis homo.

LXXXXIII. Cum autem mulier uouerit uotum domino aut definierit definitionem in domo patris sui in iuuentute sua. hic mulierem feminam dicit, etiamsi uirgo sit, more scripturarum: unde etiam de Christo est, quod ait apostolus: factum ex muliere.

LXXXXIII. Et audierit pater eius uota eius et definitiones eius, quas definiuit. definitiones definiuit. locutio est.

1 Num. 29, 2 4 Ib. 29, 2 7 Ib. 29, 4 9 Ib. 29, 39 19 Ib. 30, 8 21 Ib. 30, 4 25 Gal. 4, 4 26 Num. 30, 5

1 bobus *bd* arietem *S*¹ 2 bobus *bd* 5 agnis] annis *N* 8 singula *d* 10 holocaustomata *S* et *med. om. bd* 13 ceperat *C*¹ 14 soloecismo *C* 16 adiunxit *S* 17 sed *om. C* 18 amittit *CS* amittit *N* grega *N* 20 omnes *C* 21 γυνή εὐξήται *cod. Alex.* 22 definitionem *scripsi*: definitione *libri*; *cf. Quaest. in Num. quaest. LVII* 23 mulierem (*li s. l. add. m. 1*) *C* foeminam *S*¹ 27 definitiones definiuit *om N*

LXXXXV. Definiuit aduersus animam suam; id est aduersus delectationes animae suae.

LXXXXVI. Et tacuerit pater eius, et stabunt omnia uota eius. hic plus habet „et“; nam integer sensus est: si audierit et tacuerit pater eius, stabunt omnia uota eius.

LXXXXVII. Si autem facta fuerit uiro. intellegitur „nupserit“; scriptura sic loquitur.

LXXXXVIII. Et uota eius super eam, subauditur: sunt, quod nonnulli etiam interpretes addiderunt.

LXXXXVIII. Omnia quaecumque exierint ex labiis eius secundum uota eius et secundum definitiones quae aduersus animam eius, non manet ei, cum expectaretur numerus pluralis, ut diceret: non manent ei; nam ita nonnulli interpretati sunt uitantes istum quasi solocismum.

C. Mille ex tribu et mille ex tribu, ex omnibus tribubus Israhel. numquid duodecies dixit mille? et tamen repetitio ista millenos significat.

CI. Interfecerunt in gladio. quod usitate diceretur: interfecerunt gladio.

CII. Et omnes ciuitates eorum quae in habitationibus eorum. subauditur „erant“.

CIII. Et uillas eorum succenderunt in igni. quod usitate diceretur: succenderunt igni.

CIIII. Et omnem multitudinem mulierum, quae non nouit concubitus masculi, uiuificate. nusquam certius adparet hebraea locutione mulieres etiam uirgines dici solere.

1 Ib. 30, 5 3 Ib. 30, 5 6 Ib. 30, 7 8 Ib. 30, 7 10 Ib. 30, 13
16 Ib. 31, 4 19 Ib. 31, 8 21 Ib. 31, 10 23 Ib. 31, 10 25 Ib. 31, 18

2 delectationes] delicta *b* 4 et *s. l. m.* 1 *C* ei *N* 7 nubserit *CL*
8 eius] eris *N* subsubauditur *b* 9 interpretes etiam *bd* 10 exierint
(*e s. l. m.* 1) *C, b* ex—secundum *om. C* 12 manent *LS* cum] et
cum *d* 13 ei *om. C* 14 solycismum *C* 16 καὶ χηλικος *cod. Alex.*
17 tribubus] tribus *C* τριων *cod. Alex.* duodeciens *CNLS*¹ et]
et iam *N* 21 abitationibus *N* 25 οὐκ ἐργω *cod. Alex.* 26 cubitum *CNLS*
νῦς nusquam (*prius nus in fine uersus exp. m. 1*) *C* 27 dici uirgines *LSbd*

CV. Et a dimidia parte eorum accipietis, et dabis ea Eleazar sacerdoti primitias domini. non dixit „dabitis“.

CVI. Et animae hominum a mulieribus, quae non cognouerunt concubitus uiri, omnis anima duo et XXX milia. et hic superior locutio confirmata est mulieres 5 dici etiam quae non cognouerunt concubitus uiri, id est uirgines.

CVII. Et accepit Moyses et Eleazar sacerdos aurum a chiliarchis et a centurionibus et intulit ea in tabernaculum testimonii. uidetur dicere debuisse: et intulit 10 illud in tabernaculum testimonii, quoniam aurum acceptum esse praedixerat. et plerique latini codices sic habent; sed ideo pluraliter uidetur inlatum ut diceret: intulit ea, quia multa uasa fuerant superius commemorata, in quibus erat hoc aurum. 15

CVIII. Et pecora multitudo erat filiis Ruben et filiis Gad, multitudo copiosa ualde, non dixit: et pecorum multitudo erat.

CVIII. Et uiderunt regionem Iazer et regionem Galaad, et erat locus locus pecoribus. non iungendum 20 est in pronuntiatione quod bis dixit locus; sed subdistingendum: et erat locus, et deinde inferendum: locus pecoribus. quasi enim expectaretur qualis locus, ita repetitio eleganter inlata est.

CX. Et accedentes filii Ruben et filii Gad dixerunt 25 ad Moysen et Eleazar sacerdotem et ad principes synagogae dicentes. non est ista uel graeca uel latina locutio: dixerunt dicentes, sed hebraea uidetur.

1 Num. 31, 29 3 Ib. 31, 35 8 Ib. 31, 54 16 Ib. 32, 1
19 Ib. 32, 1 25 Ib. 32, 2

2 eam C 4 cognouerant NLS cubitus CNLS omnes C
πατα ψυχῆ cod. Alex. omnis — u. 6 uiri in mg. infer. m. 1 add. S
5 triginta NLSbd 8 moyses in ras. m. 1 S 9 intulit C 10 taber-
naculum (v ex o) N 13 intulit C 17 copiosa] πολὺ cod. Alex.
18 pecora C 19 Iazer] azer C 26 eleazar S¹ 27 sina-
gogae CN

CXI. Detur terra ista famulis tuis in possessionem: quasi de aliis dicerent, cum sibi peterent.

CXII. Non enim secuti sunt post me praeter Chaleb filius Iephone. uidetur dicere debuisse: praeter Chaleb filium Iephone; sed nominatiue intulit, quia praecessit: secuti sunt. est autem ista locutio etiam latina, sed rara.

CXIII. Donec consumeretur omnis generatio facientes maligna in conspectu domini. non dixit: faciens maligna, neque: facientium maligna.

10 CVIII. Et accesserunt ei et dicebant. non ait quod usitatum est: accesserunt ad eum.

CXV. Et aedificabitis uobis ipsis ciuitates inpedimentis uestris. ac si diceret: aedificabitis uobis ipsis ciuitates propter inpedimenta uestra.

15 CXVI. Inpedimenta nostra et uxores nostrae et omnia pecora nostra erunt in ciuitatibus Galaad; pueri autem tui transibunt omnes armati. non dixerunt: nos autem transibimus omnes armati, sed tamquam de aliis dicerent.

20 CXVII. Et commendauit eis Moyses Eleazar sacerdotem et Iesum filium Naue et principes familiarum tribuum Israhel. non ait: commendauit eos Moyses Eleazar sacerdoti, quod utique ordo locutionis usitatae exigebat; per hos enim introducti sunt in terram, quam petebant: unde

1 Ib. 32, 5 3 Ib. 32, 11. 12 7 Ib. 32, 13 10 Ib. 32, 16
12 Ib. 32, 24 15 Ib. 32, 26. 27 20 Ib. 32, 28

1 in om. C 3 caleph b 4 filius (s ex m) S Iephone] geffone C
ieffone N ieffone LS uidetur—iefone in mg. infer. add. m. 1 S
chaleb (ch in ras. m. 1) S 5 geffone C ioffone N ieffone L iefone S
nominatibe C intullit C secuti sunt] secutus CLS sequutus N
7 consumaretur Cb consumaretur N consummeretur S facientis LSb
8 faciens] facientis N 10 dicebant] dixerunt bd ait quod] ait quia S
utique b 12 edificauit C edificabis b ipsas C inpedimentis
uestris] propter inpedimenta uestras C 18 nos s. l. m. 1 C transi-
uimus LS¹ 20 commendabit C eis om. C 22 tribubum NLS
commendabit C 23 sacerdoti (ti in ras.) S locutiones C 24 intro-
dux C petebant (n s. l. m. 1) C

magis illi istis a quibus introducebantur in terram postulatam quam isti qui introducebant illis quos introducebant commendati videntur.

CXVIII. Si autem non transierint armati uobiscum in bellum in conspectu domini, et transferte inpedimenta eorum. plus habent „et“.

CXVIII. Et dedit eis Moyses filiis Gad et filiis Ruben. plus habet „eis“.

CXX. Et non ibi erat aqua populo bibere. pro eo, quod est ad bibendum.

CXXI. Loquere filiis Israhel et dices ad eos. sufficere uidetur: loquere filiis Israhel.

CXXII. Et omnia idola fusilia eorum perdetis ea. plus habet „ea“.

CXXIII. Hoc erit uobis fines maris. non dixit: hi erunt uobis.

CXXIII. Et hoc erit uobis fines ad aquilonem: eadem repetita locutio est.

CXXV. Et erunt ciuitates eis habitare, pro eo, quod dici solet: ad habitandum.

CXXVI. Refugia erunt uobis fugere illo homicidam: quod usitate dici posset, ut fugiat illo homicida.

CXXVII. Et incolae qui in uobis istae ciuitates in refugium. singulari numero positum est incolae; id est: huic incolae qui in uobis, quoniam minus habet „est“. non

4 Num. 32, 30 7 Ib. 32, 33 9 Ib. 33, 14 11 Ib. 33, 51
13 Ib. 33, 52 15 Ib. 34, 6 17 Ib. 34, 7 19 Ib. 35, 3 21 Ib. 35, 11
23 Ib. 35, 15

1 illij illis N introducebantur] introducendi erant (ducendi erant
s. l. m. 2) S introducerentur N in terram] intro in terram L
2 commendari b 5 transferre LSb 6 abet N et] ei N om. CS¹
7 eis] ei d gad ex galaad m. 2 S 15 hii C 19 α: πολιεις αυτους
cod. Alex. habitate b 20 abitandum N 21 homicida S 22 posset]
potest d

enim ait „qui in uobis est“ notissima locutione, sed rariore in lingua latina quam in graeca.

LIBER QUINTUS. LOCUTIONES DE DEUTORONOMIO.

I. Usque ad flumen magnum, flumen Euphraten. 5 non dixit: usque ad flumen magnum Euphraten.

II. Et iudicium, quod durum fuerit a uobis, adferetis illud ad me. non dixit: quod durum fuerit uobis, sed a uobis, id est ita durum, ut a uobis iudicari non possit.

III. Si uidebit aliquis uirorum istorum terram opti- 10 mam hanc, quam iuraui patribus eorum praeter Chaleb filius Iephone; hic uidebit eam. et in libro Numerorum istam locutionem notauimus, quia non dixit: praeter Chaleb filium Iephone, sed filius.

III. Dominus enim deus uester benedixit te in omni 15 opere manuum tuarum. non ait: benedixit uos in omni opere manuum uestrarum, cum praedixisset uester, non „tuus“.

V. Nunc ergo surgite et promouete et pertransite uos uallem Arnon; ecce tradidi in manus tuas Seon regem Esebon. non dixit „in manus uestras“, sed a plurali 20 ad singularem transit.

VI. Quoniam quae est gens magna cui est ei deus adpropians illis? duo sunt hic notanda: uel quod ait: cui

4 Deut. 1, 7 6 Ib. 1, 17 9 Ib. 1, 35. 36 11 cf. lib. IIII CXII pag. 599, 4 14 Deut. 2, 7 17 Ib. 2, 24 21 Ib. 4, 7

1 est *om. N* 2 in *alt. om. b* Explicit liber locut. numer. agu fol. 163^b C
Explicit locutiones numerorum incipit questiones fol. 91^b N Explicuerunt locutiones numerorum incipiunt locutiones Deutheronomii L Expl loc num incip loc deuteno fol. 25 S

3 Explicit quaestiones numerorum. in locutiones deuteronomii (no s. l.) fol. 105^a N 4 euphraten NLS Euphratem d 5 non—Euphraten *om. b* 6 adfertis LS 9 optimam] αραθην cod. Graeci 10 quam hanc b caleb N caleph b 11 et 13 ieffone N ieffone LS cf. Loc. de Numeris CXII 14 υμων cod. Alex. omni *om. b* 15 opere L 19 essebon LS a] ad N pluralem N 20 transit S transtulit N 21 ei *om. LS* 22 adpropinquans NLS

est ei, uel quod non ait „adpropians illi“, sed adpropians illis.

VII. Et similitudinem non uidistis sed uocem, cum uox non possit uideri; sed generaliter hoc uerbum posuit, tamquam ad omnem corporis sensum uidere pertineat. 5

VIII. In quam uos ingredimini illo hereditare eam: plenum esset, etiamsi non additum esset illo.

VIII. Et eduxit uos de fornacē ferrea ex Aegypto: fornacem ferream duram tribulationem intellegi uoluit. secundum hoc et de Ioseph dictum est in Psalmis: ferrum per-
transit anima eius. 10

X. Et non transeo Iordanen hunc, quasi et alius sit Iordanes. ex hac locutione arbitror saepe dici etiam hunc mundum, quasi alius non sit.

XI. Si autem generis filios et filios filiorum tuorum: notanda locutio est, ubi et auos nepotes dicit gignere. 15

XII. Et quaeretis ibi dominum deum uestrum et inuenietis eum, quando exquiretis eum ex toto corde tuo et ex tota anima tua in tribulatione tua: non dixit „in toto corde uestro et in tota anima uestra in tribulatione uestra“.

XIII. Interrogate dies priores, qui fuerunt priores te: non homines sed dies intellegendum est. similiter et hoc notandum, quod etiam superius, cum dixerit: interrogate pluraliter, priores te intulit singulariter, non „priors uobis“.

3 Deut. 4, 12 6 Ib. 4, 5, 14 8 Ib. 4, 20 10 Ps. 104, 18
12 Deut. 4, 22 15 Ib. 4, 25 18 Ib. 4, 29 23 Ib. 4, 32

1 adpropians *NL* illis *N* 4 posset *N* 8 *sec. cod. Alex.* uos
om. b fornacē ferrea *N* egypto *N* 9 intellege *N* 10 pertrans-
iit *Lbd* 11 animam *Nbd* 12 transiit *b* iordanem *Nbd* 13 ior-
danis *bd* 14 non sit] non sit *LS* sit *bd* 15 genuerit *N* filias
filiorum *N* 16 auos] aduos *N* nepotest *N* dicit gignere *om. N*
18 quæritis *LS^b* ibi *om. N* nostrum *N*; ἡμῶν *cod. Alex.*
24 non dies sed homines *in ras. m. 2 S, bd*

XIII. Si et tentauit deus ingressus accipere sibi gentem de media gente: tentauit pro eo, quod est uoluit, positum est. an quid aliud? quod autem ait: de media gente, de mediis gentibus intellegendum est singulari
 5 posito pro plurali; sicut serpentem, ranam, et locustam pro serpentibus et ranis et locustis scriptum legimus.

XV. Secundum omnia, quae fecit dominus deus uester in Aegypto coram te uidente: nihil minus est, et si non addatur: uidente.

10 XVI. Et ego stabam inter dominum et uos in tempore illo adnuntiare uobis uerba domini, quoniam timuistis a facie ignis et non ascendistis in montem, dicens: ego sum dominus deus tuus et cetera: dicens posuit pro „cum diceret“.

15 XVII. Et aduena, qui incolit in te: populo dictum accipiendum est, non quasi uni homini, quia in populo incolit aduena.

XVIII. Propter hoc constituit tibi dominus deus tuus ut obserues diem sabbati et sanctificare eum.
 20 si „et“ non haberet, non uideretur inusitata locutio: ut obserues diem sabbati sanctificare eum; aut certe si ita esset: ut obserues diem sabbati et sanctifices eum, aut ita: propter hoc constituit tibi dominus deus tuus obseruare diem sabbati et sanctificare eum. nunc uero „ut obserues diem sabbati
 25 et sanctificare eum“ inusitata et notanda locutio est.

XVIII. Adtende tibi, ne dilatetur cor tuum et obliuiscaris domini dei tui: notandum etiam in malo dici posse dilatationem cordis; exultatio quippe in dilatatione

1 Ib. 4, 34 7 Ib. 4, 34 10 Ib. 5, 5. 6 15 Ib. 5, 14 18 Ib. 5, 15
 26 Ib. 6, 12

3 an] aut *bd* 4 mediis] media *N* 5 lucustam *NS* 6 et ranis] ranis *bd* 7 Secundum] Sed *LSNb* que *N* 12 ascendisti *N*
 15 que *b* 16 incolit *N* 18 dominus deus tuus tibi *S* 21 sanctificare eum] et sanctifices eum *b*; sanctificare—sabbati *in mg. m. 1 add. S*
 aut—eum *om. b* 22 sanctificare *N* 24 ut *om. N* 25 locutio] solutio *b* 26 *μη πλατύνθη η καρδια σου cod. Alex.* 28 poss& *N*

intellegitur, cui contrariae sunt angustiae, id est tristitia. utrumque autem potest et in bono et in malo.

XX. Et erit cum interrogauerit te filius tuus cras dicens; „cras“ posuit pro futuro quocumque tempore.

XXI. Septem gentes magnas et multas: quomodo ergo 3 multas, si septem? sed multas dixit multitudinem habentes.

XXII. Non dispones ad eos testamentum, cum de gentibus diceret; testamentum ergo pro pacto posuit.

XXIII. Et filiam eius non sumes filio tuo; discedere enim faciet filium tuum a me et seruiet diis aliis et 10 irascetur indignatione dominus in uos: non ait „irascar“, sed tamquam de alio diceret.

XXIII. Ciuitates magnas et muratas usque in caelum: ὑπερβολικῶς dictum.

XXV. Ne dicas in corde tuo, cum consumpserit dominus 15 deus tuus gentes istas ante faciem tuam, dicens: propter iustitias meas induxit me dominus hereditare terram bonam istam. ordo est: ne dicas in corde tuo dicens.

XXVI. Ne quando dicant inhabitantes terram unde 20 eduxisti nos inde: more scripturae additum est „inde“.

XXVII. Quae fecit uirtutem Aegyptiorum. hoc interpretes quidam latini minus intellegentes noluerunt dicere uirtutem, sed uirtuti uel exercitui, quoniam id, quod ait Graecus, δύναιμι, nonnulli exercitum intellexerunt; sed elegans 25 locutio est. „quae fecit uirtutem eorum“ intellegendum

3 Deut. 6, 20 5 Ib. 7, 1 7 Ib. 7, 2 9 Ib. 7, 3. 4 13 Ib. 9, 1
15 Ib. 9, 4 20 Ib. 9, 28 22 Ib. 11, 4

1 contrarie N tristitię b 2 potest accipi (accipi s. l. m. 2) S
et post potest om. N post malo addunt accipi bd 5 μεγάλα κα:
πολλά cod. Alex. 6 sed multā N 9 sumis L suo N 10 aliis]
alienis S 11 irascitur N 14 yperbolicos LNS hyperbolice b
15 Nec LS⁴b dices S¹ 17 τας δικαιουσνας cod. Alex. 20 quando]
ποτε cod. Alex. dicat S terra L unde inde nos eduxisti b
21 aditum N 22 Que N interpretes] interpretes nri b 23 quidem N
24 uirtutem] uirtutes N 25 dinamin LNS δυναιμι b

est, quid eam fecit, quoniam ad nihil eam redegit. sed quia pluraliter dictum est, ideo subobscurum est.

XXVIII. Quos aperiens terra os suum deglutiuit eos et domos eorum et tabernacula eorum. duae locutiones hic notandae sunt: quod et additum est „eos“, cum sufficere potuisset, quod et ait superius „quos“, et, domos eorum cum dixisset, addidit: et tabernacula eorum, quasi alias in heremo haberent domos nisi tabernacula. sed nimirum domos intellegi uoluit homines ad eos pertinentes, sicut ipsi populo dicitur: et nunc tu, domus Iacob. nec ista locutio aliena est a latina lingua; nam et Romani dicti sunt domus Assaraci, quod ex Assaraco Troiano originem ducerent.

XXVIII. Quoniam oculi uestri uidebant omnia opera domini magna, quae fecit in uobis hodie. cum de his operibus diceret, quae per heremum facta sunt eo tempore, quo ibi circumducebantur per quadraginta annos, tamen „hodie“ dixit, quod intellegi uoluit hoc tempore, quotquot ibi annos idem tempus habere potuisset.

XXX. Terram, quam iurauit dominus patribus uestris dare eis et semini eorum post eos. tamquam diceret: id est semini eorum post eos. non enim et ipsis dedit, sed ita ipsis dedit, cum semini eorum dedit.

XXXI. Si autem auditu audieritis omnia mandata eius. quae ego mando tibi hodie. auditu uidetur superfluum, sed locutio est scripturae sanctae familiarissima.

3 Ib. 11, 6 10 Es. 2, 5 12 Aeneid. 1, 284 14 Deut. 11, 7
20 Ib. 11, 9 24 Ib. 11, 13

1 redegit *ex* reddit *N* 3 deglutiuis *N* 4 due *LN* 5 notande *N*
6 posset *d* prius et om. *d* et ait *in ras.* *N* 9 domus *N*
10 domos *N* 12 sa-raco (r *eras.*) *S* traiano *N* 14 uiderunt *bd*
εωρων *cod. Alex.* 17 quaginta *N* 18 quodquod *LS*¹ 19 idem] id
est *b* habere] ibi abere *N* 20 uestris *s. l. S* nr̄is *b* 21 et
semini] seminique *bd* dicere *N* 23 cum] cui *b* 25 eius] εωρων
cod. Alex.

XXXII. Et dabit pluuiam terrae tuae in tempore suo matutinam et serotinam. cum matutinum tempus dies dicatur, nunquid hinc intellegi uoluit tempus anni primum? serotinum uero minus latinum est. sed non potuit magis proprie de graeco exprimi, quod illi dicunt ὄψιμον; tamen etiam in 5 latina lingua uulgo usitatum est, ut dicatur serotinum, sed quod tardius quam oporteat factum est. hic uero tempus anni potius intellegi uoluit.

XXXIII. Et cum ederis et satiatus fueris, adtende tibi ipsi, ne dilatetur cor tuum, et praeuaricemini et 10 seruiatis diis aliis. iam superius tales locutiones notauiimus, siue quod a singulari ad pluralem transit siue quod in malo uoluit intellegi „dilatetur“, ubi noxiam prosperitatem significauit.

XXXIII. Et flumen magnum, flumen Euphraten: re- 15 petitiones istae usitatae sunt in scripturis et rem decenter commendant.

XXXV. Timorem uestrum et tremorem uestrum inponet dominus deus uester super faciem uniuersae terrae: non timorem et tremorem, quo ipsi timent et tremunt, 20 sed quo timentur et alios tremere faciunt.

XXXVI. Non poteris manducare in ciuitatibus tuis decimationem frumenti tui. pro eo, quod est: non debebis.

XXXVII. Et incendes ciuitatem in igni: nos usitatus 25 diceremus „igni“.

1 Deut. 11, 14 9 Ib. 11, 16 15 Ib. 11, 24 18 Ib. 11, 25
22 Ib. 12, 17 24 Ib. 13, 16

2 matutinum et serotinum *bd* 3 numquid] non quod *LNS* hoc *L*
hic *S* 5 obsimam *N* obsiman *LS* ὄψιμον *b* 9 comederis *bd* 11 aliis]
alienis *S* 12 siue (u *super. n. superscr.*) *N* singulare *LS*¹ 13 noxi-
am (iam *s. l. m. 1*) *S* 15 *cod. Graeci differunt* flumen *post* magnum
om. LS^b euphraten *LSb* euphratem *N* Euphratem *d* 16 iste usitate *N*
decenter] deanter *N* 18 καὶ *om. cod. Alex.* 21 quo] quod *LNSb*
22 potueris *LNS*; *sed cf. Loc. XLVIII et Quaest. in Deut. quaest.*
XXVI 24 ciuitatem] &uitatem *N* in *om. LS* usitatus *N*

XXXVIII. Si autem longe fuerit uia a te, ac si diceret: longa uia erit; aduerbium posuit pro nomine.

XXXIII. Et fenerabis gentes multas. fenerationem scriptura dicit mutuo datam pecuniam, etiam si usurae non accipiantur: unde est et illud in psalmo: beatus uir, qui miseretur et commodat. hoc enim maluerunt interpretari nostri, qui sententiam potius quam uerba sequenda putauerunt; nam in graeco habet *δανεῖσι*, quod est feneratur.

XXXX. Et principaberis gentium multarum, tui autem non principabuntur. tamquam diceret: tibi non dominabuntur, hoc est gentes; genetiuis enim casus est singularis huius pronominis, quod ait tui — cuius datiuus est tibi —, non pluralis nominatiuus, cuius genetiuis est tuorum.

XXXI. Si autem fuerit in te egenus in fratribus tuis. non uni homini, sed populo dicitur, ideo in te.

XXXII. Si autem fuerit in te egenus in fratribus tuis in una ciuitatum tuarum in terra, quam dominus deus tuus dat tibi, non auertes cor tuum neque constringes manum tuam a fratre tuo egente; aperiens aperiens manus tuas ei, fenus fenerabis ei, quantumcumque postulat et quantum eget. hic certe cum opera misericordiae praecipiat, non utique usurarum crudelitas suscipienda est: unde adparet, quod ait: fenus fenerabis ei, mutuo dandum, quod postularet, intellegi uoluisse. quod

1 Ib. 14, 24 (23) 3 Ib. 15, 6 5 Ps. 111, 5 9 Deut. 15, 6.
15 Ib. 15, 7 17 Ib. 15, 7, 8

2 erit] fuerit *d* 3 faenerabis *NL* foenerabis *S* foenerabit *d* 5 uir *om. d* 7 sequenda *N* 8 danzi *LNS* fenerator *N* 9 principaueris *N* 11 et 13 genetiuis *Nbd* 12 tui *om. LS* datibus *N* 13 nominatibus *N* 18 ciuitacium *N* ciuitatū. Non *b* 19 auertas *LSb* ἀποστρεψεις *cod. Alex.* 21 aperiens] aperiens *N* faenus *L* foenus *S* foenu *d* faciens *N* foenerabis *Sd* feneraberis *b* 22 et] κα: *cod. Alex.* 24 faeneraberis *LN* foenerabis *S* 25 uoluisset *Nb*

autem ait: aperiens aperies manus tuas, tale est et quod sequitur „fenus fenerabis“, usitata locutio in scripturis sanctis.

XXXIII. Cum de aure pertundenda serui praecepisset, et ancillam, inquit, tuam facies similiter, accusatium pro datiuo ponens. non ait: ancillae tuae facies, quod locutionis nostrae consuetudo poscebat.

XXXIII. Si autem fuerit in eo uitium, claudum aut caecum, uel omne uitium malum. non ait: claudicatio aut caecitas — ipsa enim sunt uitia — sed: claudum et caecum: quod sunt non uitia, sed animalia, quae habent uitia. hoc quoque notandum est quod ait: uitium malum, quasi posset esse uitium bonum.

XXXV. Et non dormiet de carnibus, de quibus immolaueritis uespere die primo usque in mane. pro eo. quod est: non remanebit ea nocte, non dormiet dictum est.

XXXVI. Non offeres domino deo tuo uitulum uel ouem in quo est in ipso uitium. usitata locutio esset: in quo est uitium; sed ista scripturis est usitatio.

XXXVII. Et lapidabis eos in lapidibus, et morientur: quod ex nostra consuetudine diceretur „lapidibus“, non in lapidibus.

XXXVIII. Non multiplicabit sibi equum. pro equis uel pro equitatu equum posuit: unde nonnulli „equitatum“ interpretati sunt.

XXXVIII. Non poteris constituere super te hominem alienum, quia non est frater tuus. non poteris dictum est pro „non debebis“.

3 Deut. 15, 17 7 Ib. 15, 21 13 Ib. 16, 4 16 Ib. 17, 1
19 Ib. 17, 5 22 Ib. 17, 16 25 Ib. 17, 15

1 aperies] aperiens *N* 2 faenus *L* foenus *S* faenererabis *S*
faeneraberis *L* inusitata *b* post locutio *add.* est *d* 4 faciens *N*
ποσειεις ωσαυτως *cod. Alex.* 5 datibo *N* 7 uicio *N*¹ 8 uel omne]
γ και πας *cod. Alex.* 14 θυσιας *cod. Alex.* in *om.* *b* 16 offeres]
προποσειεις *cod. Alex.* offeris *S*¹ 17 esset] est *N* 18 in] et in *N*
22 multiplicauit *LS*¹ 25 potueris *LS*¹

L. Secundum omnia, quae petisti a domino deo tuo in Coreb in die conuocationis dicentes. cum dixerit superius petisti, dicentes subiecit, non „dicens“.

LI. Quoniam dominus deus uester, qui praecedit
5 uobiscum: non dixit „uos“.

LII. Si occurreris nido auis ante faciem tuam in uia. notandum, quod occurreris dixit etiam non ambulanti.

LIII. Si autem aedificaueris domum nouam, facies coronam solario tuo et non facies homicidium in
10 domo tua, si cadat qui cecidit ab eo, id est: a solario cadat qui cecidit. nimis inusitata locutio est.

LIII. Et abiens fuerit uiro alteri, et oderit eam uir nouissimus. notandum ex duobus posteriorem nouissimum dici. talis locutio est et in euangelio, quando quaeritur ex
15 duobus fratribus, quis eorum fecerit uoluntatem patris, et respondetur „nouissimus“, cum duo fuerint.

LV. Non pignerabis molam neque superiorem lapidem molae, quia animam iste pignerat, pro eo, quod est: quia animam pignerat, si feceris. deinde notandum
20 animam dixisse pro ea uita, quam habet anima in corpore: ex qua locutione et illud est in euangelio: nonne anima plus est quam esca.

LVI. Si autem deprehendatur homo furans animam ex fratribus suis filiis Israhel: animam pro homine
25 posuit. denique sequitur: et obprimens eum uendiderit: quae non minus notanda locutio est. noluit enim dicere „eam“, quod esset magis consequens, quoniam animam

1 Deut. 18, 16 4 Ib. 20, 4 6 Ib. 22, 6 8 Ib. 22, 8 12 Ib.
24, 2, 3 (4, 5) 14 cf. Matth. 21, 31 17 Deut. 24, 8 (6) 21 Matth.
6, 25 23 Deut. 24, 9 (7)

1 petiisti *bd* 2 choreb *S²d* oreb *b* 3 petiisti *d* non] nunc *b*
4 uester] *ἡμεῖς* urt *N* noster *b* 5 uos] uobis *N* 6 nidum *LNSb*
7 hoccurreris *N* 8 *sec. cod. Alex.* hedificaberis *N* 10 si] sed *LNSb*
12 habiens *N* 14 et *om. b* 17 pignorabis *b* 19 pigneris *S* 20 anima]
animam *LN* anima. (m *eras.*) *S* in *ante* corpore *om. N* 24 filii *N*
hominem *N* 25 oprimens *N* 26 non minus] nominis *b* est locutio *bd*

dixerat, sed eum, id est hominem, in cuius significatione dixerat animam.

LVII. Si debitum fuerit in proximo tuo debitum quodcumque: repetitio uerbi locutionem notandam facit.

LVIII. Si autem noluerit homo accipere uxorem 5 fratris sui, et ascendet mulier in porta ad senatum et dicet: non uult frater uiri mei suscitare nomen fratris sui in Israhel, noluit frater uiri mei. quamuis uerborum repetitiones amet scriptura, inusitatio est tamen repetitio; sed elegantius querelae ostentat adfectum. 10

LVIII. Maledictus omnis, qui dormierit cum omni pecore: pro eo, quod est „concupuerit“. deinde cum omni pecore pro eo, quod est „cum quolibet pecore“.

LX. Et seruius inimicis tuis, quos inmittet dominus deus tuus super te. graecus habet: λατρεύσεις, ubi latinus 15 interpretatus est: seruius. solet autem hoc uerbum in ea seruitute scriptura ponere, quae debetur deo: unde idolatrae appellantur, qui ea seruitute idolis seruiunt; ergo hic inusitate positum est hoc uerbum. quamquam possit etiam hunc sensum habere, quod tam grauiter multa dixerit, ut inimicis 20 suis nimium superbientibus tamquam dis seruisse cogantur.

LXI. Gentem cuius non audies uocem eius. et hoc notandum est, quod et cuius dixit et eius, sicut loqui scripturae solent, et id, quod ait: cuius non audies uocem pro eo, quod est „cuius linguam non intelleges“. 25

LXII. Mollis in te et tenera ualde fascinabit oculo suo fratrem suum et uxorem quae est in sinu eius et

3 Deut. 24, 12 (10) 5 Ib. 25, 7 11 Ib. 27, 21 14 Ib. 28, 48
22 Ib. 28, 49 26 Ib. 28, 54. 55

1 id] it *N* 4 notāda *b* 5 omo *N* acciperē *N* 6 fratri suo *N*
ascendit *LNS*¹ 7 uul *N* 8 fratri *N* in *om.* *N* 10 *post* repetitio
add. haec *d* set *N* querellae *NS*¹ 12 peccore *L* 13 quolibet
peccore *LN* 15 latreusis *LNS* λατρεύσεις *b* 17 scripture *LS*¹
idolatre *LN* idololatrae *d* 21 supernientibus *N* diis *bd* 22 cuius]
ou cod. Alex. 25 intellegis *LNS*¹ intelligas *b* 26 molis *N* tener *N*
et tenera in te *b* fascinauit *LSb* 27 quae] qui *LNS*

qui sunt reliqui filii quicumque relictī fuerint illi, ita ut det uni ex eis a carnibus filiorum suorum de quibuscumque edet eo, quod non derelictum sit ei quidquam in angustia et tribulatione, qua tribulabunt te inimici tui in omnibus ciuitatibus tuis. notandum est, quemadmodum hic dictum sit: fascinabit eum pro „inuidebit“ ei tamquam ad hoc derelicto, ut necesse sit ei dare de carnibus filiorum, quas cogit necessitas in cibum sumi a parentibus. nam et in Prouerbiis, quod latini codices habent: non cenabis cum uiro inuido, graecus habet: ἀνδρὶ βασκανῶ; βασκανός autem fascinus dicitur.

LXIII. Et erit sicut laetatus est dominus in uobis bene facere uobis. graecus habet: bene facere uos, nec uidetur esse saltem graeca locutio. accusatiuus tamen pro datiuo positus intellegitur: unde maluerunt latini interpretes dicere uobis quam „uos“.

LXIII. Uos uidistis omnia, quae fecit dominus deus uester in terra Aegypti coram uobis Pharaoni et omnibus seruis eius et omni terrae illius, temtationes magnas, quas uiderunt oculi tui: notandum illas plagas etiam temtationes uocari.

LXV. Si fuerit dispersio tua a summo caeli usque ad summum caeli, inde congregabit te dominus deus tuus. mirum, si non hoc dicit a summo caeli usque ad summum caeli, quod solet etiam dicere „a summo terrae

10 Prou. 23, 6 12 Deut. 28, 63 17 Ib. 29, 2. 3 22 Ib. 30, 4

1 reliqui sunt *bd* 3 quibuscumque] quibus *N* 4 quicumquam *LS*
 quicumquam *N* 5 ciuitatibus *om. b* 6 hic] id *b* fascinabit *LSb*
 facinabit *N* eum *om. Lbd* inuidit *b* 7 inuit. ei] et *LSbd*
 8 cogi *N* sumi] sum *b* 9 parentibus *N* quodices *N* 10 andri
 bascano bascanos *LN* andri brascano bascanos *S* ἀνδρὸς βασκανο βασκανός *b*
 11 fastinus *b* 12 in *om. N* 13 benefacere ei uobis *N* 14 saltim *L*
 accusatiuus *N* 18 Aegypto *d* faraoni *LS* 19 seruis eius omnibus *bd*
 omnibus] καὶ *cod. Alex.* 20 quas] quia *N* 23 inde—summum caeli
om. b congregauit *L* 24 sumo *N* 25 a] ad *N* sumo *N*

usque ad summum terrae: fortasse propterea, quia secundum id, quod et iste aer caelum dicitur, coniungitur terrae.

LXVI. Non in caelo est, dicens: quis ascendet in caelum et accipiet nobis illud, et audientes illud faciemus? neque trans mare est, dicens: quis trans- 5
fretabit nobis trans mare et accipiet nobis illud, et audientes illud faciemus? dicens pro eo posuit, quod est „ut dicas“: noua locutio.

LXVII. Et dominus qui comitatur tibi tecum.

LXVIII. Et dixit dominus ad Moysen: ecce tu dor- 10
mies cum patribus tuis: hoc uerbo eius mortem significauit.

LXVIII. Amaricantes eratis quae ad deum: id est amaricabatis ea, quae dei sunt.

LXX. Scio enim, quia post obitum meum iniquitate 15
iniquitatem facietis: uno uerbo autem graece dicitur „iniquitatem facietis“, quod est ἀνομήσεις.

LXXI. Et occurrent uobis mala nouissimum dierum: sic enim habet graecus pro in nouissimis diebus aut in nouissimo dierum. 20

LXXII. Nonne hic ipse pater tuus possedit te et fecit te et creauit te? ordo notandus est; prius enim uidetur dicere debuisse „creauit te et fecit te“ et deinde „possedit te“. quomodo enim intellegitur posse possideri qui non est?

LXXIII. Cum adipe renum tritici. haec metaphora nimis 25
inuitata est, ut renes tritici intellegantur uelut interiora

3 Deut. 30, 12. 13 9 Ib. 31, 8 10 Ib. 31, 16 13 Ib. 31, 27
15 Ib. 31, 29 18 Ib. 31, 29 21 Ib. 32, 6 25 Ib. 32, 14

1 sumum N portasse N 2 aer] p N 3 est in cęlo b ascen-
dit N 5 transfretauit LS¹ 6 και ακουσαντες αυτην ποιησομεν cod. Alex.
7 et faciemus b posuit pro eo N 8 uocabula noua lectio cum
sequentibus con. NSb 9 tibi] σο: cod. Alex. 10 moisen N mosen S
13 que L 17 ἀνομήσεις] anoheseit .c. S anheseit L annoahsete N
ανομαστη b ανορησεις cod. Trecensis 18 occurrent] hoc current N
21 Nonne] Nā b te post fecit om. N 24 possidere L¹NS 25 Cum—
tritici om. LNSb haec] Ec N metaphora N 26 tritici L

tritici, unde farina eicitur; hoc enim et adipem dixit. nam hoc nomine etiam farinam solent Graeci dicere; hoc enim habet graecus in Exodo, ubi scriptum est: eleuantes farinam super humeros suos. graecus quippe interpretes *στέατα* posuit, quod sunt adipes.

5 LXXIII. Filii in quibus non est fides in eis: usitata scripturis locutio.

LXXV. Quoniam iudicabit dominus populum suum et in seruis suis consolabitur: pro „seruos suos consolabitur“; nisi forte ipsum consolari dicit translato uerbo uelut
10 ab indignatione et offensione, qua eum offendunt mali. sic autem eius consolatio accipienda est, non ex more hominum, sicut nec ira et zelus et cetera talia.

LXXVI. Ubi sunt dii eorum in quibus fidebant in ipsis: plenum esset et sine „in ipsis“.

15 LXXVII. Et iurabo dexteram meam: id est „per dexteram meam“.

LXXVIII. Laetamini caeli simul cum eo, et adorent eum omnes angeli dei. alii codices habent: et adorent eum omnes filii dei. filios autem dei dictos, qui angeli sunt
20 in caelis, non facile in scripturis sanctis inuenitur.

LIBER SEXTUS. LOCUTIONES DE IESU NAUE.

I. Uos autem transibitis expediti priores fratribus uestris, omnis fortis: id est omnis, quicumque in uobis fortis est.

3 Ex. 12, 34 (?) 5 Deut. 32, 20 7 Ib. 32, 36 13 Ib. 32, 37
15 Ib. 32, 40 17 Ib. 32, 43 22 Ios. 1, 14

1 tritici *L* uarina *N* dixit] discit *N* nam] non *S*¹ nomine] homine *N* 2 grece *N* *om. b* grecus *LNS* 3 ueros *NL*
4 steata *N* creara *LS* 10 et] uel *b* eum (e *ex* c) *S* cum *L*
mali. sic] malis hic *N* 13 dii] digi *N* 14 in *om. LNS* 19 uo: *cod. Alex.* filios dei autem *N* angeli. (s *eras.*) *S* angelis *N* 20 facele *N*
Explicunt locutiones deuteronomii Incipiunt locutiones libri ihesu Naue *L*
expl loc deut. nom. incip. loc lib hyesu (*m. 2* hyosue) *S* explicuit loquutiones deuteronomii. incipit questiones eiusdem libri *fol. 108 N*

21 Finiunt quaestiones de deuteronomio in locutiones de iesu naue *fol. 121 N* 22 expediti priores *scripsi secutus LXX*: expeditiores libri
23 omnis *alt. ex* omnes *L*

II. Ut sciatis uiam quam ibitis eam: plenum esset, etiam si non haberet „eam“.

III. Et factum est cum esset Iesus in Iericho. notanda locutio est; nondum quippe erant in eadem ciuitate, cuius portae contra illos clausae fuerant: unde factum est, ⁵ ut in eam intrare non possent, nisi muri eius cecidissent circumacta arca domini. ergo in Iericho dictum est: in terra, quae pertineret ad Iericho.

III. De Iericho dictum est, cum clausa esset: nec quisquam ex illa prodibat neque introibat: utique „in ¹⁰ illam“ subauditur, non „ex illa“; hoc appellatur graece ζεῦμα κατ' ἐλλειψιν.

V. Dominus dicit ad Iesum: ecce ego trado tibi subjugatam Iericho et regem eius qui est in ea potentes fortitudine. mirandum, quod non hic posuit coniunctionem ¹⁵ copulatiuam, ut diceret: et potentes fortitudine, quam solet scriptura tam adsidue ponere, ut etiam ibi inueniatur, ubi sensum solitae locutionis inpediat. an et Iericho et rex eius dicti sunt „potentes fortitudine?“

VI. Et Raab meretricem et domum paternam eius ²⁰ uiuificauit Iesus, et commorata est in Israhel usque in hodiernum diem. notandum est, quemadmodum dicat scriptura: usque in hodiernum diem, quod adsidue dicit. nam et de lapidibus illis duodecim, qui positi sunt, ubi Iordanes ex ima parte defluerat et ex parte superiore constiterat arca transeunte uel populo, ita dictum est, quod ibi ²⁵ essent „usque in hodiernum diem“: quod uidetur ita sonare,

1 Ios. 3, 4 3 Ib. 5, 13 9 Ib. 6, 1 (5, 16) 13 Ib. 6, 2
20 Ib. 6, 25 et 4, 9

3 esset] essetis *LSb* Iesus *om. LSb* hierico *L (ita semper)*
Ierico *d* 7 circaacta *N¹* 9 nec] ne *b* 12 zeuma catellipsin *LS*
zeuma catellysi *N* zeuma cata eclipsin *b* 13 ihesum *L* 14 ea] eo *S*
15 coniunctionem *N* 19 potentes] ponentes *N* 20 *sec. cod. Alex.*
21 ihesus *L* 23 usquae *N* 25 iordanis *Sbd* iordane sex (*sic cons.*) *L*
una *T* 26 essent ibi *bd* 27 uiderunt *N*

tamquam post plurimum temporis post hanc scripturam ista narrentur nec eo tempore hi libri conscripti fuerint, quo erant haec recentissima. quisquis autem putat hoc, quid de ista meretrice dicturus est, quae utique quantum est aetas unius
 5 hominis uixit et tamen dicitur „usque in hodiernum diem?“ de his itaque rebus hoc dicitur, quae non ita constitutae sunt, ut postea mutarentur ab eis, qui constituerunt: quomodo dicitur aliquis in exilium perpetuum missus, quia non ad
 10 tempus praefinitum hoc subplicio plecitur, non quia quisquam potest esse perpetuus in exilio, cum homo ipse non possit esse perpetuus. sic ergo et ista meretrix non est praecepta ad tempus habitare in Israhel; ideo dictum est: usque in hodiernum diem.

VII. Dominus dicit ad Iesum: peccauit populus et
 15 transgressus est testamentum meum, quod disposui ad eos. notandum, quemadmodum testamentum appellet hoc, quod praeceperat, ut anathema esset Iericho et nemo sibi inde aliquid usurparet.

VIII. Dominus loquens ad Iesum ait inter cetera: ecce
 20 dedi in manus tuas regem Gai et terram ipsius. et facies Gai sicut fecisti Iericho et regi eius et praedam pecorum praedaberis tibi. praecipue notanda locutio est non solum, quia praedaberis tibi dixit, tamquam unius futura esset illa praeda, cum omnium esset futura; nam tales
 25 locutiones usitatissimae sunt, cum deus tamquam ad unum loquitur, quae ad populum loquitur. sed hoc nouum est hic, quia praedixit scriptura: et dixit dominus ad Iesum, quem constat unum hominem fuisse. quod tamen dixit praedaberis

14 Ios. 7, 11 19 Ib. 8, 1. 2

1 post hanc] per hanc *NSbd* 2 hi] ii *d* erant *om. N* 3 hoc
 putat *N* quid] quod *N* 5 usque—dicitur *in mg. infer. add. m. 1 S*
 6 dicitur hoc *b* ita] ite *N* 9 supplici *N* potest quisquam *N*
 14 ihesum *L* 15 meum] μου *cod. Alex.* 16 quem ammodum *L*
 17 inde sibi *N* 18 aliquid *N* 19 Dominus] dñs *b* 20 et 21 Gai]
 hai *L* 21 τη γαι...τω βασιλει *cod. Alex.* 22 predaueris *LS* 23 pre-
 daueris *LS¹* 25 deus] dñs *N* 27 ihesum *L* 28 predaueris *LS¹*

tibi, non utique ita dictum est, ut praeda illa huius unius hominis esse praecepta sit, sed uniuersi populi.

VIII. Et insidiae erant ciuitati a mari, qui nescit, putat istam ciuitatem maritimam. consuetudinis est autem scripturarum, ut occidentalem partem a mari appellet uel ad mare, 5 quia ex ipsa parte terra, ubi haec agebantur, propius habet mare quam a ceteris partibus.

X. Extende manum tuam in gaeso quod est in manu tua contra ciuitatem. ista locutio notanda non esset nisi propter nomen, quod obscurum est eis, in quorum con- 10 suetudine non est. quid enim dicat gaeson, non facile intellegitur. hoc interpretes Symmachus scutum appellasse perhibetur; Septuaginta autem interpretes, secundum quos ista tractamus, qui posuerunt gaeson, miror si et in graeca lingua hastam uel lanceam gallicanam intellegi uoluerunt: ea quippe dicuntur 15 gaesa, quorum et Uergilius meminit, ubi ait de Gallis in scuto Aeneae pictis: duo quisque Alpina coruscant gaesa manu.

XI. Et facti sunt inter medium castrorum, hi hinc et hi hinc. duo notanda sunt in hac locutione: unum, quod cum hostes qui uincebantur in medio essent, tamquam de 20 his dictum est, quod hi essent hinc et hi hinc, cum potius ita Israhelitae fuerint, qui eos in medio posuerant percutiendos; alterum, quod inter medium castrorum eos factos esse dicit scriptura castra appellans etiam productas acies in proelio constitutas, cum castra non soleant appellari, nisi ubi 25 exercitus ad manendum consistit; nisi forte ideo castra appellata sunt, quia cum omnibus suis ibant.

XII. Exceptis pecoribus et spoliis quae erant in ciuitate praedati sunt filii Israhel secundum prae-

3 Ios. 8, 12 8 Ib. 8, 18 17 Aen. 8, 661 sq. 19 Ios 8, 22
28 Ib. 8, 27

3 insidie N putat s. l. m. 1 S 5 apellet N 8 geso b 11 quod b
dicat om. b gaeson] ihesum L ihm SN 12 synachus N peribetur N
14 gaeson] ihesum L ihm SN 16 uirgilius LNS²bd 17 choruscat L
c.oruscat (h. eras.) S coruscat N 20 osten N 22 israhelite N
24 producta N 28 sec. cod. Alex. quae] qui N 29 ciuitates N

ceptum domini, quemadmodum constituit dominus Iesu. ita dictum est „exceptis pecoribus et spoliis praedati sunt“, quasi ipsa non fuerint praedati, cum potius ipsa praedati sint, et ideo excepta dicta sint, quia haec illo proelio sola consumpta non sunt.

5 XIII. Israhelitae respondentes Gabaonitis dixerunt: uide, ne in me habitas, et quomodo disponam tibi testamentum? iam et superius tales locutiones uotauimus. hoc est enim „uide, ne in me habitas“, quod est „apud me“. id est in terra, quam eis promiserat deus. et hic tamquam
10 ad unum hominem uidentur locuti, cum legatus ad eos non unus uenerit; sed more suo genti et populo responsa reddentes singulari numero loquuntur, sicut plerumque et ad ipsos deus uel ductor ipsorum. notandum etiam quod pactum pacis testamentum uocat scriptura more quidem suo; nam saepe
15 ita loquitur.

XIII. Et nuntiatum est Iesu dicentes: inuenti sunt quinque reges absconditi in spelunca: pro eo, quod est: nuntiarunt dicentes.

XV. Ita faciet dominus omnibus inimicis uestris,
20 quos uos debellabitis eos: nihil minus esset huic sententiae, etsi non haberet „eos“.

XVI. Et omnes cepit in bello, quia per dominum factum est confortari cor eorum, ut obuiam irent ad bellum ad Israhel, ut exterminarentur: notandum est
25 „confortari cor“ non semper in bono accipiendum.

XVII. Tu scis uerbum, quod locutus est dominus ad Moysen hominem dei de me et te: non dixit „hominem suum“.

5 Ios. 9, 13 (7) 16 Ib. 10, 17 19 Ib. 10, 25 22 Ib. 11, 19. 20
26 Ib. 14, 6

1 quem ammodum *L* 2 est *om.* *LS* 3 sunt *S* et—sint *om.* *N*
excepta ideo *bd* 6 habites *S²bd* et] sed *Lb* cōmodo *N*
8 habites *S²bd* 12 locuntur *LNS* 14 quidē more *b* quidem *om.* *L*
16 est *om.* *N* ihesu *L* 18 nuntiauerunt *Nbd* 19 Ita *om.* *spatio*
uacuo N nostris *LSNb* 20 quos (*o ex i m. 1*) *S* 22 omnes cepit]
παντας λαβεν cod. Alex. coepit *LS* 23 est *om.* *b* 27 mosen *L*

XVIII. Et dixerunt filii Ioseph: non sufficit nobis mons et equus electus et ferrum Chananaeo qui habitat in Baethsan. equum electum dixit pro equis electis, quod usitatum in nostro sermone non est: unde nonnulli latini interpretes noluerunt equum interpretari, sed „equitatum“. 5 sic autem dictum est „equus electus“ pro equis, sicut in nostra consuetudine dicitur miles pro militibus.

XVIII. Et facti sunt exitus illorum Iordanes. et reuertentur fines ad mare. non dixit: reuersi sunt aut saltem reuertuntur, sicut solet de finibus dici, sed reuertentur, 10 tamquam adhuc futurum sit, cum praeteritorum sit ista narratio. et in omnibus fere ipsis terrarum diuisionibus per singulas quasque tribus ita loquitur scriptura, ut futuri temporis uerbis utatur.

XX. Refugere illuc qui percusserit animam nolens. 15 hic „animam“ uel hominem intellegere debemus uel uitam carnis, quae fit per animam: qua locutione et illud dictum est a fratribus Ioseph: non percutiamus eius animam, id est: non eum occidamus. nam si anima posset ab interfectore percuti, non diceret dominus: nolite timere eos, 20 qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere.

XXI. Mandauit dominus in manu Moysi. locutio familiarissima scripturis; ita enim dicitur: uerbum, quod factum est in manu illius uel illius prophetae, hoc est in 25 potestatem dicendi datum.

XXII. Et accepit Iesus cultros petrinos, in quibus

1 Ios. 17, 16 8 Ib. 19, 33. 34 15 Ib. 20, 9 18 Gen. 37, 21
20 Matth. 10, 28 23 Ios 21, 2 27 Ib. 21, 42

1 *sec. cod. Alex.* 2 electus *om. b* et—electum *om. N* cana-
neo *LS* 3 betsan *L* basan *b* electis *om. LSb* 5 equum] *cū N*
8 illorum] *αυτων cod. Alex.* Iordanis *S²bd* 10 *init.* reuertentur *S¹*
11 pretoritorum *N* 19 animā *N* interfecto *N* 21 occidere non
possunt *LSbd* 23 mose *L* 26 potestate *LSbd* 27 ihesus (*sic*
ubique) *L* cultos *N*

circumciderat filios Israhel. non dixit: quibus circumciderat, sed „in quibus“.

XXIII. Et ubi dimisit eos Iesus in domos suas, et benedixit eos dicens. plus uidetur hic copulatiua coniunctio, id est „et“; nam ita dici posset: et ubi dimisit eos Iesus in domos suas, benedixit eos dicens.

XXIII. Item alia locutio notanda est, quod cum dixisset scriptura: et benedixit eos Iesus dicens atque his uerbis intentos fecisset audire, quid benedicendo dixit Iesus, hoc solum subiecit: in diuitiis multis abierunt in domos suas; et pecora multa ualde et argentum et aurum et uestem multam ualde diuiserunt praedam inimicorum suorum cum fratribus suis: quod magis esse narrantis quam benedicentis adparet.

XXV. Et aedificauerunt ibi aram super Iordanem, aram magnam uidere: ista locutio etiam in sermone latino nota est.

XXVI. Et audierunt filii Israhel dicentium. non ait: dicentibus uel dicentes.

XXVII. Seruire seruitutem domini. in qua locutione duo notanda sunt: et seruire seruitutem, quae etiam latina locutio reperitur, et seruitutem domini, id est, quae debetur uel exhibetur domino.

XXVIII. Et audientes Phinees sacerdos et omnes principes synagogae, qui erant cum illo, uerba, quae locuti sunt filii Ruben et filii Gad et dimidium tribus

3 Ios. 22, 7 8 Ib. 22, 7. 8 15 Ib. 22, 10 18 Ib. 22, 11
20 Ib. 22, 27 24 Ib. 22, 30

1 *fn.* circumciderat—quibus *om.* *N* 3 demisit *S*¹ 4 dicens] λεγων *cod.*
Alex. coniuunctio *LN* 5 est] *es L* demisit *S*¹ 6 Iesus *om.* *LSbd*
9 quid] quod *N* que *b* dixit] benedixit *S* 10 *sec. cod.* *Alex.* 11 et
argentum—ualde *om.* *N* 12 praedam *om.* *N* 13 esse] *eer N* 15 Et
T. om. *NLSbd* 16 latino sermone *N* 17 nota *om.* *b* 19 dicen-
tibus] dicentem *bd* 22 locutio *om.* *b* seruitute *NLS* 23 exi-
betur *N* 24 *sec. cod.* *Alex.* finees *LSN* 25 principibus *N*
26 dimidit *S*¹

Manasses, et placuerunt illis. audientes pro „audierunt“ positum est, aut plus est hic „et“; nam plenus est sensus: audientes uerba haec, placuerunt illis. nec tamen sine inconsequentia, quia „cum audissent“ dicendum fuit.

XXVIII. Et Iesus senior prouectus diebus. hoc de Abraham dictum notauimus seniore in scripturis non solum illum appellari, qui est infra aetatem senis, sed etiam ualde senem. unde non omnis senior senex, omnis autem senex senior dici potest.

XXX. Et induxit super illos mare et operuit super illos: non ait „operuit illos“, quamuis nonnulli interpretes hoc maluerint dicere.

XXXI. In omnibus gentibus quas transiuimus per ipsas: usitatae in scripturis sunt istae locutiones nec tam crebro notandae quam crebro intercurrent.

LIBER SEPTIMUS. LOCUTIONES DE IUDICIBUS.

I. Et factum est, postquam defunctus est Iesus, interrogabant filii Israhel in domino: non ait „dominum“, quod sermonis nostri consuetudo poscebat.

II. Et bellemus in Chananaeo. non dixit: aduersus Chananaeum aut contra Chananaeum aut saltem in Chananaeum.

III. Et mortuus est Iesus filius Naue seruus domini, filius centum decem annorum. ista repetitio, quod, cum

5 Ios. 23, 1 10 Ib. 24, 7 13 Ib. 24, 17 17 Iud. 1, 1
20 Ib. 1, 3 22 Ib. 2, 8

1 manases *S* 2 et *s. l. m. 1 S* 5 ihesus *L* prouectus] profectis *N* 6 habraham *N* 10 super illos] επ αυτους *cod. Alex.* 12 maluerunt *N* 13 transimus *N* 15 Expliciunt locutiones de libro iesunaue (ihesunaue *L*) Incipiunt locutiones de libro iudicum *fol. 31 S, L* Explicit locutiones de iesu naue. incip̄ quaestiones eiusdem libri *fol. 122^a N*

16 Exp̄l̄ quaestiones de libro iū naue inc̄p̄ locutiones de libro iudicum *fol. 130^a N* 17 est quā *N* defuntus *N* 18 in domino] εν κυριω *cod. Alex.* 20 πολεμησω εν τω χαναναω *cod. Alex.; fortasse scribendum πολεμήσομεν* cananeo *LSN* 21 cananeum (*bis*) *LSN* saltim *L* 22 Iesus *s. l. N* 23 reppetitio *N*

dixisset „filius Naue“, repetiuit „filius“ et deinde addidit „centum decem annorum“, inusitata est ut potius filius centum decem annorum diceret quam homo centum decem annorum; sed tamen et alibi reperitur.

5 IIII. Et omnis generatio adpositi sunt ad patres suos. notanda locutio est, quod non ait „adposita est“, quia plures erant.

V. Tradidit eos in manu praedantium: non dixit „in manum“, quod uidetur latina locutio postulare.

10 VI. Et cum suscitauit dominus eis iudices, et erat dominus cum iudice: solita locutione plus est hic „et“: nam plenum esset: et cum suscitauit dominus eis iudices, erat dominus cum iudice. notandum est etiam hoc, quod a plurali ad singularem transiens non ait „cum iudicibus“,
15 sed „cum iudice“, id est cum unoquoque iudice.

VII. Et factum est, cum moreretur iudex, et reuertebantur et iterum corrumpebant super patres suos. recta locutio ita esse poterat secundum consuetudinem sermonis nostri: et fiebat, cum moreretur iudex, et reuertebantur et iterum corrumpebant super patres suos. si „et“
20 non haberet, plenum esset: cum moreretur iudex, reuertebantur et iterum corrumpebant super patres suos, id est plus quam patres eorum.

VIII. Propter quod tanta dereliquit gens haec testamentum meum. tanta dixit pro „tantum“, id est tam
25 multum, nomen pro aduerbio, quod etiam in latinis locutionibus maxime poeticis inuenitur.

5 Iud. 2, 10 8 Ib. 2, 14 10 Ib. 2, 18 16 Ib. 2, 19 24 Ib. 2, 20

1 Naue om. b 2 inusitata] minususitata N 3 fin. decim S¹ 5 ἐκείνη deest apud Aug. geratio N apositi N 6 aposita N 8 εν χρεῖ cod. Alex. 9 manu N 10 quum N 14 a om N cum—cui om. LSN 16 moraretur S¹ 17 et ante iterum om. N iterum et LSB 18 esse ita d 19 sermones L¹ moraretur S¹ 20 si—suos in mg. infer. add. m. 1 S 21 moraretur S¹ 22 quam patres eorum om. b 24 deliquit LS¹ delinquit N 27 maxime L

VIII. Et non obaudierunt uocis meae: graeca magis locutio est.

X. Factus est super eum spiritus domini. cum spiritus domini utique factus non sit, sed super eum factus est, ita dictum est, ac si diceretur: factum est, ut esset super eum. ex qua locutione et in euangelio legitur: ante me factus est, id est factum est, ut esset ante me: quod alio modo diceretur „praelatus est mihi“.

XI. Et sumsit Aod gladium de super femore suo dextro. sic interpretari potuit, quod graecus habet: ἀπὸ ἄνωθεν; nam locutio minus latina est.

XII. Erat autem Eglom uir exilis ualde. hoc κατ' ἀντιφρασιν dictum, id est locutione contraria sequentia indicant; quando enim percussus est, dictum est, quod concluserint adipēs uulnus, quia non eductus est gladius de uentre eius.

XIII. Et percussit alienigenas in sescentos uiros: non ait „alienigenarum sescentos uiros“ aut certe „alienigenas in sescentis uiris“.

XIII. Nonne praecepit dominus deus Israhel tibi: et perges in montem Thabor? non ait „ut pergas“, quod uidetur esse consequens, sed inusitata locutione: nonne praecepit tibi: et perges, ut subaudiamus uerbum, quod supra positum est, et sit: nonne perges? aut solita locutione plus habet „et“; nam ista coniunctione detracta sensus currit: nonne mandauit dominus deus Israhel tibi: perges in montem Thabor et accipies tecum decem milia uirorum? et cetera.

1 Iud. 2, 20 3 Ib. 3, 10 6 Ioh. 1, 30 9 Iud. 3, 21 12 Ib. 3, 17
17 Ib. 3, 31 20 Ib. 4, 6

1 υπηκουσαν *cod. Alex.* 5 dictum] ductum b 6 euangelio S
9 Aioth *bd* foemore S 10 apoanoten *LSN* 12 eglon *Nb* exsilis N
catantifrasin *LS¹* cantantifrasin N ad antiphrasin b 13 dictum *om. b*
14 enim] cū b percussū N concluserunt N 17 sescentos *LSbd*
18 alienaenarum N sescentos *LSbd* aliegenas *N¹* alienigenis b
19 sescentis *LSbd* 21 tabor *LSN* 23 et] ut b 24 pergens N
25 coniunctio *LS* retracta *LSb* sensu S 27 tabor *LSN*

XV. Quoniam nescio diem, in quo dominus prosperat angelum mecum: utrum prosperat actus angeli eius, qui mecum est, an prospera mihi facit per angelum?

XVI. Omnes currus suos nongentos currus ferreos. 5 subilibet distinguatur, elegans repetitio: utrum „omnes currus suos“, et deinde sequatur „nongentos currus ferreos“, an „omnes currus suos nongentos“ et deinde inferatur „currus ferreos“.

XVII. Et pauefecit dominus Sisaram et omnes currus 10 eius et omnia castra eius in ore gladii in conspectu Barac. quomodo pauefecit currus, nisi eos intellegas, qui erant in curribus?

XVIII. Et pauefecit dominus Sisaram et omnes currus eius et omnia castra eius in ore gladii in con- 15 spectu Barac. pauefecit in ore gladii, ac si diceret: interfecit in ore gladii; pauefecit ergo, cum caederetur gladio.

XVIII. Et descendit Sisara de super curru suo: ita dici latine potuit, quod est graece ἀπὸ ἄνωθεν.

XX. Et cooperuit eum in pelle sua: non dixit „pelle“ 20 aut „de pelle“; sic enim habet graecus: ἐν τῇ δέρματι.

XXI. Et erit si quis uenerit ad te et dixerit: est hic uir? et dices: non est. detracta coniunctione consequentem habet sensum: si quis uenerit ad te et dixerit: est hic uir? dices: non est.

1 Iud. 4, 8 4 Ib. 4, 13 9 Ib. 4, 15 17 Ib. 4, 15 19 Ib. 4, 18
21 Ib. 4, 20

1 prosperat *LS*¹ 4 ferre subilibet *N* 5 curros suos *L*¹*N* 6 an—
ferreos *om. b* 7 curros *N* inferatur (in *s. l. m. 1*) *S* 9 pabe-
fecit *N* pauere fecit *L* 11 barach *bd* pauere fecit *L* curros *L*¹
13 pauere fecit *L* 15 barach *bd* pauere fecit *L* 16 pauere fecit *L*
caederentur *d* 17 curro *N*¹ 18 latino *LS*¹ apoanthen *LSN*
19 συνεκαλυψεν αυτον εν τη δερματι αυτης *cod. Alex.* no *N* 20 enthe-
derum *LS* en te derri *N* post δέρματι: *add. αυτης d* 21 *sec. cod.*
Alex. eris *b* 22 dicis *LS*¹ coniunctio *LS* coniunctio *N*
24 dicis *s. l. N*

XXII. Et pergebat manus filiorum Israhel pergens: solita et frequentata locutio est.

XXIII. Et indurabatur in Iabin regem Chanaan: nouo modo positum est hoc uerbum „indurabatur“ pro eo, quod est fortis efficiebatur et praeualidus. 5

XXIII. Perforauit caput eius et percussit: id est percussit caput eius et perforauit.

XXV. Sic pereant omnes inimici tui, domine; et diligentes eum sicut ortus solis in potentia eius: non dixit „diligentes te“, cum utique de domino uellet intellegi. 10

XXVI. Et factum est quando seminauit uir Israhel: non unum hominem significat, sed ipsam gentem.

XXVII. Ascendebat Madian et Amalech et filii orientis et ascendebant super eum: ista repetitio uerbi non uidetur habere solitam elegantiam uel adfectum. 15

XXVIII. Et liberaui uos de manu Aegypti: per manum potestatem significat, per Aegyptum Aegyptios.

XXVIII. Et dixit ad eum Gedeon: in me, domine mi: subintellegitur „intende“, hoc est: in me intende. et est ista locutio scripturis familiarissima. 20

XXX. Et si est dominus nobiscum, et ut quid inuenerunt nos omnia mala ista? plus habet coniunctionem et, sicut solet loqui scriptura: quae si detrahatur, plena sententia est: et si est dominus nobiscum, ut quid inuenerunt nos omnia mala ista? quamuis et superior coniunctio possit 25
salua sententia detrahi, ut, cum dixisset: in me, domine mi, deinde subsequeretur: si est dominus nobiscum, ut quid inuenerunt nos omnia mala ista? magis enim hoc exigit nostrae locutionis consuetudo.

1 Iud. 4, 24 3 Ib. 4, 24 6 Ib. 5, 26 8 Ib. 5, 31 11 Ib. 6, 3
13 Ib. 6, 3 16 Ib. 6, 9 18 Ib. 6, 13 21 Ib. 6, 13

3 canaan LSN 5 efficiabatur N 10 intellegi uellet *bd* 11 *sec. cod. Alex.* 13 *sec. cod. Alex.* 14 ascendebat NLS*bd* 16 liberauit LSN
18 *cf. Quaest. de Iud. quaest. XXXIII dñi b* 21 *sec. cod. Alex.*
et ante ut quid *om. Graeci* 23 et *om. LS¹* trahatur L 27 sequeretur LS sequatur b

XXXI. Et uitulum annorum septem. hic manifestum est quomodo uitulos appellet scriptura; bos enim annorum septem secundum consuetudinem locutionis nostrae non est utique uitulus. secundum hanc ergo locutionem dictum est de Samegar, quod occiderit sescentos uiros praeter uitulos boum, hoc est praeter boues.

XXXII. Et cecinit in cornea: subauditur „tuba“: graecus enim non habet „tuba“, sed tantum cornea.

XXXIII. Camelis eorum non erat numerus, sed erant sicut arena quae est ad labium maris. in multitudinem constat ὑπερβολικῶς dictum. haec autem translatio. ubi labium maris posuit pro „litore“, assidua est in scripturis, sed rara est in latinis codicibus, quia plerique litus interpretati sunt magis quid significaret labium uolentes ponere quam ipsum labium. nam litus si uellent Septuaginta interpretes dicere, non deesset linguae graecae quod diceret.

XXXIII. Et diuisit trecentos uiros per tria principia; pro partibus principia posuit.

XXXV. Et dixerunt ad Gedeon uir Ephraem: id est uiri de tribu Ephraem.

XXXVI. Quid uerbum hoc fecisti nobis, ut non uocares nos cum exires pugnare in Madian? uerbum pro facto posuit.

XXXVII. Et dederunt septuaginta argenti: subauditur „pondo“ uel tale aliquid; interpretatio ex hebraeo „septuaginta pondo“ habet.

XXXVIII. Et conduxit in ipsis Abimelech uiros: in

1 Iud. 6, 25 5 Ib. 3, 31 7 Ib. 6, 34 9 Ib. 7, 12 17 Ib. 7, 16
19 Ib. 8, 1 21 Ib. 8, 1 24 Ib. 9, 4 27 Ib. 9, 4

2 bos] uos *L* 5 Samegar] sagemar *LS* sangar *b* εκτος μοσχων
βωων *cod. Alex.* 8 tantum *om. b* 9 sed *scripsi sec. cod. Graecos:*
et *libri* herant *N* 10 harena *N* multitudine *bd* 11 hyper-
bolicos *LSNb* 16 dicerent *d* 17 uiros *om. N* 19 uiri *Nbd*
effrem *LSNb* 20 effrem *LSb* effraim *N* 22 uocaris *N* οτε εξεπορευου
πολεμησαι *cod. Alex.* mazian *S* 25 hebreo *S* haebreo *N* 27 *sec.*
cod. Alex. conduxit (u ex i m. 1) *S* amalech *S*¹

ipsis dixit pro „ex ipsis“, id est ex argenti pondo septuaginta conduxit uiros.

XXXVIII. Uiros inanes et perturbatos . inanes posuit pro leuibus, quibus sunt contrarii graues: unde dicitur: in populo graui laudabo te. 5

XXXX. Et intrauit in domum patris sui in Ephratha et interfecit fratres suos filios Ierobaal septuaginta uiros super lapidem unum . quia iam superius septuaginta dixerat filios Ierobaal, id est Gedeon, et nunc eos septuaginta dicit occisos, quamuis minus occisi fuerint duo; id est ipse 10 qui occidit et Ioatham iunior qui latuit, de quo adiungens dicit: et remansit Ioatham filius Ierobaal iunior, quoniam abscondit se . ac per hoc uniuersum numerum posuit pro paene uniuerso.

XXXXI. Et spreuerunt uiri Sicimorum in domo Abimelech . non dixit: spreuerunt domum Abimelech. 15

XXXXII. Et insidiati sunt super Sicimam quattuor principia: id est quattuor partes . iam istam locutionem etiam superius notauimus.

XXXXIII. Et accepit populum et diuisit eum in tria 20 principia: accepit dixit de illo populo, qui cum illo erat; et hic tria principia pro tribus partibus posuit.

XXXXIII. Et abierunt uir in locum suum: id est unusquisque.

XXXXV. Et eris nobis in caput omnibus habitantibus 25 Galaad: non dixit „eris nobis caput“; sic enim solet loqui

3 Iud. 9, 4 5 Ps. 34, 18 6 Iud. 9, 5 15 Ib. 9, 23 17 Ib. 9, 34
20 Ib. 9, 43 23 Ib. 9, 55 25 Ib. 11. 8

3 θυμβουμένων *cod. Alex.* 6 domo *b* efrata *LS* ephrata *N*
effrata *b* 7 et 9 hierobaal *b* 11 ioatan *LS* ioatham *N* ioathan *b*
12 ioatam *LSN* ioathan *b* hierobaal *S* 15 sichimorum *bd*
17 επί σικίμα τεισσαράς αρχάς *cod. Alex.* sichimam *bd* 19 su-
perius etiam *d* 20 eum] αυτον *cod. Alex.* 23 απηλθον ανηρ *cod.*
Alex. habierunt *N* uir *scripsi*: uiri *libri* 25 erit *N* εις
κεφαλην *cod. Alex.*

scriptura. unde est: esto mihi in deum protectorem et in domum refugii et multa huius modi.

XXXXVI. Et haec unica ei, et non est ei praeter ipsam filius aut filia: hoc est, quod dictum est „unica ei“; sed propter adfectum repetita sententia est.

XXXXVII. Et non est ei praeter ipsam filius aut filia: non est ei pro „non erat ei“ dictum est; praeterita quippe narrantur.

XXXXVIII. Et uxor eius sterilis et non pariebat: cum potuisset sufficere quod dictum est: sterilis.

XXXXVIII. Et precatus est Manoe dominum et dixit: in me, domine, homo dei, quem misisti, ueniat nunc iterum ad nos: in me ita dictum est, ut subaudiatur „intende“.

L. Et percussit eos tibiam super femus. haec locutio inusitata est, tamen locutio est, non aliquis in corpore uulneris locus, sicut in Quaestionibus exposui; hoc est: percussit eos ad admirationem, ad stuporem.

LI. Et dixerunt uir Iuda: quare ascendistis super nos: singularem posuit pro plurali; dixerunt enim uiri Iuda. non unus uir.

LII. Ne forte occurratis in me uos: pro eo, quod est: occidatis me. et haec locutio in Quaestionibus exposita est.

LIII. Et reduxerunt eum de petra, et uenit usque ad Maxillam: locus est sic appellatus postea ex eo facto, quod ibi gessit ipse Samson, quando maxilla asini pugnans

1 Ps. 30, 3 3 Iud. 11, 34 9 Ib. 13, 2 11 Ib. 13, 8 15 Ib. 15, 8
17 Quaest. in Iud. quaest. LV Migne tom. 34 p. 824 19 Iud. 15, 10
22 Ib. 15, 12 23 cf. Quaest. in Iud. quaest. LVI 24 Iud. 1b, 13. 14

2 domum] locum *LSN* refugii] munita *N* 3 *sec. cod. Alex.*
ei ante praeter *addidi ex sequenti locutione* 6 eis *N* 7 *pr. est om. b*
9 pariebat] *ετικτεν cod. Alex.* 11 *codici Alex. max. partem respond.*
manue *LSbd* 15 femur *Nbd* 16 inusitata—locutio *om. N*
17 uulneris] mulieris *b* siquit *N* 18 ammirationem *LS* amirationem *N*
19 ascendisti *N* 20 uir *LS¹* 24 *sec. cod. Alex.* uenit] usque
uenit *LSN^b* 25 appellatus *N* 26 *samsom N Sampson d*

mille prostrauit. hoc ergo per prolepsin dictum est, quia post illa omnia gesta haec historia conscripta est.

LIIII. Sicut stупpa cum olefecerit ignem: metaphora ab animali ad inanimale: non enim stупpa sensum habet olfactus sed ita dictum est, ac si diceretur: cum ignem senserit. quamuis et hoc quod dixi „senserit“ ad eandem metaphoram pertineat; sed ad celeritatem intellegendam pertinet quod dictum est: olefecerit.

LV. Et extendit manum suam et accepit eam: et si non diceret: extendit manum suam, utique extenta manu acceptam intellegeremus.

LVI. Et nuntiatum est Gazaeis dicentes: non ait: nuntiarunt dicentes, aut: nuntiatum et a dicentibus.

LVII. Si alligauerint me in septem neruis humidis nondum siccatis: non ait: septem neruis, sed: in septem neruis.

LVIII. Si alligauerint me in septem neruis humidis nondum siccatis, et infirmabor: plenum esset et si non haberet: et.

LVIII. Et insidiae ei sedebant in cubiculo: quod nonnulli interpretati sunt: obsidebant; sed graecus habet ἐκάθητο. hoc est: sedebat. quia insidiae singulari numero graece dicuntur nec potest latine dici: insidia. locutio autem notanda erat, quia dictum est: insidiae sedebant, pro his, qui insidiabantur; ipsi enim sedebant.

3 Ind. 15, 14 9 Ib. 15, 15 12 Ib. 16, 2 14 Ib. 16, 7
17 Ib. 16, 7 20 Ib. 16, 9

1 prolepsin *LSN* 2 istoria *N* 3 *sec. cod. Alex.* stupa *Nb*
cumolefecerit *N* methaphora *L* 4 olfactus (c *eras.*) 6 methaphoram *L* methaphoran *N* 10 et extenta *N* 12 gazeis *LSNb*
13 nuntiauerunt *bd* 14 ligauerint *d* umidis *N* 15 siccatis] μη ξηρανθεισας *Symmachus in Origenis Hex. tom. XV* 17 alligauerit *Lb*
ligauerint *d* umidis *NS¹* 19 et *om. N* 21 habet *om. LNSbd*
ἐκάθητο *LSb* ἐκθητο *N* 22 desedebat *N* 23 potest] post *N* 24 iis *d*

LX. Nunc ergo indica mihi in quo ligaberis: non ait: quo ligaberis, aut: unde ligaberis.

LXI. Si alligauerint me in funibus nouis: non dixit: funibus.

5 LXII. Item: si ligauerint me in funiculis nouis in quibus non est factum opus, et infirmabor: plenum esset, et si non praeponeretur: et.


LXIII. Hoc tertium fefellisti me: tertium posuit pro „tertio“ siue „ter“, nomen scilicet pro aduerbio, quod et in
10 latinis locutionibus eleganter fieri solet.

LXIII. Dimitte me, et palpabo columnas, super quas domus confirmata est super eas.

1 Iud. 16, 10 3 Ib. 16, 11 5 Ib. 16, 11 8 Ib. 16, 15
11 Ib. 16, 26

1 alligaueris *LS*¹ alligaberis *Nb* 2 ligaueris (*bis*) *LS*¹ alligaberis
(*bis*) *b* ligeris *N* 3 alligauerit *LSb* ligauerint *d* nobis *N*
5 alligauerint *Sb* ligaueritis *N* in quibus] εν ος; *cod. Alex.* 7 et
om. S 8 Hoc] Et hoc *Sbd* 9 ter] tertium *N* 12 confirmata est]
επιστηρικτο cod. Alex. Expliciunt locutiones iudicum qui est sci
augustini liber septimus *L, fol. 33 S* Expl loquutiones iudicum inc
quaestiones eiusdem libri *fol. 132^a N*







3 2044 019 196 989

The borrower must return this item on or before the last date stamped below. If another user places a recall for this item, the borrower will be notified of the need for an earlier return.

*Non-receipt of overdue notices does **not** exempt the borrower from overdue fines.*

Harvard College Widener Library
Cambridge, MA 02138 617-495-2413

WIDENER WIDENER SEP 10 2004 MAY 19 2004 BOOK DUE CANCELLED	WIDENER WIDENER 007 0 1 2003 MAY 24 2003 CANCELLED
---	--

WIDENER WIDENER SEP 11 2007 AUG 27 2007 CANCELLED	WIDENER WIDENER JAN 18 2004 JAN 13 2004 CANCELLED
---	---

Please handle with care.
Thank you for helping to preserve library collections at Harvard.

